НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

82.

31

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

περι

ΘΑΥΜΑΣΙΩΝ ΑΚΟΥΣΜΑΤΩΝ.

ARISTOTELIS

LIBER

DE MIRABILIBVS AVSCVLTATIONIBVS

EXPLICATVS

A

IOANNE BECKMANN

MAGNAE BRITANN. REGIS A CONSILIIS AVL. PROFESSORE

OECONOMIAE,

SOCIETATIS SCIENT. GOTTINGENSIS SODALI.

ADDITIS

ANNOTATIONIBVS

HENR. STEPHANI, FR. SYLBVRGII, IS. CASAVBONI, I. N. NICLAS;

subiectis sub finem notulis

C. G. HEYNII;

INTERPRETATIONIBVS

ANONYMI, NATALIS DE COMITIBVS ET DOMINICI MONTESAVRI;

ATQVE

LECTIONIBVS VARIIS

E CODICE CAESAREAE BIBLIOTHECAE VINDOBONENSIS.

BIBLIOTH. ACADEM. VILNENSIS

GOTTINGAE

APVD VIDVAM ABRAHAMI VANDENHOEK

CIↃ IↃCCLXXXVI.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

I. BECKMANN
LECTURIS SALUTEM.

Non ignoro neque diffiteor, Lectores, me in ſuſpicionem inſolentiae, audaciae atque impudentiae incurrere, qui librum Graecum a me explicatum Vobis offero, cum litteris Graecis, etſi eas ab iuventute maxime amavi, tamen non totam vitam, quam merito flagitant, ſed horas tantum ſubſecivas, quas ego perire non patior, tribuere et potui et volui. Neque invenio excuſationem ſatis gravem, qua uti poſſim, cum neque ab amico, neque a librario excitatus hanc in ſcenam prodeo, etſi ſint viri docti, quorum magna eſt exiſtimatio et auctoritas, qui propoſitum meum cum probarunt, tum adiuverunt. Nihilo minus ſpero atque confido, fore ut iudices non iniqui operam meam, quam levem eſſe probe ſcio, aequi bonique conſulant.

Elegi unum ex iſtis libris, qui magis ad hiſtoriam naturalem, quam ad hiſtoriam gentium et antiquitatis notitiam ſpectant, quorum ad explicationem non philologi ſoli, ſed et phyſici ſymbolas conferre debebunt, cum illi potiſſimum doceant, quid ſcripſerit auctor, hi vero quam vere ſcripſerit. Equidem iis inſervire ſtudui, qui veterum hiſtoriam naturalem tractant, atque inde quae ad naturae notitiam facere queunt, petere volunt.

lunt. Quo consilio omnes res, quae hoc in libello, nunquam separatim edito, occurrunt, ita explicare enisus sum atque contendi, ut facile liqueant et iis, qui non quotidie hisce in litteris versantur, quibus non omnia, quae ad mythologiam, geographiam et historiam antiquam pertinent, in assidua commemoratione esse possunt (1). Prima vero mihi cura fuit, definiendi animalium, stirpium rerumque mineralium nomina, quibus auctor usus est, ut sciant lectores, qua de re sermo sit. Deinde quidquid de re quadam naturali relatum legimus, illud vel comprobavi vel confeci argumentis a natura rerum petitis et auctoritate recentiorum. Atqui cum relationes veterum de rebus naturalibus pleraeque mancae et abruptae esse soleant, ita ut nec facile nec certo intelligatur, quamnam rem cogitaverint, aut

(1) Plerique qui hodie veterum libros edunt, hoc sibi propositum habent, ut operae suae probentur summis philologis, quam ob caussam difficillimis tantum locis verbisque immorari solent. Sed, quod bona venia tantorum virorum, quos omnes maxime suspicio atque admiror, dixerim, optandum mihi quidem videtur, ut plures viri docti vellent explicare veterum libros in eorum quoque usum, qui aliis doctrinis distenti ad facile intelligenda veterum monumenta pluribus indigent adminiculis. Quorum inopiam levantes, efficerent, ut etiam isti, qui, cum eorum studia in alias atque diversas doctrinas distrahuntur, hisce in litteris aetatem consumere nequeunt, allicerentur et excitarentur ad legenda veterum scripta, in quibus quisque, quae in rem suam convertere possit, certo reperiet. "Offendit lectores plerosque, inquit „Olearius in praefat. ad Philostr. p. XII, si inter legendum occurrat, „quod non nisi post longam meditationem, et adhibitos in consilium „libros complures, assequi liceat. Hinc passim annotata nonnulla, „quae praetermitti potuissent, si eorum tantum, quorum singularis „doctrina est, ratio habenda fuisset. — — Il y a grand nombre de „personnes serieuses et occupées à des emplois plus relevez, qui ont „besoin de Notes, qui expliquent les endroits obscurs, et qui seroient „ravies d'en trouver. Elles n'ont pas le tems de chercher dans d'autres livres les éclaircissements dont elles ont besoin; parce qu'elles ne „lisent ces auteurs, que pour se délasser d'autres occupations, et non „pour se fatiguer à chercher dans de grands volumes l'explication de „ce qui leur fait de la peine." *Parrhasiana* I p. 229.

aut quid illud ſit, quod de ea memoriae mandare voluerint, diligenter collegi et attuli quae alii ſcriptores veteres de eodem argumento commemorarunt. Saepe enim veritas, de qua ambigitur, vel uno verbulo declaratur, quod alius adiecerit; ne quis igitur hanc teſtimoniorum nubem inanem atque inutilem exiſtimet.

Uſus ſum editione Caſauboniana (2), quam Sylburgianae omnino ſimilem repetiit etiam Duval. Addidi etiam inde interpretationem Latinam, vulgarem eam et antiquam, cuius auctor ignoratur. Quam cum a recentioribus paucis in locis emendatam aut mutatam vidi, conſului editiones antiquiores, eam nimirum, quae prodiit, cura *A. Iacobi Martini*, Lugduni apud *Stephanum Michaelem* 1578. fol. et *Wechelianam*, quae inſcribitur: *Ariſtotelis IV tomus phyſicus.* Francofurti 1593. 8. Quae verba his in editionibus diverſa reperi, ea indicare operae pretium duxi. Altera interpretatio, quam ſubieci, eſt *Natalis de Comitibus*, ex editione Latina operum Ariſtotelis cum commentario *Averrois*, quae prodiit Venetiis apud *Cominum de Tridino* 1560. 8. (3). Tertiam quoque addidi, cuius auctor eſt *Dominicus Monteſaurus*, Veronenſis, cuius mentio facta eſt non ſolum in *indice eorum, qui in ſingulas Ariſtotelicae philoſophiae partes ſcripſerunt*, adiecto editionibus Caſauboni, Duvallii aliorum-

(2) *Opera Ariſtotelis ex bibliotheca* If. Caſauboni. *Lugduni* 1590. fol.

(3) Haec editio rarior, quae in bibliotheca academiae noſtrae adeſt, conſtat voluminibus XI. Sed neminem invenio, qui huius interpretationis mentionem fecerit, quam omiſit etiam Conr. Geſnerus in *Bibliotheca* aucta per Simlerum. Tiguri 1574 p. 511, etſi reliqua Natalis opera ibi recenſuerit.

rumque, ſed etiam in Conr. Geſneri *bibliotheca* aucta per Simlerum p. 173. Quam interpretationem diu, ſed fruſtra quaeſitam, miſit mihi exſcriptam e Caeſarea bibliotheca Vindobonenſi vir humaniſſimus *Mich. Denis*, cui pro hac benevolentia gratias ago maximas. Saepius vero hoc Monteſauri opuſculum repetitum eſt; reperitur in editione Ariſtotelis, quae apud *Iuntas* prodiit Venetiis 1552, et in alia apud eosdem 1573-75. (4). Poſthac cum

(4) Harum editionum, quas ipſe non vidi, notitiam mihi impertitus eſt vir generoſiſſ. L. B. *a Locella*, cuius verba grato animo referam.

De editione operum Ariſtotelis et Averrois latina.

Conſtat haec ſplendida Editio Voluminibus XI. in *fol.* cum Privilegiis *Iulii* III. P. M. *Henrici* II. Reg. Galliar. et *Franc. Donati* Ducis Venet. in lucem emiſſa. Vol. I. Titulus ita habet: *Ariſtotelis Stagiritae omnia quae extant opera. Nunc primum ſelectis translationibus, collatisque cum graecis emendatiſſimis exemplaribus, Margineis ſcholiis illuſtrata, et in novum ordinem digeſta: Additis etiam nonnullis libris nunquam antea latinitate donatis. Averrois Cordubenſis in ea Opera omnes qui ad nos pervenere Commentarii, Aliique ipſius in logica, philoſophia et medicina libri: Quorum aliqui non amplius à Latinis viſi, nuper à Iacob Mantino ſunt converſi: Alii ab eodem clarius et fidelius, quam unquam antea ab aliis, translati: Caeteri ex manuſcriptis, optimisque codicibus Philoſophorum hac noſtra aetate celeberrimorum, innumeris pene locis diligentiſſime caſtigati: Singuli compluribus margineis ſcholiis exornati. Levi Gerſonidis Annotationes in Aver. expoſitionem ſuper logices libros; Latinis hucuſque incognitę, eodem Iacob Mantino interprete. Graecorum, Arabum, et Latinorum monumenta quaedam, ad hoc opus ſpectantia. M. Antonii Zimarae in Ariſtotelis et Averrois dicta Contradictionum Solutiones. Io. Baptiſtae Bagnolini Veronenſis Labore ac Diligentia. Haec autem omnia tum ex Praefatione, tum ex Indice Librorum clarius innoteſcunt. Bernardo Salviato Epiſc. S. Papuli Romae Priori Dicata.* Huius Scutum gentilitium, et infra: *Cum ſummi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusque Veneti decretis. Venetiis apud Iuntas* MDLII. Titulum hunc excipiunt Dicatio *Thomae Iuntae*, Praefatio *Marci de Odis* Patavini, quae ſingulorum Voll. contenta explicat, et alia *Romuli Fabii Florentini.* Sequuntur *Privilegia* ſupra dicta, Elenchus *Erratorum*, et *Index* Librorum omnium, qui ſingulis Voll. inſunt. Habet vero Vol. I. *Logica.* II. *Rhetorica* et *Poetica.* III. *Moralia.* IV. V. VI et VII. *Phyſica.* VIII. *Metaphyſica.* IX et X. *Averrois* reliqua. XI. *Zimarae* Solutiones ſupra inſinuatas.

Vol.

cum bibliothecam Gymnaſii Hamburgenſis libris rariſſimis divitem inviſebam menſe Octobr. anni praeteriti, inveni ibi eandem Monteſauri verſionem in alia etiam editione Latina operum Ariſtotelis, quae et ipſa Venetiis apud Iuntas prodiit an. 1562, conſtans voluminibus XIV in 8. (5) cuius uſum mihi benevole conceſſit vir doctiſſimus *Pitiſcus*, profeſſor et bibliothecarius. Itaque non dubitavi triplices interpretationes eiusdem libelli addere, quippe quae partim nec facile parabiles ſunt, nec volumen multum augent, praeſertim cum perſpicuum ſit, auctores uſos eſſe codicibus manuſcriptis, qui compluribus in locis diſcreparunt non parum ab exemplaribus huius libri, quae hodie proſtant, unde fortaſſe locis vitioſis medicinam elicere poſſint viri docti.

Ma-

Vol. VII. *fol.* 66. incipit Ariſtotelis Opuſculum περι Θαυμασιων Ακεσματων interprete *Dominico Monteſauro* Veronenſi, et ab eo dicatum *Dominico Mauroceno* Veronae Praetori, ut docet adiecta Opuſculi Deſcriptio. De hoc *Monteſauri* labore *Marcus de Odis* in Praefat. Vol. I. ſupra citata ita ſcribit *fol.* 10. *Incedit poſtea liber de Admirandis auditionibus à Dominico Monteſauro in latinum verſus, quem Ariſtotelis eſſe ſubtiliſſimis in ſua praefatione rationibus comprobare nititur.* Sed haec *Praefatio* non comparet. Itaque liquet, *Monteſauri* Verſionem non nunc primum apud *Iuntas* prodire, ſed praeceſſiſſe Editionem aliam, fortaſſis in 4to. ab Autore *Veronae* aut *Venetiis* procuratam, quae dubio procul in Bibliothecis *Italiae* latebit. Eam vero aetate non multo maiorem eſſe *Iuntina* noſtra anni 1552. argumento eſt *Elenchus Contentorum* in Vol. VII. ubi Commentariolus noſter NUPER in latinum converſus dicitur. Eſt in Bibl. Caeſarea et alia *Ariſtotelis* Editio apud *Iuntas* annis 1573 — 75. Vol. X. in 8vo. ex praecedenti anni 1552. expreſſa, cuius *Vol.* VII. *fol.* 120. *pag.* 2. *Monteſauri* Interpretatio pariter extat; neutrubique tamen aliquid *Notarum* aut *Obſervationum* adiectum eſt.

(5) *Septimum volumen Ariſtotelis Stagiritae extra ordinem Naturalium varii libri. Quibus nonnulli etiam additi ſunt Ariſtoteli adſcripti, Alexandri problematum libri duo. Venetiis apud Iuntas* 1562. 8 pag. 121 — 132: De admirandis auditionibus commentariolus, nuper a Dominico Monteſauro Veronenſi in Latinum converſus.

Maiorem vero ut conciliarem opuſculo et utilitatem et gratiam, exornavi illud emendationibus ac annotationibus virorum doctiſſimorum, qui olim in hunc librum operam impenderunt. Optime de eo meruit *Henricus Stephanus*, qui codicibus manu ſcriptis uſus non ſolum multas ſordes abſterſit, hiulca explevit, luxata repoſuit, ſed etiam primus illud fragmentum pag. 336 ſuppeditavit, quod etſi libello ipſo recentius, tamen non parvi momenti aeſtimandum eſt. Hunc Stephani librum benevole mihi commodavit e numeroſiſſima bibliotheca ſua cel. *Niclas*, rector Gymnaſii Lüneburgenſis, cuius humanitatem et facilitatem non ſine magna laude commemorare poſſum. Liber, qui a *Maettaire Annal.* 3 p. 694 not. B. et a *Clement* in *Biblioth. curieuſe* 2 p. 108 rarioribus annumeratur, ita inſcribitur: Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου. *Ariſtotelis et Theophraſti ſcripta quaedam, quae vel nunquam antea, vel minus emendata quam nunc, edita fuerunt.* (Pariſiis 1557. 8.). Hinc excerpſi omnes annotationes, quae ibi a pag. 151 uſque ad finem p. 168 leguntur.

Poſt *H. Stephanum* maximam curam atque operam huc contulit *Frieder. Sylburgius*, cui tam multa debent Graecae litterae. Is enim in editione Graeca operum Ariſtotelis apud *Andr. Wecheli* heredes Francofurti 1587. 4, (†) in volumine quod quartum plerumque audit et inſcribitur: Ἀριστοτέλους διάφορα συγγράμματα; *Ariſtotelis varia opuſcula*, totum hunc librum diligenter recenſuit, ad optimas editiones, easque iam rariſſimas, contulit et emendavit, unde omnia accurate huc retuli. Uſus eſt Sylburgius potiſſimum *Leonici* et *Camotii* et *Iſingrinii* editionibus,

(†) De Sylburgii editione rariori conf. Clement. *biblioth. curieuſe* 2 p. 92.

nibus, quas *L.* et *C.* et *If.* insignire solet. *Nicolai Leonici Thomaei* exemplar in bibliotheca academiae nostrae adest. Continentur eo varii libri physici Aristotelis sine interpretatione Latina, quorum nomina seu tituli graece leguntur pagina prima, additis his verbis: *Omnia ex exemplaribus N. Leonici Thomaei diligenter emendata.* In pagina ultima legitur: *Florentiae per heredes Philippi Iuntae* an. 1527. in 4. Quo de libro praestantissimo conf. Fabricii *biblioth. Gr.* 2. p. 134, 137, 168. De *Camotii* quidem editione ipse Sylburgius in praefatione voluminis primi p. 6. quaedam indicavit, e quibus intelligitur esse eam, quae ex *Aldina* officina prodiit 1551. 8, adornata studio *Ioannis Baptistae Camotii*, cum praefatione *Friderici de Turresanis.* Haec est eadem, cuius meminerunt Fabric. *Bibl. Gr.* 2 p. 168 et Hamberger in zuverläßigen Nachrichten 1 p. 272. De *Camotio* vid. C. Gesneri *biblioth.* p. 341. *Isingriniana* vero editio est, quam sine interpretatione Latina Basileae an. 1550. fol. in lucem emiserunt *Ioh. Bebelius* et *Michael Isingrinius*, emendatam in primis *Conr. Gesneri*, *Simonis Grynaei* aliorumque opera, quam bibliotheca academiae nostrae habet. Inscribitur: *Ἀριστοτέλους ἅπαντα. Aristotelis opera — — per Des. Erasm. Roterod.* qui praefatus est. Quae vero annotationes in editionibus Casauboni et Duvallii in margine additae leguntur, eae fere cunctae e Sylburgianis excerptae sunt.

Quod in proverbio dicitur: audacem iuvare fortunam, illud et mihi contigit. Namque cum per litteras de consilio hunc libellum edendi colloquutus sum cum amico, viro eruditissimo *Niclas*, cui praestantissimam ac elegantissimam *Geoponicorum*

 edi-

editionem debemus, is non ſolum me a propoſito non deterruit, ſed potius in eo confirmavit, atque adeo, pro eius humanitate et in litteras Graecas amore, mecum communicavit, quaecunque ipſe libellum relegens in eum commentatus eſt. Idem a me rogatus emendavit, expolivit et explevit vulgarem interpretationem Latinam, cuius amicitiae memoria ſempiterna me ſibi obſtrinxit vir humaniſſimus.

Cum mihi probe conſcius eram imbecillitatis, quae nihil quidquam ad expoliendum libelli contextum poſſit ſuppeditare, nihil mihi fuit optatius, quam adipiſci lectionis varietatem e codice nondum collato, quam novam offerre poſſem lectoribus criticis. Huius me voti praeter expectationem compotem fecit ſummus amicorum quorundam favor. Nam cum celeb. *Dan. Cornides*, iam bibliothecarius Peſtenſis, qui illuſtriſſimos Comites *Ladisl. et Steph. Teleki de Szèck*, quos viros iuvenes gentis ſplendore, doctrina et virtutibus inſignes honoris cauſſa nomino, in academiam noſtram adduxerat, per Viennam in Hungariam rediturus erat, rogavi amicum, ut mihi eius codicis, quem in Caeſarea bibliotheca Vindobonenſi eſſe, e *Lambecii commentariis* conſtabat, notitiam vellet impertiri (6). Is redux cum in biblio-

(6) Lambecii *commentar. de bibliotheca Vindobon.* lib. 7 p. 100 cod. 56. Dan. de Neſſel *breviarium et ſupplem. commentar. Lambecianorum* P. 4 p. 127. Lambecii *commentar.* ed. Kollarii lib. 7 p. 216 numero novo 231: *Ariſtotelis liber περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, qui ab editionibus impreſſis valde diſcrepat.*

Mihi quidem non videntur multi codices mſti huius libri ſupereſſe. Quos in catalogis offendi, ſunt: 1) Codex membranaceus ſaeculi circiter 15. Conf. *Graeca D. Marci bibliotheca codicum.* Venetiis 1740. fol. I. p. 115 n. 215. 2) Codex graecus membranaceus in 8. ſaeculi XIV optimae notae. Conf. *Catalogus codicum Graecorum bibliothecae Laurentianae* II p. 60. 3) Codex papyraceus in 4. ſaec. XIV

varia

bliotheca quid mihi in optatis esset, viro meritissimo *Denis*, bibliothecae custodi, renunciabat, contigit casu et fortuna, ut adesset vir generosissimus Liber Baro *a Locella* (7), qui libens accuratam codicis collationem in se recepit. Neque promisit tantum, sed perfecit promissum vir eruditione et animo excellens. Huic itaque grato animo acceptas refero lectiones varias, quas primus iam in publicum edo, in quibus etsi forte pauca non magni momenti esse videantur, tamen religio mihi fuit, omittere quodcunque acceperim. De codice quae mecum communicavit, ea ipsius verbis iam referam. "Codex noster est charta„ceus in forma quarta initio saeculi XV. ut opinor, scriptus a „manu quidem non ineleganti, sed a supino et graecae linguae „valde ignaro librario, cuius longe plurima et stultissima παρα„ράματα si adnotassem, facile in duplum crevissent hae lectio„nes. Sed quod in eo genere gravissimum habetur, silentio „praeterire non possum; nam similitudine plurium verborum „deceptus scriba noster omnia omisit, quae habentur in edit. „Duval. a pag. 714 v. 11 usque incl. ad ultimum vocabulum in „pag. 717. (id est cap. 1 p. m. 1 v. 13 usque ad finem capitis „30.). Scilicet cum post ὀφθαλμῶν in codice, quem descripsit, „invenisset insertum articulum illum: τοὺς ἐλέφαντας pag. 739 „v. 32

varia manu conscriptus. *ibid.* III p. 290. Nescio an huc referendus sit: *De mirabilibus ex Aristotele et aliis codex mstus* inter libros mstos Narcissi archiepiscopi Dublinensis n. 1306 in *Catalogo mstorum Angliae et Hiberniae*, qui editus est Oxoniae 1697. fol. Potest fieri, ut codicibus quibusdam, qui vulgo *Parva naturalia* inscribuntur, etiam noster libellus insit.

(7) *Aloysius Emericus Liber Baro a Locella* S. C. M. a consiliis aulicis, cuius *Tentamina ad illustrandas leges XII tabularum*, quae vir iuvenis XIX annorum contexuit, edita sunt Viennae 1754. 8, et approbata quam maxime omnibus viris doctis. Conf. Das gelehrte Oesterreich I p. 296.

„v. 32 (cap. 191.) et ſequentem, qui deſinit in verbis της παρα-
„κοπης ἔφησεν ἐκεῖνον αὐτῷ τὸν χρόνον ἥδιξα βεβιῶσθαι, ibid. v.
„34, 35 (cap. 192.) atque eo loco, ut videtur, finem ſcribendi
„feciſſet; poſtea ad opus reverſus, incidensque in eadem plane
„novem verba, quae in ſuo codice, multis interiectis infra ite-
„rum occurrebant (in edit. Duv. p. 717 v. 48 ſeq. cap. 30.),
„putavit ſe ibi deſiiſſe, atque adeo a verbis: καὶ ἐν Ταράντι p.
„718 v. 1 (cap. 31.) rurſum ſcribendi initium fecit. Cete-
„rum tamen multae bonae lectiones nobis ſervatae ſunt in hoc
„Caeſ. bibliothecae codice." Quoniam lectiones iſtas accepi, cum iam capita LXX impreſſa erant, adieci, quae ad ea pertinent, in fine libri.

Poſtquam plurima libri pars iam impreſſa erat, acceſſit ei nova et maxima quidem commendatio. Namque vir illuſtris Heyne, qui omnes ſublevare et iuvare ſolet, quicunque ſtudia humanitatis colunt et promovere enituntur, ſua in hunc libellum notata mihi benevole conceſſit. Iam vero audacior ſpero veniam a viris doctis, qui, ſi ipſe parum praeſtiterim probabile, tamen attulerim quaedam, quae non poſſunt non eſſe gratiſſima et acceptiſſima omnibus. Equidem viro illuſtri et humaniſſimo me hoc nomine plus debere fateor, quam ut unquam ſolvendo eſſe poſſim.

Quam vellem, potuiſſe me etiam eas addere opes, quas quondam *Conr. Geſnerus*, magnus ille vir, in hunc librum paratas reliquit, de quibus ipſe in epiſtola de libris a ſe editis et inchoatis ita (8): *Admirandas Ariſtotelis narrationes emendavi, et melio-*

(8) Haec epiſtola adiuncta eſt Vitae *C. Geſneri* a *Ioſ. Simlero* conſcripta. Tiguri 1566. 4. et inſerta etiam *Bibliothecae* Geſneri auctae per Simlerum. Tigurini 1574. fol. p. 136.

meliore ordine digeſſi, graece. Verum ignoro, an iſtae adhuc ſuperſint; certe nunquam eas editas eſſe credo (°). In *Hiſtoria* vero *animalium* paſſim vir optimus ad noſtrum librum interſperſit annotationes, quas omnes ſummo ſtudio expiſcatus ſum atque in horreum meum congeſſi. Neque minori diligentia inquiſivi, quae alii viri docti in libris ſuis data quadam occaſione ad emendandum vel explicandum librum attulerint; nec parvi pretii aeſtimanda ſunt, quae e libris *Salmaſii*, *Meurſii*, *Bocharti*, *Holſtenii*, *Harduini*, et *Cluveri* hauſimus. Sed videtur libellus noſter fere neglectus a multis, ut nullam eius mentionem factam videas ab iis, qui inde ad rem, in qua verſati ſunt, non leve potuiſſent ſumere argumentum, cum vere inſunt multa, quae ab aliis auctoribus vel prorſus non, vel aliter commemorata ſunt, vel quae aliorum relationes de aliqua re aut confirmant egregie, aut corrigunt aut ſupplent.

De auctore quidem huius libri diſputationem libens relinquo artis criticae doctoribus, qui ſi negant Ariſtotelis eſſe, tamen, ut puto, mecum cenſebunt, eſſe antiquiſſimum, quippe iam ab *Antigono Caryſtio*, *Athenaeo*, *Sotione*, *Stephano Byz.* aliisque laudatum. Sunt quoque alia antiquitatis indicia a me paſſim notata, quae ad auctoris aetatem declarandam dirigere queunt. Neque multum, aut nihil omnino a vero aberrabimus credentes, aliquam ſaltem, etſi fortaſſe minimam libelli, quem nunc

(°) Saltem in *Bibliotheca* Geſneri continuata a Io. Iac. Friſio. Tiguri 1583. fol. p. 167, ubi libri a Geſnero poſt illam epiſtolam editi recenſentur, nulla mentio eſt Auſcultationum mirabilium. Quae vero emendationes Geſneri a Sylburgio et Caſaubono laudantur, eas ex *Hiſtor. animal.* excerptas eſſe cognovi.

nunc habemus, partem conſcriptam eſſe vere ab Ariſtotele, qui forte ſic multa notatu digna ſine ordine ſibi ad ſubſidium memoriae annotavit, et in adverſaria quaſi coniecit, quibus aliquando uti poſſet. Quod vero huius generis libris ſaepius accidit, etiam huic accidiſſe puto. Multa ſuis exemplaribus adſcripſerunt ſubinde poſſeſſores, quae poſthac in contextum recepta ſunt, unde repetitiones eiusdem rei extitiſſe credibile eſt. Quodſi eos audire malumus, qui libelli argumentum leve, et non ſatis dignum ſummi philoſophi ingenio iudicant, poſſumus in eam incidere opinionem, elegiſſe atque excerpſiſſe auctorem, quicunque demum ille ſit, quae ſingularia aut mirabilia ſibi viſa ſunt in ſcriptis Ariſtotelis, quibus alii multa aliunde collecta fortaſſe addiderint. Neque huic ſententiae obſtant, quae hic quidem leguntur, ſed in ſcriptis philoſophi hodie reliquis deſiderantur; poteſt enim fieri, ut deſumta iſta ſint e libris iam dudum deperditis. Verum unum reſtat, quod minime praetermittendum arbitror, nempe Plinium aliosque veteres ſubinde dictitare, uti ſe auctoritate *Theophraſti*, ubi ex hoc Ariſtotelis libello hauſiſſe videntur. Quam ob cauſſam complures viri docti ſuſpicati ſunt, non Ariſtotelem, ſed Theophraſtum eſſe auctorem harum Auſcultationum mirabil., quorum in numero eſt Harduinus ad Plin. I. p. 470. Sed de hoc ſatis; legant, qui velint, iudicia doctorum de hoc libro a nobis collecta, quae iam iam allaturi ſumus.

Supereſt, ut de diviſione in ſegmenta ſeu capita a me inſtituta dicam. Uno tenore et continuatione librum conſcriptum vidi in cunctis, quae mihi adhuc obvenerunt exemplis et Graecis et Graeco-Latinis. Quam ob rem mihi licitum fore iudicavi, li-

librum in ſegmenta redigere, quo commodius eo uti poſſent lectores. Sed cum interpretationem *Monteſauri* acciperem, cognovi, eum iam eandem adhibuiſſe diviſionem, qua uſus eſt quoque *Natalis*. Tunc demum animadverti, paucos ſcriptores recentiores, e. c. *Caeſium* in *Mineralogia*, eandem accepiſſe diviſionem. Quod ſi mihi citius innotuiſſet, certo non tentaſſem novam, ne inde exiſteret vel confuſio vel moleſtia. Quamquam neutram valde metuendam opinor, cum perpauci ſint, qui librum ſecundum interpretum capita vel ſegmenta indicaverint. Atque ut reſarcirem prorſus omne damnum, ſi quid ullum eo dederim, adſcripſi interpretationi Monteſauri et veterem illam et meam diviſionem, quae ambae uſque ad cap. 36. non diſcrepant (†).

Reſtat iam, ut gratias agam cupide et libenter *F. C. Matthiae*, Gottingenſi, viro iuveni tam ſolidae eruditionis, ut *Heynii* noſtri diſcipulum poſſis agnoſcere, qui mihi operam ad typographi errores inveſtigandos et emendandos, benigne et attente locavit. Idem indices lectionesque Aldinas addidit, et inter legendum adſperſit paucula pag. 246, 248, 301 quae accipere non dubitavi.

Denique in libro tam varii argumenti ſi vel quaedam explicaverim, (quae non intellexiſſent alii, qui mihi exprobrare poſſunt ea, quae ego explicare non potui aut non ſatis recte intellexi), nec mihi nec aequis cenſoribus oleum et operam perdiſſe

(†) Holſtenius in *notis ad Stephanum* e. gr. p. 231, 239, 253, 284, utitur diviſione huius libri, diverſa ab iſta, quam adhibuerunt Monteſaurus et Natalis. Num Holſtenius ipſe librum ad arbitrium ſuum ſibi deſcripſit in capita?

diſſe videbor (†). Finiam nunc verbis *I. M. Geſneri*, praeceptoris quondam mei: "Qui placide et humaniter, quod decet „litteras noſtras, monuerit aliquid, huic lubens merito agam „gratias; ſi quis ſecus fecerit, vel invitus me docebit aliquid, „hoc eſt praeſtabit, quo ego gaudeam; vel nihil me laedet, ſuo „praeconio ſuum ipſe dedecus vulgabit." Scrib. Gottingae d. 29. Aug. 1786.

(†) *Nam non uti ſummus philologus, nec grammaticus ſummis rationibus artis exercitatus, ſed* (ut architectus) *his litteris imbutus haec niſus ſum ſcribere.* Vitruv. in praef.

IVDICIA VIRORVM DOCTORVM
DE HOC LIBRO.

HENR. STEPHANVS in epiſtola ad *Petr. Victorium*, praefixa libro, de quo vid. praefat. noſtra.

Quod autem ad libellum περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων attinet, is certe non novus, ſed plane veterum exemplarium opera renovatus in hac editione nunc prodit. In quibus quod principium huius libelli reperitur aliud ab eo quod in prioribus editionibus habemus, id vero meam de libro illo (quam mox tibi exponam) non parum adiuvare poteſt coniecturam. At de illis ex novem Theophraſti libris ἐκλογαῖς quid dicemus? quid vero potius, quam optabile eſſe ut non ἐκλογὰς ex Theophraſti libris, ſed Theophraſti libros iure vocare poſſemus? Sed exime quaeſo mihi hunc ſcrupulum, Victori, ſi potes: qui fit ut eorum multa quae hic ex duobus Theophraſti libris, ἐκ τῶν περὶ κόπων et ἐκ τοῦ περὶ ἱδρώτων, excerpta habentur, inter Ariſtotelis problemata, totidem et iisdem ubique fere verbis relata inveniantur? Hoc ſane facit, ut quod de hoc quoque Ariſtotelico libro antea ſuſpicabar duntaxat, nunc omnino perſuaſum habere coeperim; eius videlicet, qui ſoli Ariſtoteli tribuatur, problematum libri, vendicare quidem ſibi partem aliquam Ariſtotelem, ſed eam fortaſſe minimam. Nec vero ex Ariſtotelis tantum et Theophraſti, ſed ex quorundam praeterea nequaquam cum illis comparandorum ſcriptis conflatum illud volumen eſſe exiſtimo. Hinc fit ut multa repetita,

quaedam et ter posita, mutatis tantum aliquot verbis, multa longe maximam styli differentiam inter se habentia; multa etiam ne mediocri quidem philosopho, nedum ipso Aristotele aut omnium eius discipulorum praestantissimo Theophrasto, digna inveniantur. Hinc fit denique (quod te, opinor, non latet) ut in manuscriptis codicibus, iis quidem qui antiquitatem prae se ferant, multa eorum quae in vulgatis editionibus leguntur, desideremus; quae autem illic extant, alio ordine plerumque collocata reperiamus. Mea autem de Aristotelis περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων libro coniectura, iis profecto quae de problematum volumine persuasa mihi esse dixi, non est absimilis. Aristotelis enim librum illum esse non nego (quo ore enim id negem, cum etiam a Sotione, cuius paucula quaedam ad idem argumentum facientia adiunxi, ex Aristotele citati, illic habeantur loci?) sed totum librum, qualis quantusque est, Aristotelicum esse, id sane pernego. Nec vero hoc duntaxat argumento niti velim, quod aliud in manuscriptis exemplaribus initium, et magna in multis locis lectionum varietas reperiatur; sed cum aliis, tum hisce duobus potissimum: nimirum et quod nonnulla etiam quae multo post Aristotelis tempora acciderunt, illic narrentur; et huius modi sit aliquot in locis sartago loquendi (ut loquutus est Persius) quam tantum abest, ut Aristoteli tribuere audeam, ut ne ulli quidem nisi plane impolito scriptori ea sine piaculo tribui posse videatur.

Erasmvs Roterod. in praefatione ad edit. Isingrinianam Aristot. Basileae. 1550. fol.

Librum de mirabilibus narrationibus res ipsa loquitur e diversis auctoribus esse consarcinatum, nec prae se fert indolem Aristotelicam.

Francis. Patricivs in *Discussionibus Peripateticis.* Basileae 1581. fol. p. 25.

Librum de admirandis auditionibus, nemo litteratorum est, qui Aristotelis eum esse audeat asserere. Ita omnia videntur ab Aristotelicis omnibus aliis discrepare.

Isaac.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

Isaac. Casavbonvs in notis ad *Aeneae* Poliorcet. p. m. 1808.

Priſcis temporibus, cum vel nullae vel paucae adhuc legitimae hiſtoriae exſtarent, ſtudioſi doctrinae homines exempla propoſito ſuo convenientia, quae fando acceperant, ad ſubſidium memoriae ſibi aliisque adnotabant; eaque ſcripto mandabant. Haec ſunt quae ἀκούσματα vocabant, hoc eſt, auditiones vel hiſtorias auditas. Extat liber Ariſtolelis, quem vulgo περὶ ἀκουσμάτων θαυμασίων inſcribunt; quum verus index ſit, ἀκούσματα θαυμάσια. Is liber ad doctrinam parandam et cognoſcenda naturae miracula eſt a philoſopho compoſitus.

Vossivs *de hiſtoricis Graecis* lib. 4. cap. 3.

Libellus ille lectu quidem digniſſimus; magno autem Ariſtotele minus dignus videtur. Quodſi nihilo minus genuina eſt inſcriptio, iunioris credo Ariſtotelis erit.

Fabricivs *biblioth. Graeca* lib. 3. cap. 6. vol. 2 p. 137.

Multa ex hoc libro refert, Ariſtotele auctore laudato, Antigonus Caryſtius *Hiſtor. mirab.* cap. 31 – 127. Allegat et Athenaeus XII p. 541. Suidas in ποτίνῳ, Stephanus Byz. in τῆνος et alibi. Sed in γελωνοὶ male quaedam editiones et in his Berkeliana habet, πέμπτῳ περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, cum illud πέμπτῳ a Xylandro recte ſit expunctum. Etiam Laertius, Patricio judice, per συναγωγῆς ά, β, V, 25 hoc ſcriptum intelligit. Meminit et θαυμασίων ἀκουσμάτων in Ariſtotelis ſcripta Anonymus Menagii. *Si qua coniecturae venia*, inquit H. Dodvellus diſſ. de aetate peripli Hannonis cap. 21, *crediderim hoc opus e variis Ariſtotelis operibus collectum eſſe a diſcipulo et ſucceſſore illius Theophraſto, verbis nonnunquam ſuis, nonnunquam ipſius Ariſtotelis.* Ariſtotelis eſſe negat praeter Erasmum Philander ad Vitruvium VIII, 3, idque ſe multis poſſe demonſtrare argumentis, Ionſius p. 176. Voſſius *de hiſt. graec.* p. 514. Ioh. Bodaeus a Stapel ad Theophraſtum p. 214 etc. Etiam Theophraſti eſſe, e Plinio obſervaſſe viſus eſt ſibi Ioh. Camers ad Florum. Contra tamen Iulius Caeſar Scaliger ad eundem Theophraſtum de cauſſis plantarum p. 325: *Commentarius de miraculis auditis, Ariſtotelis eſſe, non Theophraſti. Eſt enim illius nectareus ſtilus.* Liber ipſe

genuinus Aristotelis, sed fragmentum, quod ad calcem huius libri legitur, ὑποβολιμαῖον est Mauſſaco in limine notarum ad Plutarchum *de fluminibus*, ex quo multa in illud congesta et inde avulsa esse obsevat.

Ioh. Bavhinvs *Historia plantarum* lib. 8. cap. 6. Vol. I, 2 p. 152.

Libellus de mirabil. auscultat. non est Aristotelis, quod vel ex eo patet, quod Venetiarum in eo meminerit, quas certum est ex historiis fide dignis Aristotelis saeculo nondum extitisse.

Hoc quidem argumentum nullum est. Videtur Bauhinus ab interprete forte deceptus putasse, auctorem cap. 129. loqui de Venetiis, urbe maris Adriatici, quod est longe secus. Sermo est enim de Venetis, Italiae antiquo populo, Trojana stirpe orto, ut auctor est Cato apud Plin. III, 19.

I. M. Gesner de electro in *Commentariis societ. scient. Gotting.* an. 1753. pap. 72.

Auctor mirabil. auscultat. certe Aristotele non multo iunior.

I. G. Byhle diss. *de distributione librorum Aristotelis in exotericos et acroamaticos.* Gottingae 1786. p. 77.

Primo statim intuitu apparet, hunc librum ex aliis Stagiritae scriptis, inprimis ex animalium historia Meteorologicisque absque ullo consilio et delectu temere consarcinatum esse.

Cap. I.

Ἐν τῇ Παιονίᾳ φασὶν, ἐν τῷ ὄρει τῷ Ησαίνῳ καλουμένῳ, ὃ τὴν Παιονικὴν καὶ τὴν Μηδικὴν ὁρίζει, εἶναί τι θηρίον, τὸ καλούμενον βόλινθον, ὑπὸ δὲ τῶν Παιόνων μόνεπον τοῦτο λέγεσθαι· τὴν μὲν ὅλην φύσιν παραπλήσιον εἶναι τῷ βοΐ. διαφέρειν δὲ τῷ μεγέθει καὶ τῇ ἐυρωσίᾳ, προσέτι δὲ καὶ τῇ χαίτῃ· ἔχει γὰρ ἀπὸ τοῦ αὐχένος, ὥσπερ ὁ ἵππος, καταπείνουσαν βαθεῖαν σφόδρα, καὶ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἕως τῶν ὀφθαλμῶν· τὰ δὲ κέρατα, οὐχ ὥσπερ οἱ βόες, ἀλλὰ κατεσραμμένα, καὶ τὸ ὀξὺ κάτω παρὰ τὰ ὦτα, χωρεῖν δὲ αὐτὰ ἡμιχόου πλεῖον ἑκάτερον αὐτῶν, καὶ μέλαν σφόδρα εἶναι, διαφίλ-

In Paeoniae monte Heſaeno, qui Paeonicam Medicamque regionem terminat, feram quandam, alibi Bolinthum, a Paeonibus vero Monepon vocatam, inveniri tradunt, quae omni quidem natura ad bovis ſimilitudinem accedat proxime, differat vero magnitudine et robore ac juba inſuper. Eſt enim ea a cervice illi, velut equo, admodum promiſſa, atque vertice ad usque oculos dependens. Cornua autem non quemadmodum bobus, ſed adunca in ſe inflexa, mucronibus deorſum verſus aures porrectis, magnitudine tam ampla ut ſingula plus ſemiſextario capiant, colore maxime atro, et relucente

βειν δὲ ὡς ἔιναι λελεπισμένα. ὅταν δὲ ἐκδαρῇ τὸ δέρμα, κατέχειν τόπον ὀκτακλίνου. ἡνίκα δὲ πληγῇ, φεύγει· κἂν ἐξαδυνατῇ, μένει. ἔστι δὲ ἡδύκρεων. ἀμύνεται δὲ λακτίζον καὶ προσαφοδεῦον ὡς ἐπὶ τέτταρας ὀργυιάς. ῥᾳδίως δὲ χρῆται τούτῳ πολλάκις τῷ ἴδει· καὶ ἐπικαίει δὲ, ὥστε ἀποψήχεσθαι τὰς τρίχας τῶν κυνῶν. τεταραγμένον μὲν οὖν, τοῦτον ποιεῖν φασι τὸν ἄφοδον· ἀταράχου δὲ, μὴ ἐπικαίειν. ὅταν δὲ τίκτωσι, πλείους γινόμενοι, καὶ συναχθέντες ἅμα πάντες οἱ μέγιστοι, τίκτουσιν, καὶ κύκλῳ προσαφοδεύουσι. πολὺ γὰρ τι τούτου τοῦ περιττώματος τὸ θηρίον προίεται.

perinde ac rasa decorticataque. Tergus distentum, locum octo accubantium occupat. Percussa fugit, nec nisi cursu delassata subsistit. Carnem habet gustu gratissimam. Calcibus sese tuetur, et alvi proluvie, quam ad passuum etiam quatuor spatium projicit (nam ea egerendi forma frequenter utitur,) ferventem adeo, ut canum, qua pertingat, pilos absumat. Verum concitatae tantum belluae, non etiam quiescentis, stercora eam vim habent. Imminente partu, simul pluribus collectis, enituntur adultiores, inque circulum egerunt, ac se quasi vallo circumdant et muniunt; largam enim quandam ejus fimi copiam hoc genus animantis rejicere solet.

NATALIS DE COMITIBVS.

In monte vocato Heseno Paeoniae, qui Mediam Paeoniamque disterminat, feram quandam bolinthum nuncupatam esse ajunt, quae a Paeonibus tamen Menepus dicitur, quae universam corporis formam bovi habet simillimam, at antecellit magnitudine, membrorum firmitate et juba praeterea; habet enim dependentem a cervice, tanquam equus, eamque valde densam atque a vertice usque ad oculos protensam. Cornua non sicuti boves habet lunata, sed contorta, quo-

quorum acumen inferius juxta aures reflectitur; sunt ea porro illius amplitudinis, ut plus capiant singula semisextare, suntque valde nigra, atque ita splendent, ut si abrasa essent et expolita. Vbi pellis fuerit detracta, locum occupat octo thororum, carnem habet suavem. Vbi percussum fuerit id animal, fugit; si nequeat amplius, subsistit, atque calcibus et stercoris jactu se defendit, quod ad spatium quatuor ulnarum projicit, hac projiciendi forma et saepius et perfacile utitur, atque ita comburit, ut canibus setae inarescant ac delabantur. Hujusmodi alvi profluvium commoto et perturbato esse inquiunt, at quieti excrementum, non etiam urere. Vbi pariendi tempus adventarit, complures in unum conveniunt et congregatis iis, qui maximi sunt, pariunt; atque excrementum in circulum emittunt, quod plurimum est illi belluae.

De hoc, ante omnia, te admonitum volo, in manu scriptis exemplaribus quae viderim, non hoc esse libri hujus principium, sed illud quod habes infra (cap. 163), ab his videlicet verbis: Λέγεται περὶ τὰ Τυάνα etc. usque ad (cap. 194): ἐξ οὗ φασὶ πῦρ ἀνάπτεσθαι. Inter ea autem quaedam sunt quae sparsim in hoc libro posita reperiuntur. STEPHAN.

Hic quoque liber, cum in superioribus editionibus partim mutilatus, partim corruptus esset, Stephani industria et integrior nobis et correctior est datus; sed ut in sordibus eluendis raro tanta potest adhiberi accuratio, ut non aliquot maculae oculos et manus fugiant, ita in hoc quoque tractatu accidit. Cum igitur et nos ad eum emaculandum aliquid conferre officii ratio postulet, in variae scripturae indicatione ea proferemus, quae ingenii nostri tenuitas obiter perspicere potuit; cetera iis relinquemus qui et otio abundant, et doctrina judicioque pollent majore. Porro ad principium libri quod attinet, Stephanus monet, in manu scriptis exemplaribus non esse idem quod in vulgatis libris initium; sed illud quod seorsum vulgatarum editionum textui subjunctum est infra, quae non adulterina esse, sed Aristotelica, ex eo licet conjicere, quod quae Stephanus Byzantius in Τῆνος ex θαυμασίοις ἀκούσμασιν

Aristotelis citat, ea sub finem illius additamenti leguntur. (cap. 193). Sed vicissim in hoc ipso additamento quaedam sunt, quae in vulgatis editionibus sparsim reperiuntur. Jam ut ad notationum seriem revertar, in prima narratione quatuor suspecta sunt nomina. Nam pro Ἡσαίνῳ monte, qui interpreti *Hesenus* est, in Histor. anim. lib. 9 cap. 45 legitur ὄρει τῷ Μεσσαπίῳ, *monte Messapio*, seu (ut in Gazae versione est) *Messapo*. Ptolemaeus in Pannoniae descriptione Κετίου ὄρους et Βεβίων ὀρέων meminit p. 135. Deinde Μηδικὴ legitur etiam in Histor. animal. lib. 2 cap. 1 et lib. 9 cap. 45; nec multum absimiliter infra (cap. 125) τὴν τῶν Σκυθῶν καὶ Μεδῶν χώραν, sed verior scriptura est per αι, sicut apud Ptolem. p. 195, Μαιδικὴ στρατηγία, *Maedicus ducatus*, seu *Maedica praefectura*, quod clarius etiam apud Stephanum Byz. indicat alphabeti series; dum scribit Μαιδοὺς Thraciae gentem esse; cujus pars, cum in Macedoniam finitimam transisset, Μαιδοβίθυνοι sit vocata; atque inde esse gentile possessivum Μαιδικὸς, Μαιδικὴ. Tertio, pro βόλινθος, quod interpreti quoque Bolinthus est, in Historia animalium lib. 2 cap. 1 et lib. 9 cap. 45 legitur βόνασσος. De partibus animal. lib. 3 cap. 2, βόννασος; apud Plinium lib. 8 cap. 15, bonasus. Postremo pro μόνεπος, quod apud interpretem quoque legitur, Hist. animal. lib. 9 cap. 45, est μόναπος; apud Aelianum Hist. anim. lib. 7 cap. 3 μόνοψ, de quibus Gesnerus quoque in Bonasi historia monuit pag. 151. SYLBVRG.

μόνεπον τοῦτο λέγεται] pro λέγεται convenientius scribemus λέγεσθαι, *dici*. SYLBVR.

καὶ τὸ ὀξὺ] de cornibus intelligendum est; sicut interpres quoque vertit: *mucronibus deorsum versus aures porrectis*. SYLBVR.

ἡμιχόου] pro ἡμιχόου, Leoniceni et Camotii editio habet ἡμιπηχείου; parum apte. Interpres vertit: *plus semisextario*, ἡμιξέσου πλεῖον. Nostrum ἡμιχόου vocabulum infra sic usurpatur, cap. 140. et Hist. anim. lib. 9 cap. 45 de hoc ipso bonaso. SYLBVR.

ἡμιχόου] Errat Sylburgius, interpretem *semisextario* vertentem ἡμιξέσου legisse, putans. Nam ἡμίχοος, qui proprie *dimidius* est *congius*, primi interpretes, quocunque errore inducti, *semisextarius* reddiderunt. NIC.

λελεπισμένα] Interpres legit ὡς ἔι (seu ὡσανεὶ) λελεπισμένα, *perinde ac rasa decorticataque*. Gesnerus mavult λελιπασμένα, *veluti perunctа*; sicut in Histor. anim. lib. 9

lib. 9 cap. 45 legitur: ἡ δὲ μελανία καλὴ καὶ λιπαρὴ τοῦ κέρατος. SYLBVR. Salmaſius Ex. Plin. p. 589 emendationem Gesneri probat. NIC.

φεύγει] fuit qui φεύγων legere voluit. I. B.

ὡς ἐπὶ τέτταρας ὀργυιὰς] i. e. XXIV pedes. Nam ὀργυιὰ Herodoto 2, 149 ſex eſt *pedum*, qui efficiunt *paſſum* apud Graecos, cum paſſus Romanus ſit tantum V pedum. Conf. VV. DD. ad Heſych. h. v. et Perizon. ad Aeliani var. hiſt. 12, 22. Solinus εἰς τρία πλέθρα legiſſe videtur. Sic enim ille: *Cum in fugam vertit proluviem citi ventris egerit per longitudinem trium jugerum*, i. e. pedum ſeptingentorum viginti, nam jugerum in longitudinem patet 240 pedes, quod merito reprobat Salmaſius Ex. Plin. p. 589. NIC.

ἴδει] fuit qui maluit legere ἔθει. I. B.

τεταραγμένον μὲν ὂυν] Rectius: τεταραγμένου μὲν ὂυν, τοῦτο ποιεῖν φασι τὸν ἄφοδον; ut ſatis declarant haec in Hiſt. anim. lib. 9 cap. 45: τεταραγμένου μὲν ὂυν, καὶ φοβουμένου, τοῦτο ποιεῖ ἡ κόπρος· ἀταράκτου δ' ὄντος, οὐκ ἐπικάιει. ubi nota etiam maſc. gen. τὸν ἄφοδον pro excremento; cum in ſeceſſus ſignificatione id vocabulum ſit foemininum. SYLBVRG.

Animal, quod hic βόλινθος vocatur, ab Ariſtotele *hiſt. anim.* lib. 9 cap. 71 p. 1156 ed. Scalig. dicitur βόνασσος, et libro 3 *de partibus animal.* cap. 2 βόννασος; apud Plinium *bonaſus*, apud Solinum *bonacus* vel *bonnacus*, quam ſcripturam Salmaſius *exerc. Plin.* p. 589 his probat verbis: *dictum βόνακος hoc animal, quaſi βόυνακος vel βοόνακος, quod corium bovis haberet, cum pilis.*

Etiam alterum nomen, quo animal Paeonibus vocabatur, vario modo ſcribitur. Nam h. l. μόνεπος legitur, in *hiſt. anim.* μόναπος. Antigono Caryſt. *hiſtor. mirab.* cap. 58 dicitur μόνωτος, et Aeliano *hiſt. anim.* lib. 7 cap. 3, quaſi μόνωπον legerit, μόνοψ. Hoc quidem nomen Graecum eſt, i. e. μονόφθαλμος, ſed quod hoc ſenſu animali prorſus non convenit.

Paeonia, quae bolinthi patria dicitur, hodie eſt pars Bulgariae et Romaniae; late enim patuit olim iſta regio. Gentes Paeoniae recenſentur a Plinio lib. 4 cap. 10. I p. 201. *Paeonia*, inquit Juſtinus 7 cap. 1, *nunc portio eſt Macedoniae.* Livius lib. 40 cap. 2: *Emathia, quae nunc dicitur, quondam appellata eſt Paeonia.* Etiam Aelianus *hiſt. an.* VII, 3 animal illud, de quo ſermo eſt, ζῶον Παιονικὸν vocavit. Plinius etiam lib. 8 cap. 15

p. 442 et Antigonus Caryſt. cap. 58 Paeoniam ejus patriam eſſe dixerunt, ſed Solinus cap. 40 naſci hoc animal circa Phrygiam Lydiamque perhibuit, quam ob cauſſam jam Hermolaus ante Harduinum ſuſpicatus eſt, legiſſe Solinum apud Plinium, non *Paeoniam*, ſed *Maeoniam*, quae conjectura vel propterea probabilis eſt, quoniam Conr. Geſnerus in ſcriptis Plinii codicibus *Maeonia* pro *Paeonia* reperiri teſtatur.

Mons Heſaenus in Ariſtot. *hiſtor. anim.* IX cap. 71 p. 1156, ubi ejusdem animalis hiſtoria legitur, vocatur *Meſſapius*: ἐν τῷ ὄρει Μεσσαπίῳ. Antigonus Car. c. 58, qui ex Ariſtotele hauſit, *Marſanum* vocat: ἐν τῷ ὄρει Μαρσάνῳ, quam lectionem probat Salmaſius *Exerc. Plin.* p. 179 et 589.

Medica ſeu Maedica Thraciae mediterraneae pars ſub monte Pangaeo ſita, proxima Macedoniae. Gens vocabatur Medi ſeu Maedi. Stephanus Byz. Μαιδοὶ ἔθνος Θρᾴκης, πλησίον Μακεδονίας. Alii ſunt Medi Aſiani. Μαιδικὴν legendum eſſe jam Sylburgius monuit, et ſic loco priore ſcribit Salmaſius.

Bolinthus, qui magnitudine a bove differre hic ſcribitur, in Ariſtotelis *hiſt. anim.* dicitur animal magnitudine tauri, ſed corpore quam bos latiore, ὀγκωδέστερον. *Cervix*, inquit Ariſtoteles, *jubata armorum tenus, ut equi eſt, ſed villo molliore, quam juba equina et compoſitiore.* Κέρατα κατεστραμμένα, cornua adunca, id eſt deorſum verſa, ita ut mucro inferne juxta aures ſit. In *hiſt. animal.* dicuntur cornua adunca in ſe flexa et pugnae inutilia; κέρατα γαμψὰ, κεκαμμένα πρὸς ἄλληλα, καὶ ἄχρηστα πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι. Atque lib. 3 *de partibus animal.* c. 2: κέρατα γαμψὰ πρὸς ἄλληλα. Plinius: *cornibus in ſe flexis, ut non ſint utilia pugnae.* Ergo temere Solinus: *cornua ita multiplici flexu in ſe recurrentia, ut ſi quis in ea offenderit, non vulneretur.* Λελεπισμένα dicuntur a verbo λεπίζω, *decortico.* Sed Conr. Geſnerus *hiſt. quadrup.* I p. 146 legit λελιπασμένα, a verbo λιπαίνω, a quo et λιπασμὸς, hoc ſenſu: cornua ajunt nigro colore adeo ſaturata eſſe, ut tanquam peruncta ſplendeant. In *hiſt. anim.* p. 1157: ἡ δὲ μελανία καλὴ καὶ λιπαρὰ τοῦ κέρατος. Λιπαρὸν Graeci vocant quidquid nitet et ſplendet ab olei vel unguinis nitore. Ita Heſychius: λιπαρὸν, σιλβὸν. Dioſcorides aluminis genus λιπαρὸν laudat lib. 5 cap. 123, atque idem lib. 5 cap. 85: ἡ δὲ πομφόλυξ λιπαρὰ ὑπάρχει.

Ἡμίχοος eſt dimidius congius. Conr. Geſnerus in *hiſt. quadrup.* I p. 146 reprehendit Gazam, qui ſemiſextarium reddidit, cum *Chus*, id eſt, congius, ſextarium ſexies capiat, unde et ſextario nomen apud Latinos. Verba viri doctiſſimi digna ſunt, quae huc referantur. "Eſt congius men„ſura liquidorum, quae vini vel „aquae libras decem capit, teſte Paulo „Aegineta; qui etiam ξέσῃ, ſextario „uncias viginti attribuit. Alius eſt „aridorum ſextarius, ἑκτεὺς apud „Graecos, cujus dimidium ἡμίεκτον. „Huic nomen quod medimni Attici „pars ſexta ſit; choenices capit octo; „conſtituunt autem choenices octo „modium Aegyptium vel Italicum. „Choenix xeſtas (id eſt ſextarios li„quidorum) duas capit. Quod ſi „quis

„quis de illo intelligat, ſemiſextarius „choenices quatuor capiet, id eſt ſex„tarios liquidorum octo, qui vini vel „aquae libras tredecim et uncias qua„tuor caperent. Ita ſemiſextarius ari„dorum ad ſemicongium liquidorum, „duplus erit et ſupertripartiens quin„tas, ut uncias quatuor omittam. „Sed Chus liquidorum eſt menſura, „et Ariſtotelem de liquidis intellexiſ„ſe veriſimilius eſt, quoniam cornibus „hujusmodi pro poculis utebantur. „Sed forte Gazam defenderit aliquis „d. Hieronymi auctoritate, qui com„mentariorum in Ezechielem libro I „choa Atticum, ſextarium Italicum „eſſe ſcribit. At hoc auctorum alius „nemo ſcribit, ut omnino memoria „vel rei inſcitia lapſum Hieronymum „aut librarium potius credam; qua „de re adverſus Alciatum Hieronymo „patrocinantem, Georgius Agricola „libro 2 de ponderibus et menſuris „doctiſſime diſſerit, ubi Plinium etiam „erroris incuſat, qui in vini nectari„tis apparatu ubi Dioſcorides choas, „id eſt congios ſex habet, ipſe ſive „ex Dioſcoride ſive alio Graeco aucto„re transferens, totidem ſextarios red„dit, quod itidem vel ipſius vel libra„riorum negligentia factum conſtat, „cum alibi ſemper pro Graecorum „ſextario congium reponat. Sed Ga„zam fortaſſis offendebat nimia capa„citas, ſi dimidium congii reddidiſſet. „Atqui alia legimus longe capaciora „cornua, qualia Plinius urorum eſſe „ſcribit, ex quibus barbari ſeptem„trionales potant urnasque binas ca„pitis unius cornua implent. Am„phora duas capit urnas, urna con„gios quatuor, Voluſio teſte, et ap„probante Ge. Agricola. Vnum igi„tur uri bovis cornu congios qua„tuor capere poterat. Aelianus Pto„lemaeo ſecundo ex India cornu alla„tum ſcribit, quod tres amphoras „caperet, ut Aelianus tradit. Tres „amphorae congios viginti quatuor „efficiunt." Hactenus Geſnerus. De congio confer. Budaeus *de aſſe* lib. 10 p. 221. Recentiori vero aevo cornua reperta ſunt tam immani magnitudine, ut Ariſtotelis de bonaſi ſeu bolinthi cornibus narrationi facile fidem faciant. Conf. Pallas comment. de oſſibus Sibiriae foſſilibus in *Novis commentariis acad. Petropol.* tom. XIII pag. 461 ſeq.

Pellis bolinthi extenſa ſcribitur hic κατέχειν τόπον ὀκταπλίνον. Eadem in *hiſtor. anim.* dicitur occupare ſpatium εἰς ἑπτάπλινον. Sic in noſtro libello infra cap. 58 fontem Siciliae Palicinum eſſe ſcribit noſter ὡς δεκάπλινον. Etiam cap. 139 τόπος πεντάπλινος. Conf. Pollux lib. 1 c. 8 p. 51 et lib. 6 cap. 1 p. 566, ubi quid ſit δίκος τρίκλινος, πεντάκλινος, δεκάκλινος docet. Hiſce vocabulis Graecos certam deſignaſſe menſuram, non minus quam ſi cubitos et pedes nominaſſent, palam eſt. De iſta vero quaeſtione, quantum fuerit hoc ſpatium, diſputavit Geſnerus *hiſt. quadr.* I p. 147, qui eandem omnium iſtorum ſpatiorum, quae a *cline* nomen habent, fuiſſe latitudinem, et longitudine ſolum differre, credidit. Ex ejus ſententia heptaclinos vel octaclinos bonaſi longitudo non brevior fuit pedibus ſeptemdecim; quae vero latitudo fuerit, ex ratione longitudinis ad latitudinem in communium boum pellibus conjicere liceat.

Ὀργυιὰ eſt menſura, quae manibus extenſis fit; ſeu extenſio manuum una cum pectoris latitudine. Conf. Heſy-

Hesychius, Pollux, Suidas, et Nic. Blancardus ad Arriani lib. 2 *de exped. Alexandri* p. 130. Gaza et complures interpretes orgyias reddiderunt *passus*, quos propterea reprehendit Conr. Gesnerus. Attamen Plinius quoque Graecorum orgyias nostratibus passibus pares esse intellexit, qui lib. 5 sect. 9 altitudinem Moeridis paludis dixit esse quinquaginta passuum, quam Herodotus lib. 2 pronunciavit esse πεντηκοντόργυιον. Eodem modo Plinius VI, 18 fluvio Gangi tribuit altitudinem nusquam minorem passibus XX, pro eo, quod Graeci e. c. Strabo lib. 15: βάθος εἴκοσι ὀργυιῶν τοὐλάχιστον, *altitudinem orgyiarum minimum viginti.* Conf. Perizonius ad Aeliani *var. hist.* XII, 22 p. 697. Plinius quidem in bonasi historia non *orgyias*, sed *jugera* dixit, cujus propterea judicium eruditionemque desiderarunt Gesnerus aliique critici. Conf. Ant. Mureti *variarum lection.* lib. 14 cap. 4 p. 366. Quis enim credat, inquit Gesnerus, ad tantum spatium stercus bonasum ejaculari! Jugerum enim vocabatur, ut ipse Plinius alibi scribit, quod uno die boum uno jugo exarari posset. Verum enimvero jam Solini aetate in Plinii codicibus ita legebatur, cum is, *fimum*, inquit, *egerit per longitudinem trium jugerum.* Neque quatuor jugera, sed tria tantum dixerunt Plinius atque Solinus, cum Aristoteles orgyias quatuor scripserit; quam ob causam Meursius ad Antigonum non III, sed IV jugera apud Plinium legere vult. Atqui Harduinus Plinium sua interpretatione vindicare conatus est; ita enim ille: *dum fugit bonasus, fimum egerit, donec jugerum trium spatium fugiendo percurrerit.* E contrario Aristoteles non in fuga, nec cum in fugam vertit, ventris proluviem egerere bonasum dicit, sed cum viribus defectus fugere amplius non potest ac stare cogitur. Primo igitur percussus in fugam se dat bonasus; ubi vires eum defecere, tunc stat, ac se defendit calcibus et stercoris adversus insequentes ejaculatione. Aristoteles lib. 2 *de partib. an.* cap. 6 p. 515: τούτῳ γὰρ ἀμύνεται φοβηθέντα. *Eo* (excrementi profusione) *se tuentur bonasi, cum metuunt.* Antigonus Car. Aristotelis mentem non prorsus expressit: ἰδιωκόμενον δὲ προσαφοδεύειν πόρρωθεν, *animal agitatum longe emittit merdam.*

Verbum ἐπικάω, *aduro*, dicitur etiam de fructu, qui solis ardore exuritur; e. c. Geopon. lib. 1 cap. 12 p. 59. Antigonus: *tanto ardore est merda, ut jumentis* (canibus) *ea tactis pili defluant.* Plinius: *cujus contactus, ut ignis aliquis amburit.* Solinus: *cujus ardor quidquid attigerit, amburit.* Aristotelis sententia haec est: pilum tantum amburere ac depectere canibus, quos contigerit stercus illud. Male itaque haec omnia pro more suo, quo majus esset miraculum, exaggeravit Aelianus; hic enim ita: *acre et igneum reddit stercus, quod quidem ipsum si in venatorum quempiam inciderit, mortem afferat.* Gesnerus Gottingensis in lexico et Stephani et Fabri verbum *amburere* reddidit graece περικάιειν vel σμύχειν; sed Plinius et Solinus idem esse quod ἐπικάιειν docent. Alioquin Latini verbum *adurere* dicunt de stercore, quod nimio ardore suo nocet; e. c. Cato VI, 27, 12: *adurit stercore ungulas pullus.* Pallad. *Jan.* XV, 16: *aduritur planta calore stercoris.*

Deni-

Denique fabula de partu ab Aristotele in histor. animal. aliter enarratur: *imminente tempore pariendi, universi* (ἀθρόοι) *in montibus pariunt; ac priusquam sobolem edant, circa locum alvum exonerant, tanquam ponentes munimentum. Emittit fera haec largam quandam copiam excrementi hujus.* — Hac de re nihil legitur apud Plinium, nihil apud Solinum. Neque Antigonus hac de re quidquam, qui quidem aliam fabulam adjecit, cujus nullus alius mentionem fecit; *quam femellam*, inquit, *semel iniverit, ac impraegnaverit, ab ea porro abstinere.* ὃδ' ἂν ὀχεύσῃ, καὶ ἔγκυον ποιήσῃ, τούτου πάλιν οὐχὶ ἅπτεσθαι. Haec ipsa verba leguntur quidem in Aristotelis *hist. anim.* p. 1160, sed de elephanto, non de bonaso. Ibi Aristoteli primum sermo est de bonaso, deinde de elephanto, postea de camelo, denique de equa regis Scytharum. Inde legitur apud Antigonum historia bonasi, quam vero statim excipit fabula de equa regis Scytharum; ergo deest in Antigoni libro quod Aristoteles de elephanto et camelo interseruit. Est itaque satis manifestum, vel ipsius Antigoni vel librariorum negligentia ad bonasum esse relatum, quod Aristoteles de elephanto enarravit. Potuit etiam facile haec fabula (marem non iterum attingere feminam, quam semel iniverit) existere de elephanto, cum hoc animal nunquam nisi in abdito coit, ita ut nemini usque ad nostrum tempus ejus coitum videre contigerit. Vid. Plin. VIII, 5. Aristot. *hist. anim.* lib. 5 cap. 2. Aeliani *hist. anim.* VIII. 17. Bosmann Reise nach Guinea. Hamburg 1708. 8. p. 285. Deinde etiam veteres elephantum prudentissimum putantes voluerunt laudare hujus abstinentiam ac parsimoniam, quasi feminae jam gravidae nunquam molestus sit. Quamquam haec laus potius feminae quam mari convenit. Namque femina gravida marem lascivientem recusare videtur, sicut nec equa gravida admissarium admittit. Meursius hoc vitium, quo Antigonum suum librarii contaminarunt, non animadvertit.

Jam videamus, si animal, cujus historiam hactenus explicavimus, agnoscere liceat. Solus inter veteres Aristoteles ejus notitiam habuisse videtur, quippe qui ejus mentionem saepius injecit; sed Plinium, Aelianum atque Antigonum ex Aristotele, Solinum vero ex Aristotele et Plinio sua hausisse, manifestum est. Neque quisquam ex his aliquid ad historiam animalis addidit, quod non legatur etiam apud Aristotelem. Quae ab his auctoribus de bonaso relata ad animal agnoscendum facere queunt, haec sunt: 1) bonasus est species boum silvestrium. 2) nascebatur, tempore Aristotelis, in montibus istius terrae, quae hodie Bulgaria et Romania vocatur. 3) bove vulgari major et robustior. 4) vox bovis vulgaris. 5) cornua nigra, splendentia, permagna, adunca, seu deorsum versa, ut mucro inferne juxta aures sit. 6) juba equina. 7) pilus mollior quam equinus, demissior, colore partim flavo, partim mixto ex cinereo et rufo; antiae ad oculum pertinentes; crura hirta. 8) cauda bubula, sed brevior. 9) corium vehementer crassum. 10) pulverem spargens, more tauri; fuga delassatus ejaculatione stercoris amburentis se defendens. 11) feminae complures simul in montibus pariunt,

ubi magna ſtercoris copia acervata eſt. 12) caro ſuavis.

Equidem dubito, quin ex his hodiernum bonaſi nomen certo erui poſſit. Zoologi referunt omnia animalia, quae ſponte coeunt et quorum coitu procreantur pulli, qui et ipſi aliquando gignere queunt, ad unam eandemque *ſpeciem*. Species vero quascunque in plurimas ſimilitudines et *varietates* mirum in modum transformari, conſtat inter omnes, qui hiſtoria naturali vel paululum imbuti ſunt. Hae varietates, quarum quaelibet ſubinde in aliam transire ſolet, frequentiſſimae ſunt in iſtis animalium generibus, quae ab hominibus aluntur et manſueta vocantur. Exempli gratia nominaſſe ſufficit, columbas, gallinas, canes, capras, oves, boves. Neque haec animalia tunc tantum varias mutationes ſubeunt, quando domeſtica ſunt, ſed etiam quando ſilveſtria ſponte degunt, nimirum pro loci vel ſoli natalis varia ratione. Pertinent huc diſcrimina, quae intereſſe videntur inter boves ingentes Podoliae, Holſatiae, Belgii, laxis palearibus cornibusque vaſtiſſimis ornatos, interque macilentos ac parvos aliarum terrarum; vel inter boves *camuros*, qui converſa introrſus cornua habent, et *patales*, quorum cornua diverſa ſunt ac late patent, et *laevos*, quorum cornua terram ſpectant, et *licinos*, qui cornua ſurſum verſum reflexa gerunt; atque inter iſtos, qui cornibus prorſus carent, quales ſeptemtrio fert. Hos quidem boves meras, uti dicunt, varietates ſpeciei vulgaris eſſe, graviſſimis argumentis jam dudum probatum eſt. Neque *urus* non eſt varietas, immo is ipſe fator omnium varietatum eſſe videtur, cujus ab indole reliquae vel degenerarunt, vel deflexerunt. In tanta bovini generis varietate ſola generatio limites finire poteſt. Nam differentiae, quae facile in oculos incurrunt, uti magnitudo formaque cornuum, color pili, tophi, jubae prolixitas et quae ſunt alia, in quibus attentio eorum, qui hiſtoria naturali non ſatis imbuti ſunt, haerere ſolet, ad ſtatuendam ſpecierum differentiam non ſufficiunt. Poteſt etiam accidere, ut varietas, quae olim in regione aliqua frequentiſſima fuit, hodie nusquam ſuperſit. Poteſt univerſa animalium ſpecies venatione abſumi, qua perierunt jam dudum in Anglia ac in noſtris terris lupi, atque uri, qui in Germania antiqua frequentes fuerunt. Interdum etiam homines omnia alicujus ſpeciei animalia comprehenderunt et manſuefecerunt, ita ut noſtro tempore iſtorum ferorum reliquiae ſuperſint nullae, atque ut credant propterea nonnulli, hanc animalium ſpeciem nullo in loco feram ſeu ſilveſtrem unquam fuiſſe; quod in primis iſtis animalibus accidit, quae placidiora erant, quorumque uſus maximus et ab antiquiſſimis temporibus cognitus eſt. Ita cum animalia fruuntur cura humana, deflectunt ea paulatim a priſtina indole, ut vix progeniem, unde ortum duxerunt, agnoſcere liceat.

Sed ad bonaſum revertamur. Verum quidem eſt, inter boum ſpecies, quas Linneus, Briſſonus aliique annumerarunt, eſſe unam, cui illi et nomen *bonaſi* et quidquid Ariſtoteles de tauro Paeoniae memoriae mandavit, attribuerunt; ſed ſi omnia teſtimonia, quae de hac ſpecie acervarunt

Briſ-

Briſſonus in *Regno animali* p. 84 et Erxleben in *ſyſtemate regni animalis* p. 233, diligenter perpendimus, facile cognoſcimus, omnes auctores recentiores, qui de bonaſo quidquam retulerunt, omnia hauſiſſe ſolo ex Ariſtotele, neque ullum eſſe recentiorem, qui bonaſum ipſe viderit. Etſi enim Kramerus in *Elencho vegetabilium et animalium per Auſtriam inferiorem obſervatorum;* Viennae 1756. 8. p. 322 refert, fuiſſe quondam bonaſum in vivario principis Eugenii, ibique ſobolem procreaſſe, tamen hac de re dubitare licet, cum ipſe nihil attulit, quod hanc ſpeciem poſſit declarare, cumque bonaſum ſuum germanice vocavit Auerochs, quod quidem uri, non bonaſi nomen eſt. Effigiem capitis bonaſi dedit quidem Conr. Geſnerus in *hiſt. quadr.* p. 145, quam ſibi Norimberga a Cornelio Sittardo medico miſſam eſſe ſcribit; ſed unde is Sittardus effigiem nactus ſit, ignoratur. In *appendice hiſtoriae quadrupedum* p. 5 et in Thierbuche, Frft. a. M. 1669. I. p. 298. idem Geſnerus etiam ſceletum capitis cum cornibus depinxit, quod in Anglia effoſſum eſſe ſcribit; ſed neque hoc argumentum alicujus ponderis eſt. Nam cornua ejus ſceleti accedunt quidem ad ſimilitudinem cornuum, quae Ariſtoteles bonaſo tribuit, ſed etiam inter boves noſtrates ſunt, qui cornua ita adunca habent. Jonſtonus in *Theatro animal. Heilbrunnae* 1755. I p. 52 tab. 18, qui et ipſe incertum dictitat, an cornua olim Geſnero miſſa bonaſi fuerint, effigiem dedit animalis, cui nomen bonaſi adſcripſit, de qua Briſſonus: *bona*, inquit, *ſi jubam haberet;* ſed facile intuenti intelligitur, Jonſtonum nihil quidquam praeter capitis effigiem a Geſnero editam habuiſſe, cui pictor truncum et pedes ſponte appinxit. Quae cum ita ſint, delenda eſt haec ſpecies in ſyſtemate, niſi vel reliqua animalia veterum nondum teſtimonio recentiorum comprobata in ſyſtema recipere velimus. Geſnerus, Spanhemius, Kleinius et Buffonus in *hiſt. nat.* edit. Lipſien. VI, I p. 177 demonſtratum iverunt, bonaſum eſſe idem animal, quod veteribus *biſon* vocatur; ſed haec mera conjectura eſt, non valde probabilis. In eo quidem conſentio, fuiſſe bonaſum biſontis vel tauri ſilveſtris jubati varietatem Paeoniae indigenam.

Quod in bonaſi hiſtoria maxime mirum fortaſſe videatur, eſt haud dubie illud, quod Ariſtoteles de ſtercore amburente retulit, quod a Rajo *ſynopſ. method. animal.* Londini 1693. 8. p. 71 aegre fidem impetravit et a Buffonio prorſus praetermiſſum eſt. Equidem hac de re paucis ſententiam afferam. Vehementiſſimas animi contentiones, terrorem et iram interdum hominibus alvum laxare, comprobarunt phyſiologi rationibus et exemplis, conf. Halleri *elementa phyſiolog.* Lauſannae 1763. 4. Vol. 5. p. 587. Tale aliquid potiſſimum evenire quibusdam ſpeciebus generis Viverrae, quas Buffonius *Mouffetes* vocat, memoriae mandarunt zoologi. Animal a Linneo *Putorium*, a Buffonio *le conepate* dictum, quod in America ſeptemtrionali degit, quando ab hominibus, vel canibus vel hoſte quocunque exagitatur, primum ſe in pedes dat et fuga ſalutem petit; ſed deinde viribus defectum, quando effugium omne praecluſum videt, urinam cum halitu foetidiſſimo ſubito et vehementer e longinquo in inſe-

quentem emittit, atque hoc modo hostem effugere conatur. Vid. Kalms Reise nach dem nördlichen Amerika, II p. 412. Carvers Reise p. 373. Simiis perterrefactis illico alvum moveri, pervulgatum est. Ita quoque *Lama*, animal Americanum camelo affine, in hostem vomitu egerit cibum cum humore impuro, qui tam causticus est, ut pustulas faciat. Buffon. *hist. nat.* VII, I p. 14. Ita sepia, ubi se apprehendi metuit, effuso cruore atro, quem atramentum veteres vocarunt, infuscata aqua absconditur. Cicero *de nat. deorum* 2, 127 c. 50. Quod itaque in bonasi historia maxime mirum videtur, illud etiam in aliis animalibus non insolitum est, quod jam ipse Aristoteles non ignoravit, nam lib. 2 de *partib. anim.* c. 2 p. m. 515: *καὶ ταύτῃ τῇ προέσει διασώζεται ἕτερα, hac eadem alvi profusione alia quoque animalia servari certum est.* Denique etiam verisimile est, fabulam de bonasi defensione non parum esse exaggeratam, quod saltem ab Aeliano factum esse constat.

CAP. II.

Τοὺς ἐν Ἀραβίᾳ φασὶ καμήλους μὴ ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰς μητέρας· ἀλλὰ κἂν βιάσηταί τις, οὐ θέλουσι. καὶ γάρ ποτε λέγεται, ἐπεὶ οὐκ ἦν ὀχεῖον, τὸν ἐπιμελητὴν καλύψαντα ἐφεῖναι τὸν πῶλον. ὡς δ' ἐχεύων ἐπέβη, τότε μὲν, ὡς ἔοικε, συνετέλεσε, μικρῷ δ' ὕστερον δάκνων τὸν καμηλίτην ἀπέκτεινεν.

In Arabia, ajunt, camelos non inire matres suas, sed etiam si quis cogat, non patiuntur. Porro curatorem admissario aliquando destitutum, opertam matrem submisisse pullo, qui etsi coitum (ut videtur) absolvit, paulo tamen post eum hominem morsibus necavit.

NATALIS DE COMITIBVS.

Camelos, qui sunt in Arabia, matres non conscendere fama est, quos si quis compellat, minime potest inducere. Atque commemoratur armentarius aliquando cum non adesset admissarius, pullum contexisse; cum vero rem veneream tunc conscendens is absolvisset, paulo post morsibus armentarium interemit.

ἐφεῖναι]

ἐφεῖναι] C. et L. ἄφεῖναι. SYLB.

ὀχεύων ἐπέβη] ibidem gen. casu ὀχεύοντος ἐπέβη. SYLB.

Arabiam camelorum patriam esse, convincit Buffon *hist. nat.* VI, I p. 121. Quae vero hic de horum animalium pietate erga matrem enarrata sunt, ea etiam leguntur in Arist. *hist. anim.* IX cap. 73 p. 1161, qui quidem locus, cum Scaligero mendis laborare videtur, fortasse a viris doctis ex hoc nostro libello corrigi potest. Camelum nec matrem, nec sororem inire, relatum est etiam in *Geopon.* XVI cap. 22 p. 1135. Fabulam ipsam de camelario interfecto, variis additamentis, pro more suo, exornavit Aelianus *hist. anim.* III cap. 47. Inde Georgius Pisida in *Opific. mundi* V. 910 sua hausit, cujus verba in annotationibus ad *Geopon.* laudavit doctissimus Niclas. Nos adscribimus interpretationem latinam ex editione Commelina 1596. 8. pag. 67:

Quisnam camelos, aestuent ira licet,
Persuasit ut parentis haud se polluant
Contactibus? libidinosum ergo hoc pecus,
Dum temperat constanter a venere impia,
Persas nefandae impuritatis arguit.

quippe Persis hunc incestum exprobrat Minucius Felix, ad quem vid. Elmenhorstii et Woweri annotationes p. 303. Avicennam quoque in libro *de animalibus* eandem camelorum collaudare pietatem, novi ex Caelii Rhodigini *lection. antiq.* pag. 357.

Scaligero in annotationibus ad Aristotelis *hist. anim.* pag. 1162 mirum videbatur, camelum morsu posse interficere, quoniam mordere, ut putabat, non cadit in animal, quod dentium superiore ordine, ut recte ait Plinius, caret. Sed non erravit Aristoteles. Cameli enim, quando coeunt, furore agitantur et mordent temere appropinquantes, quam ob caussam Persae eo tempore camelos fiscellis capistrare solent. Recte itaque Plinius lib. X cap. 63: *neque intervenire datur sine pernicie.* Qui hac de re testimonia recentiorum requirit, legat itineraria e. c. *Olearii* lib. V cap. 8 p. 299 edit. Hamb. 1696. fol. *Thevenot* II lib. 2 cap. 15 p. 167 edit. germ. Francof. 1693. 4. Voyage *d'Ovington.* Paris 1725. 12. I p. 222. *Essais philosophiques sur les moeurs de divers animaux étrangers.* Paris 1783. 8. pag. 194. Atque nescio, an tota ista de pietate fabula inde orta sit. Fortasse in furore venereo camelus hominem morsu confecit, non quia animal ad matrem admiserat, sed quia incautus accesserat, unde, ut solent homines animalibus rationes tribuere, cognationum intellectum, ut loquitur Plinius, in camelo esse suspicati sunt.

Denique eandem pietatem et cognationum intellectum attribuerunt etiam equis Aristot. *hist. anim.* lib. IX cap. 76. Plin. VIII cap. 42. I p. 466. Varro *de re rust.* lib. II cap. 7. Oppianus *de venat.* I v. 235 (conf. Rittershusii commentar. in hunc locum

p. 27) Antigonus Caryſtius cap. 59. Attamen ipſe Ariſtoteles *hiſt. anim.* lib. VI cap. 22 p. 750 auctor eſt, inire equos et matres et filias. Spectant huc etiam verſus Ovidii *metam.* X, 324:

coeuntque animalia nullo
Caetera delicto, nec habetur turpe juvencae
Ferre patrem tergo, fit equo ſua filia conjux,
Quasque creavit init pecudes caper, ipſaque cujus
Semine concepta eſt ex illo concipit ales.

Verbum ἀναβάινειν eodem ſenſu occurrit in Aeliani *var. hiſt.* I cap. 15 p. 17, ſed ſine praepoſitione, cum ſolo accuſativo caſu. Ὀχεῖον et ὀχεῖος eſt *admiſſarius*. In lexicis ὀχεῖα, *admiſſarii*, quaſi ſit nomen plurale tantum, ſed occurrit etiam ſingulare. In *Geoponic.* XVI cap. 1 p. 1100 equus admiſſarius dicitur ἵππος πρὸς ὀχείαν. Verbum τελέω, ſaepius de re amatoria; ex. gr. Oppian. *de venat.* I, 254. Καμελίτης, *camelarius*; ſaltem in lege quadam hoc nomen latinum legitur. Vid. lexica Geſneri.

CAP. III.

Τοὺς κόκκυγας φασὶ τοὺς ἐν Ελίκῃ, ὅταν μέλλωσι τίκτειν, μὴ ποιεῖν νεοττίαν, ἀλλ' ἐν ταῖς Φαττῶν, ἢ ταῖς τῶν τρυγόνων ἐντίκτειν, καὶ μήτ' ἐπωάζειν, μήτ' ἐκκολάπτειν, μήτε τρέφειν αὐτούς· ἀλλ' ὅταν γεννηθῇ ὁ νεοττὸς καὶ ἐκτραφῇ, μεθ' ὧν ἂν ὗτος συνῇ, τούτους ἐκ τῆς νεοττίας ἐκβάλλειν. γίνεται δ', ὡς ἔοικε, μέγας καὶ καλὸς, ὥϛε ῥᾳδίως κατακρατεῖν τῶν λοιπῶν. τούτῳ δὲ χαίρειν φασὶ καὶ τὰς Φάττας οὕτως, ὥϛε καὶ αὐτὰς συνεκβάλλειν ἐκείνῳ τοὺς ἰδίους νεοττούς.

Cuculos in Helice, inquiunt, generaturos, non nidificare, ſed in palumbium aut turturum nidis parere, ſed et nec incubare, nec excludere, neque nutrire. Verum natum jam pullum, (ſingulos enim edit tantum) nutritumque reliquos ſuos coalumnos e nido deturbare; quippe qui ad tantum roboris pulcritudinisque excreſcat, ut et reliquis facile ſit ſuperior, et nutricem quoque in ſeſe convertat, quae ſpecie ejus exultans in eiiciendis ſuis fert opem.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Cuculos ajunt, qui ſunt in Helice, ubi pariendi tempus adventarit, nidum non extruere, ſed in, vel palumbarum, vel turturum nidis parere; ac neque ovis quidem incubare, neque educare, verum ubi pullus natus fuerit, reliquos quibus cum educatur, ex nido dejicere. Fit autem magnitudine uti patet ac pulcritudine eximius, ita ut reliquos facile vincat, quare palumbas etiam tantopere gaudere inquiunt, ut vel ſuos pullos illi opem ferentes extrudant.

ἐν τοῖς Φαττῶν] Iſingrinii et Stephani editio habent Φαβῶν, maſc. gen. SYLB. In libris ſcriptis fuit Φαβῶν, quod adhuc legitur apud Ariſtot. hiſt. anim. lib. 9 cap. 29 et apud Antigonum Car. cap. 109; ſed in Ariſtotelis hiſt. anim. VI cap. 7 recte legitur Φαττῶν. I. B.

τούτῳ δὲ χάιρειν] Qui verbis Graecis adhaerere vellet, poſſet forte ita reddere: *palumbae dicuntur eo* (cuculo) *gaudere ita, ut et ipſae quoque ejiciant pro eo pullos ſuos.* Verba iſta: *nutricem in ſe convertit*, interpres a Plinio mutuatus eſt. I. B.

Nolo multus eſſe in exponenda avis hiſtoria, in qua elaboranda occupati ſunt adhuc ornithologi noſtri. Modo quaedam adferre liceat, quae potiſſimum huc ſpectant. Qui univerſam eorum farraginem, quae veteres de ave litteris mandarunt, legere vult, adeat Aldrovandi *ornithol.* lib. V cap. 17 et Conr. Geſneri *hiſtor. avium* p. 348.

Κόκκυξ nomen habet avis a voce, qua ſemper et ad taedium usque repetita, ſe primo vere prodit, per onomatopoeiam, ut vix alia ſit avis, quae ſimiliter in tot linguis idem nomen habeat. Inde etiam Graecis verbum κοκκύζειν. Plinius nomen graecum *Coccyx* ſervavit lib. X cap. 9, ubi totidem verbis expreſſit, quae apud Ariſtotelem *hiſt. anim.* lib. 6 cap. 7 leguntur. Saepius vero Latini dixerunt *Cuculus.* Iſac. Tzetzes in Lycophronem inquit: ὁ παρὰ Ῥωμαίους κούκουλος. Satis bene etiam quae de ſpecie et forma corporis apud veteres leguntur, conveniunt in *Cuculum canorum* Linnei.

Hanc avem ſemper in aliis nidis parere, referunt veteres, e. c. Ariſtot. *hiſt.*

hist. anim. VI cap. 7 et IX cap. 29. Aelian. *hist. anim.* III cap. 30. Theophrastus *de causis plantar.* lib. 2 cap. 24 p. m. 261. Antigonus cap. 50 et cap. 109. Philes *carm.* 22 p 34. Glycae *annal.* edit. Ven. p. 36 et Parisinae p. 46. Plin. lib. X cap. 9. Consentiunt etiam recentiores praeter Barrington Anglum, qui sola e conjectura perhibet, nidificare et incubare cuculum ipsum in Anglia; vid. *Philosophic. transact.* vol. 62 p. 265 seqq. Bellonius et post eum Kleinius contenderunt, ita esse a natura institutum, ut excludantur cuculi ova in nidis talium avium, quales eodem alimenti genere victitant, quod quidem omnino verisimile est. Attamen dissentiunt veteres, qui et in palumbium et alaudarum nidis cuculum parere volunt. Aristot. *histor. anim.* VI cap. 7: ἐν τῇ τῶν ἐλαττόνων ὀρνίθων. et 9 cap. 29 pag. 1065: μάλιστα μὲν ἐν ταῖς τῶν Φαβῶν, καὶ ἐν ὑπολαΐδος, καὶ κορύδου, χαμαί. ἐπὶ δένδρου δ', ἐν τῇ τῆς χλωρίδος καλουμένης νεοττιᾷ. *praesertim in palumbarum et currucae, et alaudae, humi. Super arboribus autem, in chloridis nido.* Non est hujus loci de harum avium nominibus disputare, sed saltem palumbes esse aves spermologas s. frugilegas certo constat. Inter recentiores ad nidos a cuculo adulteratos nemo diligentius animum attendit quam Guntherus; vid. istius opus splendidissimum, quod Wirsing edidit Norimbergae: Beschreibung der Vögelnester.

Is, cui interpretationem latinam Auscultationum debemus, sponte addidit, parere cuculum unum tantum ovum. Etsi hac de re nihil h. l. legitur, tamen aliis locis ipse Aristoteles rem comprobavit; v. gr. *de gener.* lib. 3 cap. 1 p. 643: *nulla avis ponit unum, excepto cuculo, qui et ipse interdum duo parit.* Et *histor. anim.* VI, 7: *parit plerumque singula ova, raro bina.* Ita quoque Plinius X, 9: *majori ex parte singula ova, quod nulla alia avis, raro bina.* Qua in re consentiunt etiam recentiores. Nunquam enim plura cuculi ova in eodem nido, etsi duo in ovario, reperta sunt; quodsi verum est quod nonnulli asseverant, cuculum semper in vicinitate nidi, in quem ovum posuit, morari, unum tantum pariat necesse est; nam plures nidos non posset simul observare. In eo tamen erravit Aristoteles, quod cuculum solam dixit avem, quae unum pariat. Etenim inter aves aquaticas sunt, quae singula, raro duo pariunt. Conf. Stelleri commentatio in *Novis commentariis Petropolit.* IV p. 411.

Cuculus subditus nutricis suae pullos necat, et mater ipsa, dum ejus specie gaudet miraturque sese ipsam, quod talem pepererit, patitur non solum pullos suos, se inspectante, absumi, sed opem adeo fert interfectori. Ita h. l. atque a Plinio fabula enarratur; sed paulo aliter ab Aristot. qui hac in re sibi non satis constat. Nam devorare, inquit *hist. anim.* VI, 7 p. 667, cuculum ova avium, quarum nidos adulterare velit. Quod si verum est, quo modo superstites esse possunt pulli nutricis, nisi vero dicamus, nutricem desiderantem ova, quae jam posuerat, parere alia, e quibus post exclusos pullos denuo cuculus iste junior interimat. Quamquam hac de re nihil attinet dicere. Nam cum cuculus a natura reliquarum avium quo-

quodam modo recedit, potuerunt facile de eo exiſtere fabulae, quae non omnes conſentiunt, atque etiam nunc magna manet diſſenſio opinionum, quas qui ſcire velit, legat Heriſſant in *Hiſtoire de l'academ. des ſciences à Paris* 1752 et Lottingers Nachricht von der Naturgeſchichte des Kuckucks. Straßburg 1776. 8. Ovum cuculi depictum habemus in Beſchäftigungen der Berliner Naturforſchenden Geſellſchaft. vol. IV p. 586 tab. XVIII fig. 1.

Helice ſeu Elice fuit oppidum Achaiae, ad ſinum Criſſaeum, maris impetu hauſtum, de quo Ariſtoteles *de mundo* lib. cap. 4 in fine et Plinius lib. 2 cap. 92. Neſcio, cur hoc quidem oppidum in cuculi, avis frequentiſſimae, hiſtoria nominetur, cum nullus alius ornithologus, quod ſciam, mentionem fecerit.

CAP. IV.

Αἱ ἐν Κρήτῃ αἶγες, ὅταν τοξευθῶσι, ζητοῦσιν, ὡς ἔοικε, τὸ δίκταμον, τὸ ἐκεῖ φυόμενον. ὅταν γὰρ φάγωσιν, εὐθὺς ἐκβάλλουσι τὰ τοξεύματα.

Caprae Creticae, ſagittis percuſſae, quaerunt, ut apparet, dictamum, iſthic proveniens, cujus paſtu tela e corpore eiiciunt.

NATALIS DE COMITIBVS.

Capras quae ſunt in Creta, ubi ſagittis fuerint transfixae, fama eſt dictamum quaerere, quod ibi naſcitur, atque ubi illud comederint, ſagittas eiiciunt.

Excerptum ex *hiſt. anim.* lib. IX cap. 6 edit. Scalig. p. 1023. Sed res ipſa a quam plurimis enarrata eſt. Conf. Dioſcorides *de mater. med.* lib. III cap. 37 edit. Sarac. p. 188. Theophraſti *hiſt. plant.* IX cap. 16 edit. Stap. p. 1130. Aeliani *var. hiſtor.* I cap. 7 p. 11. Plutarchus *de ſolertia anim.* p. 974 et in *Gryllo* p. 991. Antigon. Caryſt. cap. 36. Euſtathius in *Hexaëm.* p. 37. Georg. Piſida *mundi opific.* v. 915. Virg. *Aen.* XII v. 411. Plin. VIII cap. 27 et XXV cap. 8. Solinus cap. 19. Cic. *de nat. deor.* lib. II c. 50, qui fere totidem verbis reddidit mentem Ariſtotelis. Valer. Max. I c. 18. Apulejus *de herbis* cap. 62. Eadem quoque infra fragmentum repetet cap. 175.

Attamen diſſentiunt inter ſe veteres. Plinius enim atque Solinus de cervis referunt, quae reliqui de capris; ſed ille ſimul a capris mire expeti plantam comprobat. Etiam Tertullianus *de poenitentia* cap. 12 edit. Semleri IV p. 63 de cervis tantum, ſed Apulejus de capris et cervis ſimul loquitur. Melius etiam Serapio: venatores dare canibus et quibusvis animalibus, quae telo forte percuſſa ſunt, dictamnum, cujus ope tela excutiantur. Conf. *Serapionis*, *Averrois* caet. *opera* edita a Brunfelſio. Argentor. 1531. fol. p. 204. Quodſi planta efficere poſſet in capris, poſſet etiam haud dubie in caeteris animalibus, ſed negant hanc virtutem medici noſtrates.

Longa de dictamno veterum exſtitit concertatio, quaenam ſit planta. Jam omnes fere conſentiunt, eſſe *Origanum dictamnum* Linnei, cujus iconem pulcram dedit *Regnault*. Haec planta noſtratibus innotuiſſe dicitur per Georg. Agricolam, qui eam ex Italia in Germaniam intulit. Viderat plantam in fictilibus vaſculis Venetias ex Creta allatam. Poſtea magna ejus copia quotannis ex Creta Venetias, et inde Francofurtum et Norimbergam venit, ſicut memoriae prodidit Val. Cordus in annotat. in Dioſcor. libr. 3 cap. 37 p. 52. In hanc origani ſpeciem ſatis bene etiam convenire videntur, quae veteres de dictamno ſuo prodiderunt. Fuit nimirum planta lanuginoſa ſeu pube quaſi obducta, ramis praetenuis, foliis pulegio ſimilibus, flore purpureo, fervens et acris guſtu, radice tenui, non niſi in Creta et in aſperis creſcens. Ita Dioſcorides, Theophraſtus, Virgilius, Plinius.

Origanum dictamnum Linnei tanta lanugine obductum eſt, quanta paucae plantae aliae, quam ob cauſſam mihi quidem veriſimile, *pubera folia* apud Virgilium non eſſe adulta, neque efflorescentia vel exuberantia, ſed lanuginoſa. Orpheus in *Argon.* v. 917 δίκταμον dixit ψαφαρὸν, quo tenuiſſimam lanuginem, qua folia, ut ſubtiliſſimo pulvere conſperſa ſunt, ſignificaſſe videtur. Conf. Geſneri index in Orpheum voc. ψαφαρὸν. Florem dictamni purpureum vocavit Virgilius, qualis origani flos eſt; neque audiendus eſt Dioſcorides, qui plantam nec florem nec ſemen ferre perhibuit. Nolo tamen verba Dioſcoridis mutare, quod Matthiolo placuit, cum et Plinius et Apulejus flores negarunt, unde conſtare videtur, jam horum aetate codices Dioſcoridis eodem modo ſcriptos eſſe. Hodie pervulgatum eſt, nullam eſſe plantam floribus prorſus deſtitutam. Vidit fortaſſe Dioſcorides plantas tantum in uſum medicum ſiccatas, quae plerumque praeciduntur et colliguntur, antequam florere incipiunt.

Hanc ſpeciem Origani, ſicut veterum dictamnum, creſcere etiam nunc in monte Ida inſulae Cretae, atque non niſi in aſperis, id eſt in ſcopulorum tantum fiſſuris, comperit Bellonius. Conf. iſtius: *Obſervations de pluſieurs ſingularités. Paris* 1554. 4. p. 19 et in itinerarii interpretatione Cluſii *Exoticis* adjecta pag. 24. Facile itaque credimus veteribus, plantam olim fuiſſe rariorem, cum non ſpatioſe naſcebatur mireque expetebatur capris, quas ſilveſtres in Candia reperit Bellonius. Noſtra memoria negligitur planta a medicis. Vid. Murray *apparatus medicaminum*.

Goet-

Goettingae 1779. 8. vol. II pag. 139. Neumanns Chymie von Reſſel herausgegeben II, 2 pag. 279. Denique nomen plantae vario modo ſcribitur: δίκταμον, δίκταμνον, δίκταμος, modo maſculini, modo feminini, modo neutrius generis, quae variatio in plantarum nominibus non infrequens.

CAP. V.

Φασί τινας ἐν Ἀχαΐᾳ τῶν ἐλάφων, ὅταν ἀποβάλωσι τὰ κέρατα, εἰς τούτους τοὺς τόπους ἔρχεσθαι, ὥστε μὴ ῥᾳδίως εὑρεθῆναι. τοῦτο δὲ ποιεῖν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ᾧ ἀμύνωνται, καὶ διὰ τὸ πονεῖν τοὺς τόπους, ὅθεν τὰ κέρατα ἀπέβαλον· πολλαῖς δὲ κισσὸν ἐπιπεφυκότα ἐν τῷ τῶν κεράτων τόπῳ ὁρᾶσθαι.

Cervos Achaicos, ajunt, cornua amiſſuros, loca difficilia, et qua inveniri nequeant, petere, propterea quod, armis deſtituti, tueri ſe nequeant, tum ob dolorem, quem ex avulſorum cornuum veſtigiis ſentiunt; ubi et enatam gerentes hederam plurimos viſos eſſe.

NATALIS DE COMITIBVS.

Eſſe cervos quosdam aſſerunt in Achaia, qui ubi cornua ſunt dejecturi, in locos quosdam ſe conferunt, ubi non facile inveniantur, quod idcirco faciunt, quia non habent quo ſe defendant, et quod loca ſint infirma ubi ejecerunt cornua; atque multis accidit ut in cornuum loco nata ſit hedera.

ἐν Ἀχαΐᾳ] An hic mos cervorum modo eſt eorum, qui Achaiam incolunt? At ne hanc quidem provinciam illis Apollonii Rhodii interpres reliquit, ſed eos in Cretam relegans, anguſtis orbis ejus inſulae Achaiae finibus coercet. Sic enim ad IV, 175 (edit. Stephani p. 18): Ἀχαΐα ἐσὶ τῆς Κρήτης πόλις, ἐν ᾗ γίνονται ἀχαϊ-

ἀχαϊνέαι λεγόμεναι ἔλαφοι· αἳ καὶ σπαθιναῖαι καλοῦνται. οἱ δὲ κέρατα μεγάλα ἔχοντες ἔλαφοι, κεράσαι. Quid? quod vel hunc illis angulum invidens Plinius eos ex isto exterminat VIII, 58: *Mirabilius, in eadem insula cervos, praeterquam in Cydoniatarum regione, non esse.* Merito igitur scholiastes Apollonii vapulat Exercitatori Pliniano pag. 156 seq. qui liquido demonstrat, hic non provinciam unam aliquam, sed nomen aetatis designari. Nempe ut rustici pecoris sui aetates variis distinguunt nominibus; ita et venatores ferarum aetates singulas singulis appellarunt nominibus. Graeca Salmasius pag. 158 enumerat. Cervulus itaque, qui primo anno, νεβρὸς, *hinnuleus* erat, secundo est ἀχαϊνὸς, ἀχαΐτης, ἀχαΐνης, ἀχάϊνος, et feminino genere ἀχαΐνη, unde poetae ἀχαϊνέη formarunt. Loca ipsa scriptorum in Stephani *thesauro* et a Sylburgio ad Aristotelis *hist. anim.* p. 337 sunt indicata. Si Apollonii interpretem audias, quem etiam Salmasius sequitur, eodem tempore et σπαθιναῖοι seu σπαθινᾶιαι vocantur. Sed aliam aetatem hoc nomine denotari, auctor est apud Eustathium ad Il. Θ. pag. 711. 38 (Basil. 1597. 29) nescio quis, his verbis: ἐλάφων τὰ μὲν νέα, νεβρόι· αἱ δὲ ἀρτίως ἐκ νεβρῶν ἐπ' ἐλάφους μεταβάλλουσαι, καλοῦνται κεμάδες. τὰ δὲ τέλεια, οὐκ ἄλλοτι ἢ ἔλαφοι. εἰ μὴ ἄρα (φησὶν) οἱ ἀχαΐναι καὶ οἱ σπαθῖναι λεγόμενοι, ἡλικίᾳ τινὶ διαφέρουσιν, ἢ εἴδει, καὶ κεράτων ἰδιότητι, καὶ μεγέθει. Idem nomen apud Hesychium σπαθήνης, sed vitio, ut videtur, scribitur, qui et ipse ἡλικίαν ἐλάφου eo significari ait. Apud eundem alia cervorum aetas, Ζὸρ est. Hoc itaque constat, hic non sermonem esse de cervis alicujus regionis, sed de certa eorum aetate, quam Salmasius sic dictam vult, quod tum tenera adhuc sint cornua, et mollis ad instar velleris lanuginosa, vel in *panniculas harundineas molli lanugine plumata*, ut Plinius VIII, 32 loquitur; et originem nomini dedisse ἀχαιὰ, quae Hesychio sunt ἔρια μαλακά. Vt hic facile assentior Salmasio, ita mihi minus placet locum nostrum sic constituens: φασί τινες ἀχαΐνας τῶν ἐλάφων. Non modo nimis recedit a scripturae vulgatae vestigiis; sed eodem modo ut hic, etiam in fragmento a Stephano edito (cap. 177) legitur. Ego nihil muto; sed ἐν ἀχαΐᾳ non de regione, verum de ipsa cervorum aetate accipio. Habuisse Graecos tale nomen non est dubium. Vestigia apud Hesychium extant, cui ἀχαὶ νεβρῶν sunt ἐλάφων ἡλικίαι. Si nomen hoc, jam corruptum, fuerit nostrum ἀχαΐα seu ἀχαία, inde derivata essent ἀχαΐνης, ἀχαΐτης, et, quae vidimus, reliqua. Forte igitur apud Hesychium legendum est ἀχαΐαι seu ἀχάϊαι νεβρῶν. Et οἱ ἐν ἀχαΐᾳ ἔλαφοι, *cervi qui sunt ea aetate, qua cornua adhuc tenera sunt et lanugine obducta*, eodem modo dicti sunt, ut οἱ ἐν ἡλικίᾳ, qua dicendi forma Graeci vulgo *juvenes aetate florentes* appellant. Sic Graecis etiam

οἱ

οἱ ἐν ὥρᾳ, *juvenes*, αἱ ἐν ὥρᾳ, *virgines*. Mallem tamen: Φασί τινας τῶν ἐν ἀχαΐᾳ ἐλάφων. Caeterum haec infra in fragmento cap. 177 iterantur. NIC.

εἰς τούτους τοὺς τόπους] τούτους pro τοιούτους positum; vel pro sequenti commate legendum: ἐν οἷς οὐκ ἔστι ῥᾴδιον εὑρεθῆναι, ut infra cap. 177, ubi eadem narratio repetitur. SYLB.

ὥστε μὴ ῥᾳδίως] Adscripsit nescio qui, conjecturas quasdam exemplari hujus libri, quod in bibliotheca academiae nostrae adservatur. Is pro ὥστε maluit legere ὅπου. I. B.

ἀμύνωνται] Ex eodem loco rectius leges ἀμυνοῦνται. SYLB.

εὑρεθῆναι] Conferunt se in ea loca, ubi non facile inveniuntur. *Difficilia* loca addidit interpres, sed in *histor. anim.* IX cap 5 edit. Scalig. p. 1019 vocantur loca et aditu et inventu difficilia, unde proverbium adducitur: ὃν αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι. *ubi cervi cornua deponunt.* Mich. Apostolius *centur.* XV, 76 p. 176: ἐπὶ τῶν ἐργώδεις τὰς διατριβὰς ποιουμένων. αἱ γὰρ ἔλαφοι ἐν δυσβάτοις καὶ τραχέσι τόποις τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν. *De iis dicitur, qui in locis difficilibus agunt. Cervi enim cornua in locis inacceſſis atque aſperis proiiciunt.* I. B.

Sententia Aristotelis haec est, abscondere se cervos amissis cornibus, tanquam inermes, atque etiam ob dolorem, quem in avulsorum cornuum vestigiis sentiunt. Aliam rationem docuit in *hist. anim.* nimirum quoniam muscas metuunt. Eadem habent Aelianus *hist. anim.* VI cap. 5. Plin. VIII cap. 32. Oppian. *de venat.* II, 214. Theophylactus Simoc. *quaest. phys.* cap. 5. Eustathius in *Hexaëm.* p. 37. Latere cervos eo tempore confirmant artis venatoriae doctores. Vid. Döbels Jägerpraktik I p. 11. Mellin Anweisung zur Anlegung der Wildbahnen. Berlin 1779. 4. pag. 130. Cornua recentia, si vulnerantur a muscis, inprimis a *Tabano bovino*, sanguine manant et plerumque monstrosa evadunt, qualia ipsi in rerum naturalium collectione servamus.

De hedera in cornibus cervorum viridante loquitur etiam Aristot. *hist. anim.* p. 1020: ἐπὶ τῶν κεράτων ἔχων κιττὸν πολὺν πεφυκότα χλωρόν. *Cervus gerens in cornibus enatam hederam multam viridem.* Itemque Plinius l. d. Theophrastus in lib. II *de causis plantarum* c. 23. Etsi ridetur Aristoteles apud Athenaeum lib. VIII cap. 176, qui ista crediderit, tamen ea nec Buffonus incredibilia putavit; vid. istius *hist. nat.* interpret. germanica vol. III, 2 p. 50. Verum enimvero videtur Athenaeus existimasse,

philoſophi mentem eſſe, occulta quadam naturae proprietate ex cujuscunque cervi cornu hederam poſſe naſci; de quo ille ne per ſomnium quidem cogitavit unquam. Conf. Caſauboni *animadv. in Athen.* lib. VIII c. 12 p. 618.

Eis, quae doctiſſimus Niclas edocuit de cervis *achainis* (ita enim ſcribendum eſt) conferantur quae diſputavit Conr. Geſnerus in *hiſtor. quadrup.* pag. 355.

CAP. VI.

Ἐν Ἀρμενίᾳ φάρμακόν τι φασὶ φύεσθαι, ὃ καλεῖται παρδάλειον. τοῦτο οὖν, ὅταν ὀφθῇ πάρδαλις, χρίσαντες τὸ ἔριον ἀφιᾶσιν. ἡ δέ, ὅταν ἅψηται αὐτοῦ, ζητεῖ, ὡς ἔοικε, τὴν τοῦ ἀνθρώπου κόπρον. διὸ καὶ οἱ κυνηγοὶ εἰς ἀγγεῖον αὐτὴν ἐμβάλλοντες, ἔκ τινος δένδρου κρεμῶσιν, ἵνα προσαλλομένη καὶ ὑπέρκοπος γενομένη, ὑπ' αὐτῶν παραλυθῇ καὶ ὑποχείριος γένηται.

In Armenia venenum quoddam naſci ajunt, quod pardalium vocant, id venatores lanae illitum, ubi viſus eſt pardus, abiiciunt. Qui ſi ex eo deguſtaverit, humana excrementa remedio quaerit. Quocirca venatores, vaſculo impoſita, ex arbore ſuſpendunt, ut aſſultatione frequenti, fracta viribus laſſataque beſtia domari queat.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama eſt pharmacum quoddam naſci in Armenia, quod appellatur Pardalianches, quo victimam unctam dimittunt ubi viſa fuerit pardalis. Vbi vero illa attigerit, quaerit humanum ſtercus, quam ob rem venatores ipſum in vaſe aliquo arbori ſuſpendunt, ut illa aſſiliens ac defeſſa plurimum labore ſolvatur, et fiat captiva.

τὸ

τὸ ἔριον ἀφιᾶσιν] L. et C. τὸ ἱερεῖον. Nihil ad rem; ἔριον agnoscit etiam interpres: *lanae illitum.* SYLB.

ἐμβάλλοντες] C. ἐμβαλόντες. SYLB.

Ex Aristot. *hist. anim.* lib. IX cap. 8 p. 1023. Eadem fere leguntur in Aeliani *histor. anim.* IV c. 49; in Plinii *hist. nat.* VIII c. 27. I p. 454; Solin. cap. 17 p. 38; Ciceronis lib. 2 *de natura deorum* p. 498. Pollux *onomast.* lib. 5 cap. 12 p. 521: τὴν δὲ πάρδαλιν τρόποις τε τοῖς προειρημένοις λαμβάνουσι, καὶ φάρμακον ἀκόνιτον παραμίξαντες σιτίοις, τὸ μὲν θηρίον διαῤῥοίᾳ κενοῦνται. *Sed et pardalim iisdem modis capiunt, atque aconitum pharmacum cibis admiscentes, et hoc quidem fera dysenteria exhauritur.* Xenophon *de venatione* p. 638. Plinius fere totidem verbis reddidit fabulam, cujus verba adscribere volumus: *Pantheras perfricata carne aconito (venenum id est) barbari venantur. Occupat illico fauces earum angor; quare pardalianches id venenum appellavere quidam. At fera contra hoc excrementis hominis sibi medetur; et alias tam avida eorum, ut a pastoribus ex industria in aliquo vase suspensa altius, quam ut queat saltu attingere, jaculando se appetendoque deficiat et postremo expiret; alioqui vivacitatis adeo lentae, ut ejectis interaneis diu pugnet.* Et iterum lib. 27 cap. 2: *Tangunt carnes aconito, necantque gustatu earum pantheras, nisi hoc fieret, repleturas illos situs. Ob id quidam pardalianches appellavere. At illas statim liberari morte, excrementorum hominis gustu demonstratum.*

De ista fera, quae Graecis πάρδαλις, Latinis panthera, pardus vel panther vocatur, disputarunt viri docti, Gesnerus in *hist. quadrup.* p. 935, Bochartus in *Hierozoico* lib. 3 cap. 7 et 8, atque Buffonus *edit. german. Berolinensis* VI p. 193. Equidem dubito vehementer, quin quae de ista fera a veteribus accepimus, ad agnoscendam speciem sufficiant. Hoc quidem certo constat, esse animal e felium genere, atque affine tigridi, quam veteres bene noverunt et distinxerunt a panthera. Sed neque nos omnes horum animalium species cognitas habemus; magna de iis etiam nunc dissensio, magna confusio. Veteres non raro animalibus vere diversis nomina eadem indiderunt, vel speciem unam alterius aut marem aut feminam putarunt, sibi in nominibus non semper constantes. Secundum meam sententiam, ultra quo progrediamur, non habemus, quam ut persuasum habeamus, omnia a veteribus de hisce feris relata pertinere ad unam ex his tribus speciebus: *la panthere* Buffonii, *l'onçe* Buffonii et *gepard* vel *gepardus* Schreberi. Vid. eius *mammalia* III tab. 105 et Forsteri annotationes ad Buffon. *ed. Berolin.* VI p. 218. Hae species jam veteribus cognitae fuerunt. Neque scio, an plurima, quae de pantheris prodita a veteribus legimus, conveniant in ultimam hanc speciem *Gepard* dictam, quippe quae etiam nunc

nunc istis in terris frequens est, ubi olim fuerunt pantherae. In hoc libro, quem edimus, Armenia vocatur patria pantherarum, Solino vero Hyrcania. Consentit Philostratus *vita Apollon.* lib. 2 cap. 2 p. 50 edit. Olearii, qui in Caucaso et Tauro, qui Armeniam percurrit, pantheras esse captas auctor est. Istis in terris etiam recentiores peregrinatores e. c. Chardin, Bernier, gepardos Schreberi offenderunt.

Jam de veneno, quo pantherae necabantur. Vocatur planta h. l. παρδάλειον, sed ab aliis atque ab ipso Aristotele l. d. παρδαλιαγχὲς. Esse hanc e genere *aconiti* docent Dioscorides lib. IV cap. 77 et Plin. XX cap. 6. II p. 195 et XXVII, 2 pag. 419. Verum neque hanc plantam certo agnoscere licet, cum veteres in ea describenda non omnes consentiunt. Videntur compluribus plantis maxime venenatis aconiti nomen indidisse. Sed Conr. Gesnerus dissertationem conscripsit de hoc aconito, (quod primum Dioscoridis est) quae adjecta est ejusdem *Epistolis medicinalibus*, Tiguri 1577. 4. In ea contendit vir doctissimus, esse plantam, quae botanicis nostris *Ranunculus thora* dicitur, de qua conf. Halleri *historia stirpium* II p. 76. n. 1178. Argumenta, quibus sententiam confirmavit, ea sunt, quae me in eandem ducunt, etsi Matthiolus habuerit, quae contradiceret. Alii existimant, aconitum veterum esse *Aconitum cammarum* Linnei, cujus plantae vires recensuit Hallerus l. d. II p. 90 n. 1198. Qui plura hac de re accipere vult, adeat Stapelium ad Theophrastum p. 1135.

Mirum, quod h. l. de *lana* sermo sit, quae non satis apta ad venenum recipiendum et ad pantheram decipiendam videatur, nisi quis lanam bibulam succo aconiti expresso imbutam intelligere velit. At nec alii de lana locuti sunt, quod memini, neque Natalis de Comit. ἔριον, sed ἱερεῖον legit. Satius etiam Xenophon lib. *de venat.* cap. 11, qui venenum aconiticum ei rei admiscere praecipit, quae ferae cuique edulis est. Ἀλίσκεται δὲ τὰ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι φαρμάκῳ διὰ συσχωρίαν ἀκονιτικῷ. παραβάλλουσι δὲ τοῦτο οἱ θηρώμενοι, συμμιγνύντες εἰς τὸ αὐτὸ, ὅτῳ ἂν ἥκιστα χαίρῃ, περὶ τὸ ὕδατι, καὶ πρὸς ὅ, τι ἂν ἄλλο προσίῃ. *Capiuntur partim in montibus aconitico veneno, propter asperitatem regionum. Hoc autem venatores rebus iis miscentes, quibus quaeque delectatur fera, secus aquas illis obiiciunt, et si quid aliud adire consueverint.*

Liceat vero mihi quoque huc adscribere, quae in memoriam venerunt Harduino legenti fabulam de eo, quo sibi mederi dicuntur pantherae, nimirum etiam homines in insula orientalis Indiae, quae Java dicitur, veneni vim e suis corporibus eodem modo expellere. Nam, referente Tavernerio, ad ictus telorum, quae solent hostes veneno inficere maxime letali, excremento suo sibi quisque medetur, arefacto, tritoque in pulverem et ex aqua poto; qua de medicina detestabili multa leguntur testimonia in *Paulini* Dreck-Apotheke, Frcf. 1734. 8. p. 317. Quin etiam contra ipsum *aconiti cammari* venenum valere excrementa humana comprobatum est a Fr. Hofmanno ad Schröderi *pharmacop.* lib. 5 p. 664. et ab Ettmüllero in Schröd. *dilue.* p. 176. Denique modus, quo pantherarum vires frangebantur olim, similis est ei, quo hodie ursi arcentur ab apiariis. Vid. Krünitz ökon. Encycl. IV p. 450 fig. 162.

CAP.

CAP. VII.

Εν Αιγύπτῳ δὲ τοὺς τροχίλους φασὶν ἐισπετομένους ἐις τὰ στόματα τῶν κροκοδείλων, καθαίρειν αὐτῶν τοὺς ὀδόντας, τὰ σαρκία τὰ ἐξερχόμενα τοῖς ξύγχεσιν ἐξέλκοντας· τοὺς δὲ ἥδεσθαι καὶ μηδὲν βλάπτειν αὐτούς.

In Aegypto, ajunt, crocodilis hiantibus, trochilos aves, dentes expurgare, carunculis, quae in roſtris haerent, exeſis, atque hoc velut gratum officium cum voluptate admittere, nec ullo pacto nocere.

NATALIS DE COMITIBVS.

Trochilos in Aegypto in crocodilorum ora advolare ajunt, eorumque dentes purgare, carunculas roſtris evellentes, atque illos voluptatem percipere, minimeque hos offendere.

Eandem fabulam de ave os crocodili repurgante enarrarunt Ariſtot. *hiſt. anim.* lib. 9 cap. 8 p. 1024. Herodotus lib. 2 cap. 68 p. 116. Plutarchus *de ſolertia anim.* edit. Francof. 1620. fol. I p. 980. Aelian. *hiſt. an.* lib. 3 cap. 11 et lib. 8 cap. 25 et lib. 12 cap. 15. Antigonus Car. cap. 39. Phile cap. 75 p. 113. Apoſtol. *cent.* 19 *prov.* 52. Piſida *hexam.* v. 983 ſeu ſecundum edit. Commelinam v. 687. Plin. lib. 8 c. 25. I p. 452. Solinus cap. 32 p. 44. Ammian. Marcell. lib. 22 cap. 15. Apulejus *in apolog.* edit. Elmenhorſtii p. 278.

Verum iſti rem non prorſus eodem modo enarrarunt; multa pro more ſuo addidit Aelianus, plura etiam Piſida, cujus verba adſcribamus ex interpretatione non iſta, quam temere in verſus latinos coegit Morellus, ſed quae addita eſt in *Nova appendice corporis hiſtoriae Byzantinae* edita Romae 1777. fol. p. 166: *Sed contra eſt avis cujusdam tam diverſa natura, ut in ejusdem belluae dentibus paſcatur, et ex reliquiis, quae ibi ſuperſunt, convivetur; ut autem ſuae ſincerae amicitiae et ingenui amoris ei faciat fidem, et quanto in honore habeat cibum et menſam ſibi paratam demonſtret, ubi primum hyllum appropinquantem videt, obſtrepit, alis plaudit, pedibus circumcurſitat, ſcalpit unguibus, et ante necem fit imminentis cladis praeco ſalutaris; atque ita menſarum amicos, cum opus eſt, amicis non auxiliantes redarguit.* Hactenus Piſida.

Variis avium generibus trochili nomen olim fuisse, constat ex Aeliano, cui iste trochilus, de quo hic sermo est, vocatur κλαδαρόρυγχος, quod nomen a motitatione rostri deductum confirmatur etiam ab Hesychio: κλαδαρόρυγχος, τροχίλου εἶδος. Aristoteli vocatur quoque πρέσβυς καὶ βασιλεὺς, et Latinis *regulus*, quamquam hoc nomen etiam pluribus avibus inditum fuerit. Avis ista crocodilo amica parva est, degit in regione palustri et circa oras fluviorum, ὄρνις, inquit Aelianus, ἐσὶ τῶν ἑλείων ἕις, καὶ παρὰ τὰς ὄχθας τῶν ποταμῶν ἀλᾶται. Incolit fruteta et foramina, λόχμας καὶ τρώγλας, teste Aristotele. Noster hoc loco avem carunculas (σαρκία) in crocodili dentibus haerentes affectare inquit, cui consentit Plutarchus, qui trochili cibum λείψανα et λεπτὰ τῶν ἐνισχομένων τοῖς ὀδοῦσι σαρκῶν vocat. Ita Solinus *reduvias escarum*, et Ammianus Marcel. *escarum minutias* dixerunt. Sed Herodotus atque ex eo Aelianus avem sanguisugas, τὰς βδέλλας captare perhibuerunt, scilicet quae, dum crocodilus hians natat, facile istius os intrare et ad gingivas adhaerescere queunt.

Mea quidem sententia ex his, quae de trochilo relata legimus, nemo hodiernum nomen elicere potest. Nihilo minus Aldrovandus *ornith.* lib. 20 cap. 65 p. 288 probatum ivit, esse avem, quam Itali *Corrira* vocant, sed quaenam sit ista Corrira non liquet; etsi ejus iconem addiderit.

Quae de Corrira habet Rajus in *Synopsi meth. avium* p. 118 sunt omnia Aldrovandi, neque nomen invenio in *Storia naturale degli uccelli*, cujus operis splendidissimi tomus quintus prodiit Florentiae 1776. Ad *Grallarum* familiam hunc Aldrovandi trochilum pertinere palam est; sed grallae aves sunt magnae, cum trochilus veterum sit parva. Albertus M. auctoritate Avicennae asserit, trochilum esse avem similem picae, sed aquaticam et variam, cujus rostrum simile sit rostro anatis. Conr. Gesnerus in *Ornithol.* lib. 3 p. 719 auctor est, trochilos non anatum aut mergorum generis, quibus velocitas in cursu non convenit, sed gallinularum aquaticarum i. e. *Tringarum* Linn. esse; scilicet nomen duxisse avem a τρέχω, τρόχος, volunt. Sed negligo, quae isti conjectura augurari conati sunt. Neque recentiorem novi quemquam, qui in Aegypto ad Nili ripas, ubi crocodili adhuc superstites sunt, trochilum agnovisse sibi visus est, praeter Siccardum, qui veterum trochilum hodie *Saqsaq* vocari auctor est: "L'Ibis, inquit, l'oie à plumage doré, „la poule de ris, ou poule de Da„miette, le saqsaq, connu autrefois „sous le nom de Trochilus, sont ce „que j'appelle proprement les oiseaux „du Nil." *Lettres edifiantes. Nouv. edition.* Tome V p. 351. Eadem referuntur in *Nouvelle relation d'un voyage fait en Egypte par le P. Vansleb.* Paris 1677. 12.

CAP. VIII.

CAP. VIII.

Αἱ ἐν Κεφαλληνίᾳ αἶγες οὐ πίνουσιν, ὡς ἔοικεν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα τετράποδα, καθ' ἑκάστην ἡμέραν· ἀλλὰ πρὸς τὸ πνεῦμα ἀντία τὰ πρόσωπα ποιήσασαι, χάσκουσιν εἰσδεχόμεναι τὰ πνεύματα.

In Cephalenia non bibunt caprae diebus ſingulis, ut videtur, pro reliquorum quadrupedum more, ſed ad flantem auram converſae, hiantesque, hauſto vento reficiuntur.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Cephalenia caprae, uti eſt hominum opinio, non bibunt ſingulis diebus, ſicuti caetera animalia, ſed faciem in ventos converſae aperto ore ventos percipiunt.

Κεφαλληνίᾳ] L. et C. Κεφαληνίᾳ, uno λ. SYLB.

καθ' ἑκάστην] Ita prorſus Chryſoſtomus; καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Alii καθ' ἡμέραν, alii etiam καθ' ἑκάστην, omiſſo ſubſtantivo. I. B.

πρόσωπα ποιήσασαι] πρὸς τὸ πνεῦμα τὰ πρόσωπα ποιεῖν; *faciem vento obvertere;* quam dictionem adſcribas velim exemplis, quae de hujus verbi uſu collegit Vigerius. Eodem modo Galli dicunt: *faire front.* I. B.

Haec de capris fabula ex Ariſtotelis libris excerpta non videtur, ſaltem in eis, quos jam habemus, ni fallor, deſideratur; neque Plinius ejus mentionem injecit, ſed bis Aelianus, lib. 3 cap. 32: *Caprae Cephallenides ſex menſibus non bibunt;* atque lib. 5 cap. 27: *Capras in Mimante* (monte Joniae) *natas ſex menſibus potu abſtinere, et ad mare ſolum hianti ore reſpicere, atque inde ſpirantes auras excipere, Alexander Myndius tradit.* Ergo Aelianus rem non ab Ariſtotele, ſed ab Alexandro Myndio accepit. Hujus Alexandri mentionem fecerunt Plutarchus, Artemidorus, Athenaeus aliique. Fuit medicus, Myndo Cariae oriundus, ſcri-

ſcripſitque hiſtoriam animalium, quadrupedum aviumque, quae jam dudum perdita eſt. Neſcio, ſi viri eruditi iſtius aetatem jam finiverint, unde fortaſſe tempus, quo noſtrae Auſcultationes contextae ſint, quodam modo poſſes augurari, quarum auctor ab Ariſtotele diverſus poſſit credi, ſi Alexander Myndius multo poſt Ariſtotelem vixerit.

Fabulam iſtam de capris, quae iterum in fragmento cap. 176 occurrit, inde ortam eſſe puto, quoniam ſitim diutius, quam reliqua animalia, ferre queunt. Parum enim bibunt omnia animalia, quae ruminant, quo de argumento docte diſſeruit Daubenton in commentariis acad. Pariſ. 1768, cujus commentatio Germanice reddita habetur in Wichmanns Ratechiſmus der Schaafzucht. Lipſ. 1784. p. 407. Antigon. Caryſt. cap. 42: Ἐν δὲ τοῖς Φύλλοις (Φυλλίοις) λέγεται, τὰς ποίμνας διὰ πέμπτης ἡμέρας ποτίζεσθαι. *Phyllis ferunt greges quinto demum die potari.*

Cephalenia eſt inſula maris Jonii inter Ithacam et Zacynthum, cujus nomen Thucydides, Strabo, Polybius, Livius gemino λ ſcripſerunt; ſimplici vero littera Ptolemaeus, Plinius, Mela. Inſula multis rupibus obſita eſt; conf. Pocockii *itinerarium edit. German.* III p. 263.

CAP. IX.

Φασὶν, ἐν Συρίᾳ τῶν ἀγρίων ἵππων ἕνα ἡγεῖσθαι τῆς ἀγέλης. ἐπειδὰν δέ τις νεώτερος ὢν τῶν ἄλλων, ἐπὶ τὴν θήλειαν ἀναβῇ, τὸν ἡγούμενον θυμοῦσθαι, καὶ διώκειν τέως τούτου, ἕως ἂν καταλάβῃ τὸν πῶλον· καὶ ὑποκύψαντα ἀπὸ τῶν ὀπισθίων σκελῶν τῷ σώματι ἀποσπᾶσθαι τὰ αἰδοῖα.

In Syria, inquiunt, inter ſilveſtres equos, unum praeire armento, ubi ſi junior aliquis equam initurus conſcenderit, ducem indignari, et hunc tantiſper, dum comprehendat, perſequi, defixoque morſu verenda evellere.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Syria vero unum ex agreſtibus equis armento praeeſſe dicunt, atque ubi quis caeteris junior exiſtens feminam conſcenderit, ductorem

НБ ОНУ имени И.И. Мечникова

rem iraſci, eumque tamdiu inſectari quo ad pullum deprehenderit, qui ſeſe flectens ex poſterioribus coxis ore pudenda divellit.

ὑποκύψαντα] olim legebatur ὑποκύψας, ſed rectius accuſativo caſu ὑποκύψαντα. SYLBVR.

Equi feri fuerunt olim in variis Europae terris; fuerunt tempore Herodoti in Scythia, Varronis in Hiſpania; verum jam nusquam gentium reliquiae ſuperſunt. Nam qui hodie in Sardinia, comitatu Lippienſi, Sibiria, America feri vocantur, oriundi ſunt a manſuetis, qui ex ſervitute quondam elapſi ſunt.

Non memini, quae hic de equis feris legimus, ea tradita etiam eſſe ab aliis; attamen Oppianus *de venat.* lib. 3 v. 205 non prorſus abſimilia prodidit de onagro, qui pullis ſuis modo natis, maſculis nimirum, aemulatione ſeu zelotypia commotus, genitalia, μήδεα, praemordere dicitur. Atque Plinius VIII, 30 p. 456 auctor eſt, aſinos ſilveſtres in Africa, cum timeant libidinis aemulos, ideo gravidas cuſtodire, morſuque natos mares caſtrare. Idem Solinus cap. 27 p. 37 de onagris, et de iisdem idem quoque Euſtathius in *Hexaëm.* p. 41. Quarum fabularum originem expiſcari fortaſſe poſſemus, ſi equorum ferorum vitae ratio et mores conſtarent. Pauca, quae huc ſpectant, habemus in itinerariis eruditiſſimi viri Pallaſii III p. 217; Gmelini junioris I p. 45, atque in Falkners *deſcription of Patagonia;* Londini 1774. 4. Eſſe inter equos feros ducem gregi praeeuntem, compertum eſt.

CAP. X.

Τὰς χελώνας φασὶν, ὅταν ἔχεως φάγωσιν, ἐπεσθίειν τὸ ὀρίγανον· ἐὰν δὲ μὴ θᾶττον ἕυρῃ, ἀποθνήσκειν. πολλοὺς δ' ἀποπειράζοντας τῶν ἀγραυλούντων,

Teſtudines, ajunt, quando ſerpentem deglutiverunt, mox oirganum inſuper vorare; id niſi promptum ſtatim inveniant, interire. Multosque ruri agentes

εἰ τοῦτ' ἀληθές ἐστιν, ὅταν ἴδωσιν αὐτὴν τοῦτο πράττουσαν, ἐκτίλλειν τὸ ὀρίγανον. τοῦτο δὲ ὅταν ποιήσωσι, μετὰ μικρὸν αὐτὴν ὁρᾶσθαι ἀποθνήσκουσαν.

cum id experiri vellent, captata opportunitate, origanum evulsam, quaerenti praeripuisse, eoque animans in ipsorum conspectu subito interiisse.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama est testudines ubi viperam comederint, origanum quaerere; quod nisi cito comederint, interire; itaque multos agrestes, qui illud num verum sit, inquirentes, ubi viderunt illas id feciſſe, convulsisse origanum, quare paulo post ipsas videre mortuas.

ἔχεως φάγωσιν] Is. et Stephan. ἐχίδνας φάγωσι, minus belle. In sequentibus nota transitionem a plurali numero ad singularem. SYLB.

ἔχεως] Ita quoque apud Aristotelem *hist. anim.* et Plutarchum et Aelianum *hist. anim.* VI, 12. Sed ὄφεως legitur etiam apud Plutarchum alio loco, et apud Aelianum III, 5 et Antigonum Caryst. Glycas vero et Apostolius habent σαρκῶν ἐχίδνης. I. B.

ἐὰν δὲ μὴ θᾶττον] Comparativus gradus saepe pro positivo, ut sit: *cito, statim.* Ita in Theocriti idyl. XV, 29: φέρε θᾶσσον ὕδωρ, *affer propere aquam.* Atque prorsus uti h. l. occurrit in Aeschinis dialogo *de morte* cap. 9: ἂν μή τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν, *et nisi quis statim* (quantocius) *vitam tanquam debitum reddiderit.* I. B.

Quae hic habemus, commemorarunt etiam Aristot. *hist. anim.* lib. 9 cap. 6 p. 1025. Plutarchus *quaest. nat.* p. 918. et idem *de solertia anim.* p. 974. auctores *Geopon.* lib. 15 cap. 1 p. 1043. Aelianus *hist. anim.* lib. 3 cap. 5 et lib. 6 cap. 12. Antigonus Caryst. cap. 40. Glycas *annal.* edit. Paris.

НБ ОНУ імені І. Мечникова

Pariſ. p. 49. Apoſtolius *cent.* 20 prov. 66. edit. Heinſii p. 262. Baſilius *homil.* 9 *in Hexaëm.* edit. operum Pariſiis 1721. fol. I p. 82: *Teſtudo viperae carnibus* (σαρκῶν ἐχίδνης) *exſatiata, noxam ſibi a venenata beſtia impendentem per adverſam origani naturam evitat.* Plin. lib. 8 cap. 27: *Teſtudo cunilae, quam bubulam vocant, paſtu, vires contra ſerpentes refovet.* Idem lib. 20 cap. 15: *item teſtudines cum ſerpentibus pugnaturae hac* (cunila bubula) *ſe muniunt.* Ambroſius *in Hexaëm.* lib. 6 cap. 4 edit. operum Pariſiis 1694 fol. p. 88: *Teſtudo viſceribus paſta ſerpentis, cum venenum adverterit ſibi ſerpere, origano medicinam ſuae ſalutis exercet.*

Graeci, quos laudavimus, confirmant, teſtudinem edere origanum, poſtquam viperam devoraverit, ſed diſſentit Plinius, qui non de origano loquitur, ſed de *cunila*, qua planta teſtudinem vires ſuas ad pugnam capeſſendam munire ſcribit. Ad hanc ſententiam accedit Aelianus, qui: *terrena teſtudo*, ἡ χερσαία χελώνη, inquit, *cum origanum comederit, viperam contemnit;* quamquam is ipſe alio loco, ſicut reliqui, tradiderit, teſtudinem, ſi vipera paſta fuerit, pro antidoto veneni ejus, origano uti. *Cunilae* nomen olim etiam *origani* fuiſſe, conſtat ex Dioſcoridis lib. 3 cap. 32 et 33 p. 186, qui ita vocatum eſſe *origanum* et *heracleoticum* et *ſilveſtre*, expreſſis verbis dicit. Quam ob cauſſam Scaliger in Ariſtot. *hiſt. anim.* p. 1025 ὀρίγανον non temere reddidit *cunilam bubulam.* Ergo eandem plantam cogitarunt Ariſtoteles et Plinius, etſi nominibus diverſis uſi ſint. Cum itaque ille plantam antidoton contra venenum viperae jam devoratae, hic vero eam medicamentum dixit, quo teſtudo ſibi contra venenum viperae devorandae praecavere ſoleat; veriſimile eſt, aut Plinium erraſſe, neque recte reddidiſſe, quae apud Ariſtotelem legerit, aut duplicem olim fuiſſe traditionem, unam, quam Ariſtoteles, alteram, quam Plinius prodidit. Illa ſententia placuit Salmaſio ad Solin. p. 900, haec vero Harduino ad Plin. I p. 491. Origani vires contra morſus venenatos atque contra venenum ipſius viperae, τῆς ἐχίδνης, laudavit Dioſcorides edit. Sarrac. p. 186, 405, 436. Conf. quae de origano corraſit diligentia Stapelii ad Theophr. p. 562.

Jam de fabula ipſa; non facile intelligitur, qui fieri poſſit, ut teſtudo, animal tardigradum ſtupidumque, devoret viperam, animal agile et callidum. Atque hoc in cauſſa fuit, quod Harduinus opinatus eſt, Ariſtotelem non de vipera viva, ſed de viperae cadavere a teſtudine devorato loqui. Verum enimvero venenum viperae emortuae adeo nihil nocet, ut antidoto nullo opus ſit. At quod vix veriſimile erat, illud tamen hodie teſtimoniis multorum virorum comprobatum eſt, inſectari vere teſtudines ſerpentes, eosque maxime venenatos devorare. Vid. Gmelini junioris *itinerarium per Ruſſiam* III p. 482. Seba vol. I tab. 80. n. 1. Gabriel Thomas und Daniel Falckners Beſchreibung von Penſylvanien. Frankf. u. Leipz. 1702. 8. II p. 32. Sed aliam dubitationem afferunt experimenta a Fontana, Italo, facta, quibus compertum eſt, morſum viperae teſtudini nihil quidquam nocere. Permultae enim teſtudines a viperis vehementer morſae, nullo modo

do doluerunt; pauciſſimae lente mortuae ſunt, et eae tantum, quas plures viperae ſaepius momorderant. Quae cum ita ſint, teſtudo, ſi vel facile viperam devorare poſſit vivam, tamen antidoto indiget nullo. Conf. *Traité ſur le vénin de la vipére et ſur quelques autres poiſons, par Felix Fontana.* Florence 1781. 2 vol. in 4. I p. 34; unde haec verba potiſſimum huc pertinent: "Il parôit donc que „ce venin ne pénetre, et ne ſe répand „que rarement dans le corps des tor„tues, et qu'il y agit avec bien plus „de lenteur et moins d'activité que „dans les autres animaux à ſang froid."

CAP. XI.

Τὸ τῆς ἴκτιδος λέγεται αἰδοῖον εἶναι οὐχ ὅμοιον τῇ φύσει τῶν λοιπῶν ζώων, ἀλλὰ σφρεὸν διὰ παντὸς οἷον ὀστοῦν, ὅπως ἄν ποτε διακειμένη τύχῃ· φασὶ δὲ σφραγγουρίας αὐτὸ φάρμακον εἶναι ἐν τοῖς ἀρίστοις, καὶ δίδοσθαι ἐπιξυόμενον.

Viverris ajunt genitalia eſſe, reliquis animalibus plurimum abſimilia, quod ipſis quomodocunque affectis ſint inſtar oſſium firma duraque. Singulare ſtranguria laborantibus remedium, ſi raſa tritaque exhibeantur.

NATALIS DE COMITIBVS.

Viverrae pudendum non eſt natura ſimile reliquorum animalium pudendis, ſed eſt ſolidum omnino et oſſeum, atque id quacunque ſe habeat ratione ajunt ad urinae difficultatem inter optima eſſe medicamenta, quod datur in ramenta diſſectum.

Τὸ τῆς ἴκτιδος] Ἴκτις cum genitivo ἴκτιδος, barytonως legitur etiam apud Suidam. SYLB.

ὅπως ἄν ποτε διακειμένη τύχῃ] Hoc verbum plerumque de animi diſpoſitione dicitur, interdum etiam de corpore. Exempla habes in Perizonii indice ad Aeliani var. hiſtor. Noſter interpres retulit haec verba ad genitale, quaſi dixerit Ariſtoteles, illud

illud ſemper eſſe rigidum, ſed Natalis de Comit. retulit ea ad verba quae ſequuntur, quaſi dixerit auctor: genitale hujus animalis ſemper ſeu in quolibet ſtatu eſſe medicamentum. Hoc quidem minus recte, mea ſententia. Sed neſcio, an haec verba in hunc locum aliunde irrepſerint, deſunt enim apud Stobaeum, ubi alioquin totum hoc caput prorſus iisdem verbis legitur. I. B.

Praeter Stobaeum, qui *Serm.* 98 p. 541 eadem ex Trophili *Collectan. mirab. narrat.* tradidit, etiam ipſe Ariſtoteles *hiſt. anim.* lib. 2 §. 54 p. 182 hujus animalis quod h. l. ἴκτις vocatur, mentionem injecit: *aliis animalibus genitale oſſeum eſt; ut vulpi, lupo, viverrae, muſtelae,* (ἴκτιδος καὶ γαλῆς) *nam haec quoque tale habet.* Itemque lib. 9 §. 108 p. 1027: *Ictis eſt Melitaei catelli magnitudine. — Ejus veretrum ſicuti diximus oſſeum eſt. Cujus ramenta putavit facere ad urinae ſtillicidia.* τὸ δ' ἀιδοῖον ἀντῆς ἐϛι μὲν, ὥσπερ ἔιρηται, ὀϛοῦν· δοκεῖ δ' εἶναι φάρμακον ϛραγγουρίας τὸ τοῦ ἄῤῥενος· διδόασι δ' ἐπιξύοντες. Latinis animal vocari *muſtelam*, expreſſis verbis dixit Plinius lib. 29 c. 4 II p. 503: *Muſtelarum duo genera; alterum ſilveſtre. Graeci vocant ictidas.* Idem lib. 9, c. 49. I p. 642 *muſtelam* et *viverram* nominat, cum Ariſtoteles, a quo iſta mutuatus eſt, loco modo laudato ἴκτιδος καὶ γαλῆς mentionem fecit. Attamen Latini interdum *muſtelae* nomen dederunt animali, quod Graeci γαλῆν vocarunt; ex. gr. Ariſtoteles *hiſt. anim.* lib. 9 §. 101 de pugna τῆς γαλῆς cum ſerpentibus loquitur, quod ipſum vero Plinius lib. 24 cap. 4 de *muſtela* tradit. Sunt ἴκτις et γαλῆ, *muſtela* et *viverra*, animalia valde affinia et ſpecies ejusdem generis, quae difficulter dignoſcuntur, quarum nomina etiam nunc ſaepiſſime permutantur, quare mirum non eſt, veteres iſta animalia non ſemper diſtinxiſſe nominibus propriis. Sunt etiam multo plures ſpecies hujus generis, et fieri poteſt, ut ἴκτις ſit ſpecies nondum ſatis cognita. *Franc. Cetti* in libr. primo de hiſtor. naturali Sardiniae, cujus interpretatio germanica prodiit Lipſiae 1783. 8. p. 224 demonſtratum ivit, animal Ariſtoteli ἴκτις dictum eſſe eam muſtelarum ſpeciem, quam in Sardinia vocant *Boccamele.*

In eo vero veteres nequaquam errarunt, quod penem horum animalium eſſe oſſeum tradiderint. Habent enim non ſolum iſta, quae ad muſtelae genus pertinent, ſed complura animalia alia penem oſſe inſtructum; qua de re videſis Schurigii *ſpermatologiam* p. 133. et Redi *obſervat. de animalculis in corporibus animalium vivorum.* Amſtel. 1708. 12. p. 13, qui tab. 26 icones dedit oſſium e pene lupi, canis, lutrae, martis, muſtelae, melis cet. Optime omnia, quae huc pertinent, expoſuit diligentia Daubentonii in anatomia horum animalium, inſerta Buffonii hiſtoriae naturali. Medicinae contra ſtranguriam, quam veteres quidam ex hoc muſtelae oſſe elicere voluerunt, mentionem fecerunt quoque Plin. l. c.

et Albertus Magnus lib. 22 *de anim.* tract. 2 cap. 1 p. 598: *Furonem vel furunculum, Gallici furettum vocant — — Est autem hoc animal medicinale, ut dicunt. Virga enim furonis masculi magnae utilitatis est eis, qui patiuntur in vesica, et eis qui guttatim et cum difficultate mingunt, si teratur ex eo uncia* caet. Etiam Rases: *furonis*, inquit, *priapus perutilis est dolenti vesicae, et stillicidio ac difficultati vesicae. Miscetur autem contrita inde drachma una cum modico caryophyllorum et bibitur.*

Haec commentanti redeunt mihi in memoriam, quae olim legeram in Horapollinis *hieroglyphicis* lib. 2 c. 98: γυναῖκα ἀνδρὸς ἔργα πράττουσαν βουλόμενοι σημῆναι, γαλῆν ζωγραφοῦσιν. αὕτη γὰρ ἄρρενος αἰδοῖον ἔχει, ὡς ὀσάριον. *Vbi mulierem, quae viri praestat opera, volunt exprimere, mustelam pingunt; quod haec maris pudendum habeat velut osseum.* Videtur auctor putasse, mustelam feminam habere, sicut marem, pudendum osseum; et J. C. de Pauw hoc ipsum probare voluit verbis Aristotelis modo laudatis: τὸ δ' αἰδοῖον αὐτῆς ἔσι μὲν ὀσοῦν, δοκεῖ δ' εἶναι φάρμακον σραγγουρίας τὸ τοῦ ἄρρενος. *Quia*, inquit de Pauw, *et mas et femina illud genitale habent, diserte addit* τὸ τοῦ ἄρρενος; *emphasis est in voce.* Minime hoc quidem. Genitale mustelae feminae non habet os, neque hoc cogitavit philosophus, qui τὸ τοῦ ἄρρενος addidit, ut mihi quidem videtur, propterea, quoniam τὸ αἰδοῖον dicitur de sexu et masculino et feminino.

CAP. XII.

Τὸν δρυοκολάπτην τὸ ὄρνεον ἐπὶ τῶν δένδρων βαδίζειν φασὶν, ὥσπερ τοὺς ἀσκαλαβώτας, καὶ ὕπτιον καὶ ἐπὶ τὴν γαστέρα. νέμεσθαι δὲ λέγεται καὶ τοὺς ἐκ τῶν δένδρων σκώληκας, καὶ οὕτως σφόδρα κατὰ βάθους ὀρύττειν τὰ δένδρα, ζητοῦντα τοὺς σκώληκας, ὥστε καὶ καταβάλλειν αὐτά.

Picum Martium, arbores scandere ferunt, quemadmodum ascalaphum, tam resupinum, quam pronum, depascique vermiculos, quos adeo vestigat avide, ut totos stipites tundendo perforet.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Picum Martium avem in arboribus ferunt conſidere nunc pronam nunc in ventrem reſupinam, ſtellionum more, quae cum vermiculos inquirit, arbores excavat, ita ut vel ipſas arbores proſternat.

κατὰ βάθους] usque ad intimam partem, ſeu usque ad medullam. Ita enim Plutarchus de eadem ave: πρὸς τὴν ἐντεριώνην. I. B.

tundendo perforet] *perforet ſternatque.* NIC.

Δρυοκολάπτης eſt nomen genericum earum avium, quae, ut ait Aelianus *hiſt. anim.* lib. 1 cap. 45, nomen habent ab eo, quod faciunt. Arbores enim feriunt, τὰς δρῦς κολάπτουσι, dum vermiculos quaeritant. Noſtrates eadem ratione eas vocant Baumhacker, Baumbicker, Baumpicker. Latinis easdem aves, arborum cavatores, vocari *picos*, expreſſis verbis dicit Plinius lib. 10 cap. 18. I p. 552: *Sunt et parvae aves uncorum unguium, ut pici; Martio cognomine inſignes, — quo in genere arborum cavatores ſcandentes in ſubreptum felium modo; illi vero et ſupini, percuſſi corticis ſono, pabulum ſubeſſe intelligunt.* Pertinet itaque huc in primis picus ille *Martius*, de quo Plutarchus *quaeſt. Romanis* p. 268: *Picus Marti ſacer; eſt enim audax et ferox avis, roſtrumque habet adeo robuſtum, ut quercus* (arbores) *etiam exſcindat, cum roſtri ictibus usque ad medullam pervenerit.* Neſcio, an verbum Germanicum Picken affine ſit *pici* nomini, an potius deductum ſit a voce *bec*, *roſtrum*. Non raro pici arbores tundendo tantum ſtrepitum efficiunt, ut poſſis credere, eſſe in ſilva operarios, qui arbores caedant. Quae hic de pico enarrantur, leguntur etiam in Ariſtot. *hiſtor. anim.* lib. 9 §. 146, 147 p. 1039.

Ασκαλαβώτης eſt *ſtellio*, quod certo conſtat e Plinii lib. 19 cap. 4. II p. 508: *ſtellionem Graeci coloten vocant et aſcalaboten et galeoten.* Idem nomen eſt etiam apud Ariſtotelem, qui, *ingreditur*, inquit, *ſuper arboribus celeriter, quovis modo, etiam ſupinus, ſtellionum more.* πορεύεται ἐπὶ τοῖς δένδρεσι ταχέως πάντα τρόπον, καὶ ὕπτιος, καθάπερ οἱ ἀσκαλαβῶται. Quam ob rem mirum videtur, quod Plinius picum non *ſtellionum*, ſed *felium* modo ſcandere ſcripſerit. Neſcio quid ſibi voluerit interpres noſter, qui non aſcalaboten, quo nomine Plinius uſus eſt, ſed *aſcalaphum* reddiderit. Fuit enim

Aſcalaphus, Ασκάλαφος, filius Acherontis, de quo fabulam vide apud *Ovidium* met. V, 539.

Ad explicandum modum, quo picus arbores ſcandere dicitur, afferam verba Conr. Geſneri ex *Ornithol.* pag. 676: "Non modo ſurſum per „arborem reptando, ſed etiam deor„ſum, et ſub ipſis ramis pedibus et „ventre ſurſum, tergo deorſum ver„ſus terram converſo; id quod ὔπτιον „dicere videtur, et per epexegeſin „etiam in ventrem. Niphus vero „aliter pici ingreſſum accipiens, Re„ſupinus, inquit, aſcendit arborem, „id eſt humeris juxta poſitis ad ar„borem, et pedibus (ſimiliter) verſis „ad arborem; roſtro vero et pectore „converſis ad contrarium arboris." Atque idem Geſnerus in lib. *de quadrup. oviparis* p. 91: "ὔπτιον dixeris „reptare animal, cum ſub aliquo „transverſo progreditur; ut ἐπὶ γα„σέρα, cum ſuper eodem, hic dorſo „ſurſum, illic deorſum ſpectante."

Σκώληξ eſt nomen generale omnium vermium, hic vero intelliguntur erucae ac larvae inſectorum.

CAP. XIII.

Φασὶ τοὺς πελεκᾶνας τὰς ἐν τοῖς ποταμοῖς γενομένας κόγχας ὀρύττοντας κατεσθίειν· ἔπειτα, ὅταν πλῆθος εἰσφορήσωσιν αὐτῶν, ἐξεμεῖν· εἶθ' οὕτως τὰ μὲν κρέα ἐσθίειν τῶν κογχῶν, τῶν δ' ὀστράκων μὴ ἅπτεσθαι.

Pelecanos, ajunt, conchas fluviatiles vorare, multitudinemque ingeſtam mox vomere, ac eo, quod eſui eſt, veſci, caeterum a teſta abſtinere.

NATALIS DE COMITIBVS.

Dicunt et pelicanos aviculas vorare conchas in fluminibus coortas, easque comedere, quarum ubi ingens multitudo fuerit abſorpta illas evomere; ac ita carnibus veſci concharum, teſtas vero non attingere.

ἐν τοῖς ποταμοῖς] Aristoteles *histor. anim.* lib. 9 §. 149 non conchas in fluminibus coortas dixit, sed *pelecanos in fluviis degentes*: οἱ πελεκᾶνες, οἱ ἐν τοῖς ποταμοῖς γινόμενοι. Natalis de Comit. pelecanos *aviculas* dixit, sed unde hoc diminutivum acceperit, nescio. I. B.

κόγχας ὀρύττοντας] Pelecani eruunt seu effodiunt conchas e limo fluviorum. Id summa dexteritate facit phoenicopterus, qui perpetua pedum et capitis motatione quidquid edule in limo reperit, in rostrum protrudit. I. B.

ἐισφορήσωσιν] L. ἐισφρήσωσιν; belle. SYLB.

ἐσθίειν τῶν κογχῶν] Alii κόγχων, qui genitivus erit a nominativo κόγχος. Vtrumque certe dicitur; sed quia praecessit κόγχαι, hic malim κογχῶν. STEPH. Camotii editio habet barytonως κόγχων; sed quia praecessit κόγχας, Stephanus κογχῶν mavult. SYLB.

Pelecanos eruere e fluviis conchas, easque devorare, et post aliquod tempus evomere, deinde separatis testis, concharum carnem edere, memoriae prodiderunt Aristot. *hist. anim.* lib. 9 p. 1041. Aelianus *hist. anim.* lib. 3 cap. 20 et cap. 23. Antig. Carystius cap. 47, cujus verba triplici mendo laborant, quod jam correxit Bochartus in *hieroz.* II p. 294; porro etiam Apostolius *cent.* 15 *prov.* 93. Eustathius in *Hexaëm.* p. 24. Phile cap. 8. Pisida v. 1098, cujus verba latine reddam: *Quis pelicanis instar lanceae os conformavit, et longis novi generis spiculis instruxit? Quis omnivoras eorum fauces ad inexpletas piscium rapinas tanto hiatu diducit? Quae vero ipsorum est sollertia, ut conchas, quae suis testis comprimuntur, arte exquisitissima divellant? Cum enim geminas valvas firmiter unitas ad resolutionem adducere nequeant, igne viscerum ipsas relaxant; quo fit, ut valvarum firmitas interno calore emollita solutionem patiatur; ac tum illi, quae nuper erant colligata evomentes, nuda pugna carnes diripiunt, testaceo scuto jam non amplius munitas.* Hactenus Pisida. Esse hos pelecanos aves migratorias docet Aristoteles lib. 8 §. 126 p. 915, qui eas ad Danubium quotannis advenire tradit. Scribitur nomen *pelecanus* et *pelicanus*, sed illud verius. Ex his quae Graeci de pelecano tradiderunt, avem certo agnoscere non licet. Complures enim aves aquaticae evomunt facillime ac saepissime quod devorarunt subito, et eligunt postea ex cibo eructato id quod esui maxime idoneum est. Neque hoc ignorarunt Graeci, cum Plutarchus *de solertia anim.* p. 967 eandem rem non de pelecanis, sed de ἐρωδιοῖς enarrat; et Aelianus atque Apostolius diserte monent, non pelecanos solum, sed etiam ἐρωδιοὺς ita agere. Est vero ἐρωδιὸς, ut videtur,

ex ardearum genere. A pelecano diversus est *pelecinus*, πελεκῖνος; namque Aristophanes in *avibus* v. 883 pelecanos et pelecinos simul nominat, tanquam aves diversas. Sed praeter nomen nihil de pelecino scimus.

Latini veteres, quod scio, nunquam pelecani nomine usi sunt, sed quae Graeci de pelecano, ea isti de *platea* vel *platalea* enarrarunt. Plin. lib. 10 cap. 40. I p. 567: *platea cum devoratis se implevit conchis, calore ventris coctas evomit, atque ita ex iis esculenta legit, testas excernens.* Et Cicero *de nat. Deor.* lib. 2: *Platalea scribitur conchis se solere complere, easque cum stomachi calore concoxerit, evomere, atque ita eligere ex iis quae esculenta sunt.* Quae verba Ciceronis amplissimo commentario obruit Lescalopier in *Humanitate theologica;* Paris. 1660. fol. p. 463. Qua ratione factum sit, ut Latini nunquam addiderint nomen Graecum, mihi non liquet. De platea s. platalea tradit Cicero l. d. avem sibi cibum quaerere advolantem ad eas aves, quae se in mari mergerent; quae cum emersissent, piscemque cepissent, usque eo premere earum capita mordicus, dum illae captum amitterent; id quod ipsa invaderet. Eadem etiam Plinius l. d. *Platea nominatur, advolans ad eas quae se in mari mergunt, et capita illarum morsu corripiens, donec capturam extorqueat.* Neque haec a vero abhorrent; nam ex. gr. avis, quae Linneo *Larus parasiticus* et Brunnichio in *ornithologia boreali* p. 32 *Cataractes parasiticus* vocatur, piscaturae ipsa inepta, exagitat congeneres, ut vomitu ab iis ejectum cibum eripiat. Vid. *Acta Holmiensia* 1753. vol. 15 p. 296 et Linnei *iter Westgothicum* pag. 211.

Sunt qui putant, pelecanum seu plateam esse eandem avem, quam Plinius aliique vocarunt Onocrotalum. De hoc Plin. lib. 10 c. 47. I p. 569: *Olorum similitudinem onocrotali habent; nec distare existimarentur omnino, nisi faucibus ipsis inesset alterius uteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira ut sit capacitas. Mox perfecta rapina, sensim inde in os reddita, in veram alvum ruminantis more refert. Gallia hos septentrionali proxima oceano mittit.* Equidem Harduino adsentior has aves diversas dictitanti. Nam Plinius primum de platea, inde separatim de onocrotalo loquitur, nec verbulo innuit has esse aves easdem. Paululum est etiam diversa fabula de hisce avibus. *Platea* devoratas testas e ventre revomit, eiusdem stomachi calore coctas; *onocrotalus* ex falso utero, hoc est, prolobo, sive ingluvie quadam, (ex sacco gulari) antequam in veram alvum descenderint. De onocrotalo equidem non dubito, quin sit avis, cui ornithologi nostrates servarunt nomen vetustum, nimirum *Pelecanus onocrotalus.* In hanc avem conveniunt omnia, quae Plinius habet. Atque eadem est, quae Aeliano *hist. anim.* lib. 16 cap. 4 dicitur κήλη, quod nomen inditum est propter κήλην seu βρογχοκήλην i. e. tumorem in gutture. *Colam*, inquit Aelianus, *avem in India nasci accepi, magnitudine triplo majorem otide, ore permagno, et longis cruribus, ingluvie etiam maxima, perae similitudinem habente, absonum quiddam sonare, eiusque summas alas pallidas, ceteras vero pennas cinericias esse.*

De pelecano, ut ad eum revertar, permultae fabulae ineptae occurrunt

runt in theologia aſcetica, in libris Gregorii, Auguſtini, Epiphanii caet. in libris, inquam, veterum theologorum, qui vulgo patres vocantur, quibus opinio fuit, poſſe ejusmodi narrationes fictas et vulgi commenta non parum facere ad pietatem in Deum excitandam. Fabulati ſunt iſti, avem occidere pullos ſuos, eosque per triduum lugere, deinde ſe ipſum roſtro vulnerare, et aſperſione ſanguinis ſui revocare ad vitam. Quis primus iſtas fabulas decantatas compoſuerit, neſcio, ſed eas in libris philoſophorum non inveniri, ſcio. Aliquid tamen, quod iſtis ſimile videatur, habent Horapollinis *hieroglyphica* lib. 1 cap. 11 p. 23, ſed de vulture, non de pelecano, etſi etiam hujus avis ibidem lib. 1 cap. 67 mentio facta ſit. Denique qui cunctas de pelecano theologorum fabulas et de iis ſententias legere vult, adeat Conr. Geſneri *ornithol.* p. 639. Aldrovandi *ornithol.* lib. 19 et 20. Bocharti *hierozoic.* II p. 275, 294, 301 et Antonii Deuſingii diſſertatiunculam de pelecano in ejusdem *Faſciculo diſſertationum ſelectarum*; Groningae 1660. 12. p. 616.

Cap. XIV.

Ἐν Κυλλήνῃ φασὶ τῆς Ἀρκαδίας, τοὺς κοσσύφους λευκοὺς τίκτεσθαι, ἄλλοθι δ' οὐδαμῆ· καὶ φωνὰς ποικίλας προΐεσθαι, ἐκπορεύεσθαί τε πρὸς τὴν σελήνην. τὴν δ' ἡμέραν εἴ τις ἐπιχειροίη, σφόδρα δυσθηράτους εἶναι.

Circa Cyllenen Arcadiae merulas candidas gigni tradunt, quod alibi nusquam contingat, vocesque varias ſonare. Luna lucente progredi, interdiu vero quantolibet ſtudio advigiletur, deprehendi non poſſe.

Natalis de Comitibvs.

In Cyllene Archadiae merulas albas naſci autumant, quod alibi minime contingit; easque varias voces emittere, et ad lunam adverſam proficiſci; at ſi quis per diem illas venari cooptet, non ſine magna illud efficiet difficultate.

εἴ τις ἐπιχειροίη] 3 perſ. praeſ. optat. activi verbi ἐπιχειρέω. Ita etiam pro ποιοῦμι dicunt Attici ποιοίην. Interpres noſter non ſatis accurate. Rectius ſic: *ſi quis interdiu eas captare conabitur, videbit, eſſe eas venatu valde difficiles.* I. B.

De merulis albis Ariſtoteles *hiſt. an.* lib. 9 cap. 25 p. 1057 ita: *merularum genera duo; altera nigra, et ubique viſitur; altera exalbida, magnitudo par et vox ſimilis. Haec in Arcadiae Cyllene eſt, alibi nusquam.* Aelianus *hiſt. anim.* lib. 5 cap. 27: *merulas in Cyllene omnes candidas eſſe narrat Soſtratus.* Stephanus Byzant. v. κυλλήνη. Euſtathius ad *Homeri Iliad.* B. p. 300. Pauſanias *in Arcadicis* p. 634. Plin. lib. 10 cap. 30. I p. 562: *merulae circa Cyllenen, nec usquam aliubi candidae naſcuntur.* Solinus cap. 7 p. 17: *Varro perhibet, fontem in Arcadia eſſe, cujus interimat hauſtus. In eadem parte de avibus hoc ſolum non indignum relatu, quod cum aliis locis merula furva ſit, circa Cyllenen candidiſſima eſt.* Hos ſcriptores omnes ab Ariſtotele accepiſſe, quae de merulis albis retulerunt, omnino veriſimile eſt; ſolus Aelianus ſe e Soſtrati libro hauſiſſe perhibet. Neque Ariſtoteles omnes merulas circa Cyllenen eſſe albas ſcripſit, uti retulit Aelianus; ſed reperiri tantum ibi ſubinde etiam albas. Sunt etiam merulae albae non ſpecies peculiaris, ſed nuda varietas, quae etiam nunc variis in locis, etſi raro, capitur. In noſtra quoque vicinia easdem eſſe obſervatas memoriae proditum legimus in *diario Hannoverano:* Hannöver. nützliche Samml. 1756. p. 671. Neque in Gallia eas deſiderari conſtat ex *Journal d'agriculture* et *Journal encyclopedique* 1772. Conf. Buffonii *ornithol.* volumen nonum, quod cl. Otto germanice edidit p. 23, 34 et 48. Procul dubio etiam Ariſtotelis tempore iſtae aves compluribus in terris fuere, etſi hoc philoſopho ignotum fuerit. Fuerunt fortaſſe circa Cyllenen frequentiores, et obſervatum eſt etiam, varietates animalium albas quibusdam in locis, ubi ſemel exſtiterunt, per multos annos durare ibique genus ſuum procreare. Novi domum, in qua per multos annos mures candidi capiuntur, qui alioquin rariſſime et vix unquam in tota reperiuntur urbe.

Quae hic de varia merularum candidarum voce leguntur, pertinent ad ea, quae Ariſtoteles *hiſt. anim.* lib. 9 cap. 75 p. 1168 et Plin. lib. 10 cap. 29 prodiderunt. *Alia admiratio*, inquit Plinius, *circa oſcines; fere mutant colorem vocemque tempore anni, — — merula ex nigro rufeſcit; canit aeſtate, hieme balbutit, circa ſolſtitium muta.*

Latere interdiu merulas albas et noctu tantum circumvolitare, ſolus hic Ariſtoteles noſter, quod ſcio, retulit. Quam fabulam qui probatum ire vellet, poſſet eo conſilio adferre, quae phyſici de animalibus citra analogiam albis obſervarunt; eſſe ſcilicet horum oculos ita conturbatos ac infirmos, ut hebes viſus vix diem ferat. Sed nolumus hoc argumento fruſtra tempus conterere.

CAP. XV.

CAP. XV.

Λέγεται δ' ὑπό τινων μέλι τὸ καλούμενον ἄνθινον περὶ Μῆλον καὶ Κνίδον γίνεσθαι· καὶ εὐώδες μὲν τῇ ὀσμῇ, ὀλιγοχρόνιον δὲ κατὰ τὴν ἐριθάκην γίνεσθαι.

A quibusdam fertur, mel Anthinum, ut vocant, circa Melum Cnidumque nasci, odore quidem suavi, sed neutiquam durabile id erithacam fieri.

NATALIS DE COMITIBVS.

Sunt qui circa Melum et Gnidum vinum anthimium floridum scilicet vocatum nasci affirment, quod odore quidem est suave, at parum durat apud Erithacem, uti proditum est.

ὑπό τινων μέλι] μέλι legendum esse pro vulgato μὲν, declarat etiam interpres: *A quibusdam fertur mel anthinum circa Melum Cnidumque nasci.* SYLB. Ita apud Antigon. Caryst. cap. 57 pro τότε μάλιστα μὲν ἐσθίειν legendum esse μέλι, auctoritate Aristotelis *hist. anim.* IX, 40 recte probavit cl. Schneider *periculo critico in anthologiam* pag. 141. I. B.

κατὰ τὴν ἐριθάκην] Videtur significare *sicut erithaca.* Plinius certe lib. XI, 14 ἄνθινον μέλι nominatum tradit mel vernum, favo e vernis floribus constructo. SYLB.

Praeter mel et ceram reperiuntur inter apium opera etiam aliae materiae ab iis diversae. Altera, quae Reaumurio *cera cruda*, *cire brute*, nostratibus *panis apium*, Bienenbrod, vocatur, est materia granosa, melle spissior, qua apes vesci creduntur; altera est, quae plerumque *propolis* dicitur, indolis resinosae, qua apes alvearia intus obducunt favosque compingunt. Hasce materias iam veteres noverunt, nominibusque propriis distinxerunt, sed non semper eadem nomenclatura usi sunt. Panem apium Plinius vocavit *erithacam*; ita enim lib. XI cap. 7. I pag. 594: *Praeter haec* (scil. commosin, propolin caet.) *convehitur erithace, quam*

aliqui ſandaracam, alii cerinthum vocant. Hic erit apium, dum operantur, cibus, qui ſaepe invenitur, in favorum inanitatibus ſepoſitus et ipſe amari ſaporis. Idem p. 596: *apes inopia cibi deſperant, moriunturque; contra copia ignaviam affert, ac iam melle, non erithace paſcuntur.* Et p. 598: *Relinqui* (in vindemia) *duas* (mellis) *partes apibus ratio perſuadet, et ſemper eas partes favorum, quae habeant erithacen.* Ita etiam Heſychius: ἐριθάκη ἡ ὑπὸ τῶν μελισσῶν παρατιθεμένη τροφή. Alii vero veteres erithacae nomen dederunt materiae reſinoſae; e. c. Varro *de re ruſt.* lib. 3 cap. 16, 8: *Extra oſtium alvei obturant omnia, qua venit inter favos ſpiritus, quam ἐριθάκην appellant Graeci.* Idem paulo poſt ita: *Erithacen vocant, quo favos extremos inter ſe conglutinant, quod eſt aliud melle et propoli.* Hanc materiam vocavit Virgil. *Georg.* 4 v. 40 et 160 *gluten.* Ariſtoteles quidem, ſemel, quod ſcio, erithaces mentionem iniecit, nimirum *hiſt. an.* lib. 5 cap. 19 p. 614: *ceram et erithacen in cruribus gerunt.* Idem cibum apium vocavit *ſandaracam*, qua voce etiam Plinius uſus eſt. Operae pretium exiſtimo relegere, quae Reaumurius in *Memoires pour ſervir à l'hiſtoire des inſectes*, tome V, 2. Amſterdam 1741. 12. p. 50 et 75 de diſcrimine, quod inter haſce materias intereſt, diſſeruit. Varia nomina, quae apud veteres occurrunt, e. gr. *ſandaraca*, *cerinthus*, *piſſoceros*, *propolis*, caet. non curamus, cum partim ſynonyma ſunt, partim diſcrimina levidenſia notant. Secundum meam quidem ſententiam hoc loco nobis iam explicando ſermo eſt de erithaca Varronis ſeu glutine Virgilii, quo apes favos compingunt.

Mellis terna genera fecerunt veteres. *Vernum*, inquit Plinius I p. 596, *ex floribus conſtructo favo, quod ideo vocatur anthinum; — alterum genus mellis aeſtivi, quod vocatur ὠρᾶιον, — tertium ſilveſtre.* Quae cum ita ſint, Ariſtotelis noſtri ſententia haec mihi eſſe videtur: mel vernum, quod circa Melum Cnidumque naſcitur, odore eſt quidem ſuavi, ſed quod ad erithacen attinet, ea minime durabilis eſt. Equidem locum in Ariſtotelis libris, unde haec deſumta ſint, non invenio, neque novi quemquam inter veteres, qui hanc rem enarraverit. Sed quid, quaeſo, ſibi voluit Natalis de Comitibus, qui nobis *vinum anthimium* propinavit? Num vitium hoc eſt typographicum?

CAP. XVI.

Περὶ Καππαδοκίαν ἔν τισι τόποις ἄνευ κηρίου φασὶν ἐργάζεσθαι τὸ μέλι, γίνεσθαι δὲ τὸ πάχος ὅμοιον ἐλαίῳ.

Circa Cappadociam, aiunt, locis quibusdam mella citra favos comportari, olei inſtar craſſa.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Sunt loca quaedam apud Capadociam, ubi mel inquiunt sine favis confici, quod ita fit spissum, ut oleo sit persimile.

ὅμοιον ἐλάιῳ] Hoc mel aërium esse, et liquidam mannam, idemque quod ἐλαιόμελι Dioscoridis I, 37 Salmasius censet *de manna* p. 248. a. E. NIC.

Eadem leguntur in Ael. *hist. an.* lib. 5 cap. 42: *In Cappadocia mel sine favis apes conficere ferunt, idque ut oleum perinde crassum esse.* παχὺ δὲ τοῦτο εἶναι κατὰ τὸ ἔλαιον λόγος ἔχει. Spectant huc etiam verba Arist. *hist. anim.* lib. 5 cap. 22 p. 617: *E superioribus locis in Amisum defertur mel candidum, et imprimis crassum, quod apes operantur sine favis in arboribus; quale etiam in Ponto alibi quoque est.*

Amisus urbs quondam fuit non longe dissita a Sinope, et a Plinio annumeratur urbibus Paphlagoniae. Videtur itaque mel illud sine favis confectum (non *comportatum*, uti temere interpres) e Cappadocia allatum esse Amisum; κατάγεται, inquit Aristoteles, εἰς Ἀμισὸν ἄνωθεν μέλι. Non est dubium, quin fuerit genus mannae, ex arboribus quae colligitur, de qua videsis commentationem nostram de historia sacchari, insertam *Commentatt. soc. scient. Gotting.* vol. 5, anni 1783 et Fabri dissertationem de manna in Reiskii et Fabri *opuscula arabicis* collectis a Grunero. 8.

CAP. XVII.

Ἐν Τραπεζοῦντι τῇ ἐν τῷ Πόντῳ γίνεται τὸ ἀπὸ τῆς πύξου μέλι, βαρύοσμον· καὶ φασὶ τοὺς μὲν ὑγιαίνοντας ἐξιστάναι, τοὺς δ' ἐπιπλήκτους, καὶ τελέως ἀπαλλάττειν.

In Trapezunti urbe, ea quae in Ponto sita est, mel ferunt e buxis produci graveolentissimum, quod sanos quidem mentis loco moveat, aegros vero perculsosque eiusmodi stupore sanet.

CAPVT XVII.

NATALIS DE COMITIBVS.

Naſcitur mel ex buxo in Pontica Trapezunte, gravis odoris, quod aiunt ſanos in inſaniam convertere, ſi odor percipiatur; at inſanos ab aegritudine prorſus abſolvere ſtuporis.

Εν Τραπεζοῦντι] Locum hunc de Pontico melle citat ex hoc Ariſtotelis libro Stephanus Byzantius in Τραπεζοῦς; ſed clauſula paulum mutata, ſic: ἀφ' οὗ τοὺς φαγόντας, ὑγιαίνοντας μὲν, ἐξίεσθαι· τοὺς δ' ἐπιλήπτους, εὐθέως ἀπαλλάττεσθαι. SYLB. Ad hunc locum *Geop.* XV, 9 provocatur, ubi pro ἐπιπλήκτους legitur ἐπιληπτικούς. Aelianum *hiſt. anim.* V, 42 ἐπιλήπτους dediſſe ibi iam obſervavi; ſed addere debebam, Byzantinum quoque Stephanum ad Τραπεζοῦς, et Stobaeum *ſerm.* 98 *de morbis* p. 541. f. noſtrum locum attuliſſe, ita ut ἐπιλήπτους et ipſi exhibeant. Sunt igitur *epileptici*. Alias quoque alternant ἐπιληπτικοὶ et ἐπίληπτοι, v. c. qui hic cap. 67 ſunt ἐπιληπτικοὶ apud Stobaeum *ſerm.* 98 p. 541. f. ἐπίληπτοι dicuntur. Viciſſim paulo poſt ibi ἐπιληπτικοῖς legitur, et hic cap. 77 ἐπιλήπτοις. NIC.

perculſosque eiusmodi ſtupore] *morbo vero comitiali correptos.* NIC.

Mellis venenati meminerunt complures. Diodor Sicul. lib. 14 edit. Weſſelingii I p. 665: *Inventa tum fuit* (circa Trapezuntem) *ingens alvearium copia, unde largiſſimos erat favos depromere. Sed mirificum quiddam evenit circa illos, qui hos deguſtarent. Nam quotquot aliquid deglutiſſent, amentes facti, mortuisque ſimiles, humi ſternebantur. — At poſtridie eadem prope hora omnes ad ſe redibant, et integra mentis ſanitate recepta ſurgebant, corporibus non aliter affectis, quam ſi poſt pharmacum aliquod hauſtum, vires recolligerent.* Strabo lib. XII edit. Almelov. p. 826: *Propinaverunt eis in itinere* (circa Trapezuntem) *inſani mellis crateras, quod arborum ſumma ferunt germina; eo poto iam mente abalienatos adorti facile interfecerunt.* Aeliani *hiſtor. anim.* lib. 5 cap. 42. Xenophon *de expeditione Cyri* lib. 4. Dioſcorid. lib. 2 cap. 103. et *Parabil.* lib. 2, 38 p. 121. Stephanus de *urbibus* voce: Τραπεζοῦς, qui verba noſtri Ariſtotelis retulit, ſicut quoque Stobaeus p. 470. edit. Tigur. 1543. Procopius *bell. Goth.* lib. 4, 2. Dio Chryſoſt. *orat.* 9 p. 139. Democritus in *Geopon.* lib. 15 cap. 9. Plin. *hiſt. nat.* lib. 21 cap. 13. II p. 246. E Democriti geopon. qui Ari-

Ariſtotelem noſtrum nominatim laudat, et ex Aeliani verbis facile intelligitur, pro ἐπιπλήκτους ſcribendum eſſe apud noſtrum ἐπιλήπτους, quod iam recte monuit doctiſſimus Niclas, cui optimam Geoponicorum editionem debemus, qui etiam docuit, eodem modo apud Pollucem 5, 120 codd. ἐπίπληκτος et ἐπίληπτος permutari. Mellis, quod μάινεσθαι ποιεῖ, meminit etiam Longus in *paſtoral.* lib. 1 cap. 12 ed. Boden p. 84. Ergo mel Heracleoticum ſeu Ponticum ſanos inſania afficiebat, ſed eos, qui morbo comitiali correpti erant, ſanabat; τοὺς δὲ ἐπιλήπτους εἰς ὑγείαν ἐπανάγειν ἔνθις, quae verba Aeliani adſcripſimus, ne quis de ſenſu verbi ἀπαλλάττειν, quo noſter et Democritus uſi ſunt, dubitet.

Cauſam huius rei attribuerunt veteres plantis, unde apes in Ponto mel colligunt. Ariſtoteles, Aelianus atque Democritus, plantam iſtam πύξον vocant; Plinius vero duas plantas nominavit: *aegolethron* et *rhododendrum*, quo ſilvas Ponti ſcatere ſcribit. Sunt etiam recentiores, qui mellis venenati mentionem fecerunt veterumque de eo relationes comprobarunt. Tournefortius argumentis graviſſimis confirmavit aegolethron Plinii eſſe *Azaleam ponticam* Linnei pag. 1669, atque rhododendron Plinii eſſe *rhododendrum ponticum* Linn. p. 562, quae planta Azaleae ponticae quam ſimillima eſt. Vid. *Memoires de l'academ. des ſciences à Paris* 1704 pag. 345 et Tournefortii *itinerarium* II pag. 99, ubi eadem leguntur, etſi icones plantarum, quas Acta Pariſina habent, deſiderentur. Optimam rhododendri pontici iconem dedit nuper Jacquin. Vid. eius *Icones plantarum rariorum* tab. 79. Ad hanc ſententiam novum accedit argumentum, quod Lambert in *itinerario per Mingreliam* prodidit, eſſe in Ponto plantam, quam *Oleandro giallo* vocat, unde mel fiat pernicioſum, quae procul dubio etiam eſt Azalea pontica. Lamberti itinerarium editum eſt Neapoli 1652. 4; equidem novi tantum interpretationem Gallicam non ſatis accuratam, quae inſerta eſt collectioni: *Recueil de voyages au Nord.* Amſterd. 1725. 12. vol. 7 pag. 197. Azaleae ponticae vis pernicioſa, qua mel inficitur, probatur quoque a *Model* in kleinen Schriften in praefat. Schriften der Berliniſchen naturforſchenden Geſellſchaft. 1782. vol. 3 p. 473 et 474. Bellonius quidem in itinerario lib. 1 cap. 68 venenum mellis Heracleotici alii plantae, quae neſcio an *Carthamus corymboſus* Linnei p. 1164 ſit, attribuit. Verba ex interpretatione Cluſii haec ſunt: 'Diligenter „inquiſivimus, cur mel cognomine „Heracleoticum pernicioſum eſſet. „Nullam aliam rationem invenimus, „niſi quod ea regio Chamaeleone ni„gro abundat, cuius radici excreſcen„tia quaedam adnaſcitur, nomine Ixia, „quae pernicioſum venenum eſt, et „eos qui deguſtant illico necat. Quod „ſi apes mellis ſubſtantiam ex eius „chamaeleonis floribus ſuſcipiunt, non „dubitamus, quin id mel hominibus „admodum ſit pernicioſum; non igno„ramus autem, apes mellis materiam „ex ipſis floribus non colligere, ſed „ex foliis duntaxat, pingui rore cae„litus delapſo obſitis." Conf. Gleditſchii commentatio: *ſur diverſes plantes, qui ont été priſes pour le veritable Aegolethron de Pline*, in *Hiſtoire de l'academie à Berlin, Année* 1759 p. 48. Pertinent huc quoque

quae leguntur in *Voyages de Chardin. à Rouen* 1723. 12. vol. IV. p. 29.

Πύξος, unde noſter, Aelianus ac Democritus mellis venenum oriri dicunt, eſt ſine controverſia planta, quae etiam nunc *Buxus* vocatur et in oriente arboreſcit, quam circa Trapezuntem eſſe frequentiſſimam conſtat e Strabonis lib. 10 et Theophraſti *hiſt. plant.* lib. 3 cap. 15. Hanc plantam mellis amaritudinem efficere probarunt Plin. lib. 16 cap. 16 II p. 14; Diodor. Sic. lib. 5 cap. 14 et Theophraſtus edit. Stapelii p. 223. Inter recentiores novi neminem, qui eandem buxi vim confirmarit; certum eſt tamen, folia eius eſſe amara, nauſeoſa alvumque ducere ad drachmae pondus ſumta. Denique Ovidius mel in Corſica e Cicuta, et Aetius ex Aconito venenatum fieri perhibuerunt.

CAP. XVIII.

Φασὶ δὲ καὶ ἐν Λυδίᾳ ἀπὸ τῶν δένδρων τὸ μέλι γίγνεσθαι πολύ, καὶ ποιεῖν ἀπ' αὐτοῦ τοὺς ἐνοικοῦντας ἄνευ κηροῦ τροχίσκους, καὶ ἀποτέμνοντας χρῆσθαι διὰ τρίψεως σφοδροτέρας. γίνεται μὲν οὖν καὶ ἐν Θράκῃ, οὐχ οὕτω δὲ παχεῖον, ἀλλ' ὡσανεὶ ἀμμῶδες. ἅπαν δὲ μέλι πηγνύμενον, τὸν ἴσον ὄγκον ἔχειν φασὶν, οὐχ ὥσπερ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ ἄλλα ὑγρά.

In Lydia aiunt ex arboribus mella copioſa colligi, unde paſtillos absque cera indigenae conficiunt, duritia tanta, ut niſi vehementiore attritu nihil demi inde poſſit. Fit et in Thracia mel non perinde ſolidum, ſed arenoſum. Caeterum mella omnia concreta eandem craſſitiem ſervant, diverſa ab aqua, et liquidis reliquis. [Reliqua enim omnia concreta non nihil ſicceſcunt, attenuanturque.]

NATALIS DE COMITIBVS.

Quin etiam mel plurimum naſci inquiunt in Lydia ex arboribus, ex quo incolae paſtillos ſine cera conficiunt, quibus utuntur cum

cum abſciderint, iique duriores ſunt quam ut poſſint conteri. Naſcitur et in Thracia, verum non ita ſolidum, at arenaceum, univerſum autem mel coagulatum non aequam magnitudinem habere inquiunt aquae et caeteris liquoribus.

Trochiscos Latini, teſte Celſo lib. 5 cap. 17 paſtillos vocant, et *paſtilli*, inquit Feſtus, *ſunt forma panis parvi.* Nimirum nomina iſta ſignificant maſſam cuiuscunque materiae, orbicularis formae. Ita in uſum et medicum et culinarem digeruntur ſucci plantarum in paſtillos; quin etiam materiae antea in pulverem redactae rediguntur, addito glutine quodam, in trochiscos, qui facili negotio ſervari, et quam citiſſime, ſi libet, iterum comminui poſſunt. Pertinent huc quodam modo chocolatae paſtilli. Veteres plerumque ad pulverem conglutinandum adhibebant mel, cui ceram admiſcuiſſe videntur, quo citius trochisci poſſent areſcere.

Mel illud quod in Lydia ex arboribus colligebatur, fuit ſine controverſia mannae genus tam craſſum, ut, vel ſine cera, in paſtillos denſari potuerit, qui tanta duritie fuiſſe dicuntur, ut non niſi tritura vehementiori comminui potuerint. Lydii, inquit noſter, utuntur iſtis trochiscis, quos tritura vehementiori comminuunt. Ex Amyntae relatione apud Athenaeum *deipn.* lib. XI p. m. 500 conſtat, mel aërium ſive mannam in Aſiae quadam regione, ab incolis fingi in globos, σφάιρας, quorum micas in poculis dilutas potari, guſtu ſimili ac mellis, ſed iucundiore. Sunt etiam inter recentiores, qui de melle admodum craſſo atque lento commemorarunt, quod et ipſum mannam eſſe puto. Ex. gr. Scaliger *exercitationum libro XV de ſubtilitate;* Francof. 1612. 8. p. 623: "In Troglodyticae parte, quae dici-„tur Balgada, mel candidum adeo, „ut ne nivibus quidem cedat, durum „vero, quaſi lapis. Solidum etiam in „Calicut ita, ut in ſportis contineatur." Quae cum ita ſint, neſcio an Bocharti *Can.* I, 25 p. 539 ſententia vera ſit, qui in noſtro libello non ἐν Λυδίᾳ, ſed ἐν Λιβύῃ, *in Lybia,* legendum cenſet, et omnia pertinere ad Gyzantes, qui nomen ab apibus *(gazin)* acceperunt, quorumque apes collaudarunt Herodotus, Apollonius et Euſtathius. At non de apum melle, ſed de manna Lydiae noſter loquitur. Conf. Salmaſius *de manna* p. 248. b. qui hunc locum varie illuſtrat.

Vltima verba Ariſtotelis noſtri ita mihi explicanda videntur: omne mel, etiamſi coagulatum vel ſiccatum eſt, nunquam tamen tantam craſſitiem, conſiſtentiam vel ſiccitatem habet, quanta praeditae ſunt materiae, quae aqua vel alio humore quocunque dilutae et poſtea in paſtillos denſatae ſunt.

ſunt. Nam cui mel admixtum eſt, illud, ſi vel arefactum eſt, tamen viſcidum ac glutinoſum manet.

Adverbium negativum h. l. verbo poſtpoſitum eſt, licet conſtructio et Latinitas, ut praeponatur, exigat, quod ſaepius fit, quando poſt *οὐχ* ſequitur *ὥσπερ* vel *ὅυτω*. Ita Demoſthen. *in Midiana: ἔχει δ' οὐχ ὅυτω ταῦτα. Haec autem non eo ſe modo habent.* Neque hoc prorſus abhorrere videtur a Latinorum loquendi modo. Ita Cicero *de ſen. Omnem autem ſermonem tribuimus non Tithono, ſed M. Catoni.* Idem lib. 1 *de divin. cuius generis oracula etiam habenda ſunt non ea, quae* — — Interpretatio Natalis de Comit. multum de vulgari deflectit.

CAP. XIX.

Η Χαλκιδικὴ πόα καὶ τὰ ἀμύγδαλα, χρησιμώτατα πρὸς τὸ μέλι ποιεῖν. πλεῖστον γὰρ γόνον φασὶν ἐξ αὐτῶν γίνεσθαι.

Chalcidica herba et amygdala ad mella conficienda uſum praebent maximum. Tum etiam augere foetum vehementer dicuntur.

NATALIS DE COMITIBVS.

Chalcidica herba et amygdalae utiliſſimae ſunt melli conficiendo, nam plurimum foetum aiunt ex illis fieri.

Apum pabula recenſuerunt doctores rei ruſticae, inter quos Ariſtoteles *hiſt. anim.* lib. 9 cap. 40 *ἀμυγδαλῆν*, et Palladius lib. 1 c. 37 amygdalum nominarunt. Flores huius arboris eſſe omnino in apium pabulis, confirmarunt recentiores; conf. Gleditſch Betrachtung des Bienenſtandes in der Mark Brandenburg. Riga und Mietau 1769. 8. pag. 265. verum hoc loco non arbor, ſed fructus, *τὸ ἀμύγδαλον*, tanquam apum cibus laudatur, qui error fortaſſe incuriae ſcriptorum tribuendus eſt. Varro atque Plinius laudarunt ficum chalcidicam, etiam gallinas chalcidicas, ſed *chalcidicae herbae* qui mentionem fecerit, novi neminem neque Graecum, neque Latinum.

CAP. XX.

CAP. XX.

Τὰς μελίττας λέγεται ὑπὸ μύρου καροῦσθαι, καὶ οὐκ ἀνέχεσθαι τὴν ὀσμήν. ἔνιοι δὲ λέγουσι μελίσσας τοὺς μεμυρισμένους τύπτειν.

Apes aiunt ex unguentis inebriari, neque odorem ferre posse. Itaque redolentes unguenta, a caeteris vapulare.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama est apes ob unguenta caput infestari, neque illas posse odorem perferre; atque non nulli dicunt unguento perfusos homines ab apibus percuti.

Eadem leguntur apud Aristot. *hist. anim.* lib. 9 cap. 40, edit. Scaligeri p. 1126: *odere tum malos odores, tum etiam unguenta ipsa. Itaque ipsis delibutos pungunt*, διὸ καὶ τοὺς χρωμένους αὐτοῖς τύπτουσιν. Theophrast. *de causis plant.* lib. 6 cap. 4 pag. 357. Ael. *hist. anim.* lib. 1 cap. 58 et 5 cap. 11. Sext. Empir. *Pyrrhon. Hypot.* Columella lib. 9 cap. 14 p. 681. Varro *de re rust.* lib. 3 cap. 16 p. 366, quem locum Didymus a Varrone accepit, in *Geopon.* lib. 15 c. 3 p. 1068, ubi doctissimus Niclas iam istos auctores omnes laudavit. Nostri mellarii rem comprobant, conf. Balthas. Sprenger Einleitung in die Bienenzucht, Stutgart 1773. 8. p. 94, quamquam, ut verum fatear, rem meis in apibus nunquam ipse expertus sim.

CAP. XXI.

Ἐν Ἰλλυριοῖς φασι, τοῖς Ταυλαντίοις καλουμένοις, ἐκ τοῦ μέλιτος ποιεῖν οἶνον. ὅταν δὲ τὰ κηρία ἐκθλίβωσιν, ὕδωρ ἐπιχέοντες, ἑψοῦσιν ἐν λέβητι ἕως ἂν

Illyrios ferunt, quos Taulantios vocant, ex melle vinum reddere. Favos enim aqua superfusa exprimunt, ac simul aheno ad mediam usque partem incoctam, primum

ἐκλίπῃ τὸ ἥμισυ· ἔπειτα εἰς κεράμια ἐκχέαντες καὶ ἥδισα ποιήσαντες, τιθέασιν εἰς σανίδας. ἐν ταύταις δέ φασιν ἔχειν πολυχρόνιον, καὶ γίνεσθαι οἰνώδες, καὶ ἄλλως ἡδὺ καὶ ἔυτονον. ἤδη δέ τινες καὶ ἐν Ελλάδι συμβεβηκέναι λέγουσι τοῦτο, ὥστε μηδὲν διαφέρειν οἴνου παλαιοῦ, καὶ ζητοῦντας ὕστερον τὴν κρᾶσιν, μὴ δύνασθαι ἑυρεῖν.

mum fictilibus infundunt, iam tum dulciſſimam; dehinc vaſis ligneis reſervant in multa tempora, donec per omnia vini ſaporem contrahat, caetera potus dulcis et ſincerus. Ea vero induſtria in Graecia aliquando paratum ferunt, ut a vino vetere nihil differret; verum mixtionem deinceps perquiſitam explorari non potuiſſe.

NATALIS DE COMITIBVS.

Invaluit opinio quod in Illyriis vocatis Taulentiis vinum ex melle conficiatur, nam uti favos expreſſerint aquam infundentes, coquunt in lebete donec dimidium fuerit abſumptum. Mox in fictilio effundentes, ſuaviſſimumque iam tunc habentes ſuper aſſeribus dolia reponunt, atque in his diutius continere inquiunt, fierique vinoſum. Accidit etiam in Graecia id ipſum, uti fama eſt, ita ut a vino veteri minime differret, verum cum temperamentum poſtea perquirerent, illud aſſequi nullo pacto valuerunt.

τοῖς Ταυλαντίοις] Convenientius accuſativo caſu τοὺς Ταυλαντίους, ſicut etiam interpres vertit: *Illyrios ferunt, quos Taulantios vocant, ex melle vina reddere.* SYLB. Taulantiorum non infrequens mentio in hiſtoriis; e. c. Plin. lib. 3 cap. 22 pag. 179. Ptolemaeus lib. 3 cap. 13. Thucydid. lib. 1. Mela lib. 2 cap. 3. Strabo lib. 7 pag. 502. Stephanus Byz. ait eſſe Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Idem eodem loco voce Ταυλάντιοι ex noſtro Ariſtotele: παρὰ τούτοις ἐκ μέλιτος οἶνον γίγνεσθαί φησιν Αριστοτέλης, ἐν Θαυμασίοις. I. B.

ἐψοῦσιν

ἐψοῦσιν ἐν λέβητι] nota ἐψοῦσιν, et cap. 32 ἔψουσιν. SYLB.

ἕως ἂν ἐκλίπῃ] usque dum dimidia pars desit seu defecerit; id est, usque ad dimidiam partem. I. B.

καὶ ἥδισα ποιήσαντες] Videant viri doctiores, si recte se habeant haec verba. Equidem crediderim pro ἥδισα eligendum esse aliud adiectivum, quod ad κεράμια possit referri. I. B.

τιθέασιν εἰς σανίδας] minus recte reddidit interpres: *vasa lignea.* Super asseribus dolia, τὰ κεράμια, reponi vult noster. Σανίδες sunt asseres; ita in *Geopon.* lib. 15 cap. 2, 7: ἀγγεῖα ἐκ σανίδων συκίνων, *vasa ex tabulis ficulneis.* Columella lib. 12 cap. 12 p. 788, vasa aqua mulsa repleta in tabulatum reponi iubet. I. B.

ἔχειν πολυχρόνιον] aqua mulsa debet per longum tempus istis in vasis manere. I. B.

ἡδὺ καὶ ἔυτονον] Pro ἔυτονον interpres habet *sincerus.* Sonat potius *nervos et vires habens.* Sed posses etiam legere ἔυσομόν. SYLB. Diluto et leni et imbecillo opponitur. Vinum *forte* et *robustum* vulgo dicimus. Haec Salmasius ad Solin. p. 244. b. B. verissime, ubi pluribus hoc nomen illustrat. Nec opus est ἔυσομον cum Sylburgio legere. Sic vinum e *molli* ut *forte* fiat, Palladius docet *Octob.* 14, 11. *valida vina* apud Plin. XIV, 21 sunt; et *vini firmitas* apud Colum. XII, 28 et Plin. XIV, 2, 1. NIC.

ἤδη δέ τινες] frequens connectendi formula; *Iam vero.* Ita Plutarchus de educat. pueror. c. 13: ἤδη δέ τινας ἐγὼ εἶδον πατέρας; *iam vero vidi ipse patres.* Idem cap. 7, 20. I. B.

ex melle vinum reddere] In Latina Aristotelis operum editione, quae prodiit Lugduni apud Michaelem 1578. fol. legitur: *ex mellis vina reddere.* Ita quoque in editione Casauboni, et ea quae Latine prodiit apud Wecheli heredes 1593, 8. Sylburgius vero auctor est, legi in interpretatione vulgari: *ex melle vina.* Ergo Duval primus correxisse videtur ita: *ex melle vinum reddere.* Mella fit ablutione cerarum aliquid mellis adhuc habentium *Columella* XII, 11. I. B.

et sincerus] *fortis.* NIC.

Ex melle iam antiquissimo tempore variae gentes potum confecerunt. Μελίτειον fuisse in usu, antequam vinum hominibus innotuerit, Plutarchus auctor est, *Sympos.* lib. 4 p. 672, qui idem refert, suo adhuc tempore gentes, vino carentes, eo solo uti et inebriari. Quin etiam mansit in usu etiam nunc. Verum non uno modo componebatur iste potus, quem Latini *aquam mulsam* seu *hydromeli* vocabant. Nam quidam mel aqua frigida diluebant; non nulli mel multa aqua dilutum ad duas aut tres partes decoquebant; non nulli etiam aquam mulsam, postquam decoxerat et fermentaverat, in multos annos servabant, usque dum longa vetustate transiverit in vinum. Atque hunc potum, qui vini saporem assecutus erat, proprie dicebant *hydromeli*, teste Dioscoride, qui hosce tres componendi modos distincte edocuit lib. 5 cap. 17 p. 431. Noster quidem non mel purum aqua dilui refert, sed favos, unde mel iam expressum est, aqua superfundi, qua mel residuum, quod nunquam tam prorsus exprimi potest, quin aliquid supersit et adhaereat, abluatur. Atque ita agunt etiam nunc mellarii nostri; conf. Krünitz ökonomische Encyclopädie XXV p. 22.

Quae cum ita sunt, mirum videtur, quod noster de Illyriis, immo de solis Taulantiis artificium praedicat adeo vulgare, quod Graecos assequi potuisse negat. Num forte sermo est de hydromeli virtutis singularis, quod vino vetusto similius fuit, quam plerumque esse solebat? Eos, qui hydromeli parandi modum et vires fuse recensuerunt, laudavit Niclas ad *Geopon.* lib. 8 cap. 28 p. 548.

CAP. XXII.

Περὶ Θετταλίαν μνημονεύουσιν ὄφεις ζωογονηθῆναι τοσούτους, ὥστε εἰ μὴ ὑπὸ τῶν πελαργῶν ἀνηροῦντο, ἐκχωρῆσαι ἂν αὐτούς. διὸ καὶ τιμῶσι τοὺς πελαργούς, καὶ κτείνειν οὐ, νόμος· καὶ ἐάν τις κτείνῃ, ἔνοχος τοῖς αὐτοῖς γίνεται ὅισπερ καὶ ὁ ἀνδροφόνος.

Circa Thessaliam tantam serpentum copiam generari memorant, ut a ciconiis nisi tollantur, inhabitabilis desertaque reddatur regio; quocirca et has venerantur incolae, et lege, ne quis noceat, cavetur, homicidii poena transgressori constituta.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Tot ſerpentes naſci aiunt circa Theſſaliam, ut niſi a ciconiis interimerentur, opus eſſet colonos migrare. Quam ob rem ciconiam venerantur, apud quos lege cautum eſt, ne quis eam occidat; quod ſi quis interemit, reus eſt eiusdem ſceleris, atque ſi hominem occidiſſet.

περὶ Θετταλίαν] Stephanus Θεσσαλία: Ἐν ταύτῃ δὴ ἔξεσι τοὺς πελάργους πτέινειν· τοὺς γὰρ τῆς χώρας ὄφεις ἀναιροῦσιν. Vbi omnino quae Berkelius obſervavit conferantur. NIC.

Ciconias, quas Graeci hodierni etiam πελαργοὺς vocant, veſci ſerpentibus, apud omnes pervulgatum eſt. Hinc Iuvenalis *ſat.* 14, 74 vim educationis praedicans:

ſerpente ciconia pullos
Nutrit, et inventa per devia rura lacerta.

Hanc ob cauſſam his in Theſſalia olim honorem fuiſſe tantum, ut capitale fuerit occidiſſe, multorum auctoritate comprobatur. Plutarchus in libro *de Iſide* p. 380: *Theſſali ciconias honorant, quod multos angues ſubito e terra editos univerſos perdiderunt; ideoque lege exſilium indicitur ei, qui ciconiam necaverit.* Solinus cap. 40: *Noceri ciconias, omnibus quidem locis nefas ducunt, ſed in Theſſalia vel maxime, ubi ſerpentum immanis copia eſt, quos dum eſcandi gratia inſectantur, regionibus Theſſalicis plurimum mali detrahunt.* Eadem fere Plinius lib. 10 cap. 23. I p. 557. Recentiori aevo in Aegypto quoque ciconiis ſerpentum exitio magnum honorem eſſe refert Bellonius; *ciconias*, inquit, *merito amant Aegyptii, cum propter ranas, quas illic nimis abunde naſcentes conſumunt, tum quia ſerpentes etiam integros devorant.* At ſunt qui perhibent, etiam nunc in Turcia exigi poenam de ciconiarum occiſoribus, quos errare ſcimus ex Biörnſtählii *itinerario* interpret. German. VI, 1 pag. 136. Scilicet adeo non curat iſta gens politiam. Attamen aliquem ciconiarum cultum apud Muhammetanos obſervavit Shaw, qui vero eius aliam cauſſam attulit in *itinerario* germanice reddito pag. 353. Sed in America calidiore eam vulturum ſpeciem, quae ornithologis *Aura* vocatur, tali privilegio munitam eſſe, quia eſcandi gratia ſerpentes inſectatur, ab Jacquino accepit Linneus.

Ne cuiquam incredibile videatur, poſſe incolas fugari a ſerpentibus, vel aliis animalculis, excerpamus quaedam exempla ex *Hierozoico* Bocharti lib. 4 cap. 13 vol. II p. 540. Vt de Lybia taceamus, inter Sarmaticas nives Neuros refert Herodotus lib. 4 paulo ante Darii aetatem ſolum vertere coactos, et relictis ſedibus ſuis,

ad Budinos se conferre, propter serpentum copiam e diversis locis ingruentem. Sic in medio Latio Amyclas a serpentibus deletas tradunt Varro et Plinius lib. VIII c. 29. Et Sotion ex Isigono cives inde pulsos asserit per hydrorum multitudinem. Rhodon etiam et Chion et Tenon et Salamin insulas propter huiusmodi pestes aliquamdiu fuisse desertas, constat. Ita ab ranis in Gallia civitatem pulsam, Varro auctor est Plinio. Plura exempla qui legere vult, eum ablegamus ad Bochartum. Nos quidem unum addere volumus, non e libris maiorum petitum, sed recens. Anno 1736 colonia deducebatur in insulam, quae *San Pietro* dicitur et Sardiniae adiacet; ibi coloni tantam cuniculorum vim offendebant, ut in patriam reverti cogerentur, usque dum tandem perpetua cuniculorum extirpatione insula habitabilis reddita esset. Ita relatum legimus in Cetti *Descrizione della Sardegna*, edita 1774, cuius libri interpretatio Germanica prodiit Lipsiae 1783. 8. I p. 191. Conf. Labat Reisen nach Welschland, V p. 75 et 344.

CAP. XXIII.

Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν Λακεδαίμονι κατά τινας χρόνους μνημονεύεται γενέσθαι τοσοῦτον πλῆθος ὄφεων, ὥστε διὰ σπανοσιτίαν, καὶ τροφῇ τοὺς Λάκωνας χρῆσθαι αὐτοῖς. ὅθεν καὶ τὴν Πυθίαν φάναι προσαγορεύεσθαι αὐτοὺς ὀφιοδείρους.

Eodem pacto Lacedaemonem, ferunt, serpentibus adeo refertam quondam, ut ob annonae penuriam, his vice alimentorum uterentur Lacones; unde et a Pythia ὀφιοδείρους vocatos.

NATALIS DE COMITIBVS.

Consimili ratione dicunt tantam viperarum copiam quibusdam temporibus natam fuisse in Lacedaemonia, ut Lacones ob annonae penuriam illis pro cibis usi sint, ita ut oraculum Pythium fama sit ipsos serpentum excoriatores appellasse.

κατὰ

κατὰ τινας χρόνους] *aliquando, quondam.* Sed κατὰ χρόνους, *variis temporibus;* uti apud Aelianum *var. hist.* V cap. 10. I. B.

ὥςε διὰ σπανοσιτίαν] magna fuit serpentum copia, adeo, ut propter annonae penuriam iis etiam pro victu usi sint Lacones. I. B.

φάναι προσαγορέυεσθαι] Rectius φασὶ προσαγορεῦσαι. SYLB.

Habes hic rationem, cur Pythia Lacedaemones ὀφιοβόρους vocaverit, uti refert Plutarchus in libro *de Pythiae oraculo* p. 406. Populos ophiophagos, qui serpentibus vescuntur, memorarunt Plin. lib. 6 cap. 29 p. 342; Solinus cap. 33. Herodotus lib. 4 cap. 183 p. 283; itemque complures recentiores.

CAP. XXIV.

Εν Κύπρῳ τῇ νήσῳ λέγεται τοὺς μέτας τὸν σίδηρον ἐσθίειν.

In Cypro insula metas aiunt ferrum devorare.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Cypro insula meas ferrum comedere fama est.

τοὺς μέτας] Quid verbi est istud μέτας? Vide ne legendum sit μῦας. Nam apud Theophrastum: οἱ μῦες ἰσορροῦνται καὶ σίδηρον κατεσθίειν καὶ χρυσίον. Et μῦας etiam Stephanus dicit τὸν σίδηρον διατρώγειν, non μέτας. STEPH. Κύπρῳ et μέτας agnoscit etiam interpres: *In Cypro insula metas* caet. Sed veram lectionem esse Γυάρῳ et μῦας ex Plinio et Suida docet Marsilius Cagnatus *variarum observationum* lib. 2 cap. 17. Idem etiam ex Antigono Carystio refert Steph. Byz. SYLB. Idem censent Holstenius ad Stephanum p. 88 et Bochartus *Hieroz.* P. 1 p. 1018 et P. 2 p. 540. NIC.

Μέτας

Μέτας est nomen ἅπαξ λεγόμενον, immo est nomen nihili. Duplici enim mendo laborat haec narratio; pro μέτας legi debet μῦας et pro Κύπρῳ legendum est Γυάρῳ, quod facile graviſſima hiſtoricorum auctoritate probatur. Antigonus Caryſt. cap. 21 p. 18: *Gyarus inſula eſt, Caryſto et Andro vicina; ibi mures ferrum peredunt.* Haec Antigoni verba repetiit et Stephanus *de urbibus* in γύαρος, et Suidas, qui γύαρος, inquit, νῆσος, μία τῶν σποράδων. λέγεται δὲ, ὅτι ἐν ταύτῃ διατρώγουσιν οἱ μῦες τὸν σίδηρον. Plin. lib. 8 cap. 29: *M. Varro auctor eſt, — — ex Gyaro, Cycladum inſula, incolas a muribus fugatos.* Et cap. 57: *Theophraſtus auctor eſt, in Gyaro inſula, cum incolas fugaſſent mures, ferrum quoque roſiſſe eos.* Merito Plinius huius narrationis auctorem facit Theophraſtum; nam Photius in *Bibliotheca* ex Theophraſti libro de animalibus, quae repente apparent, haec ſervavit verba: ὅτι οἱ μῦες ἰσοροῦνται καὶ σίδηρον κατεσθίειν καὶ χρυσίον. Vid. Theophr. opera edit. Heinſii p. 474. Sed omiſit Photius loci, nimirum Gyari inſulae, nomen. Eandem rem memoriae prodidit etiam Aelianus *hiſtor. anim.* lib. 5 cap. 14, ſed verba mendoſe ſcripta leguntur in libris noſtris, et ipſe, pro more, hiſtoriae, cuius auctorem vel teſtem facit Ariſtotelem, novam addidit fabulam: *In Paro inſula Ariſtoteles ait mures ferrum, ut e fodinis eruitur, exedere; τὴν γῆν σιτεῖσθαι τὴν σιδηρῖτιν.* Primum enim legendum eſt Γυάρῳ pro Πάρῳ, quae nomina facile poterant permutari; deinde cum reliqui auctores ferrum vel roſiſſe mures, vel ediſſe perhibuerunt, Aelianus, qui vel augere hiſtoriam, vel mutare ſaltem ſolet, non metallum, ſed terram e fodinis erutam, unde ferrum arte elicitur, murium fecit cibum.

Adroſiſſe mures metalla vel res alias, quae in cibo eſſe nequeunt, frequenter in hiſtoriis relatum legimus, propterea quoniam ad oſtenta publica referebatur. Mures agreſtes, μῦς ἀρουραίους, adroſiſſe noctu pharetras atque arcus, ut Sanacharibus, rex Arabum et Aſſyriorum, quando Aegyptum invadebat, poſtero die, armis amiſſis, in fugam ſe dare coactus ſit, prodidit Herodotus II cap. 141 p. 144. *Arroſis*, inquit Plinius lib 8 cap. 57 p. 483, *Lanuvii clupeis argenteis, Marſicum portendere bellum; Carboni imperatori apud Cluſium, faſciis, quibus in calceatu utebatur, portendere exitium.* Haec etiam Cicero *de divinatione* lib. 1 et lib. 2. Aurum ſacrum, id eſt Diis conſecratum et repoſitum in templo, mures adroſiſſe, in *prodigiis* retulit Jul. Obſequens edit. Oudendorpii p. 73; itemque Plutarchus in *vita Sullae* p. 455. Simile quid factum Cumis in aede Jovis, de quo Livius lib. 27 cap. 23; qui idem auctor eſt, mures aliquando coronam Antii adroſiſſe, lib. 30 cap. 2. Ex Heraclidis libello *de politiis*, qui Aeliani *variis hiſtoriis*, editis a Conr. Geſnero adiunctus eſt, p. 455 conſtat: Chalcidenſes fugatos eſſe a muribus, cum tam multi fuerint, ut non ſolum alias res, ſed ferrum adeo corroſerint. Huc etiam ſpectat Antiphili hexaſtichon in murem, qui propter ſcobem auri devoratam inciſus eſt, in *Anthol.* I, 33, ed. Wechel. 1600. fol. p. 77.

Huius modi prodigia riſit lepide Cicero, neque temere Livius pravam reli-

religionem damnavit, quae adeo minimis etiam rebus Deos inserit; attamen relationes istas non omnes dico esse confictas. Certum est enim, mures feminas adrodere metalla aliaque corpora dura, quae edere nequeunt, eo nimirum tempore, quo gravidae sunt. Neque mures tantum ita tunc agunt, sed caeterorum etiam animalium feminae, quae ad glirium familiam pertinent. Cum olim *mures porcellos*, Meerschweinchen, alebam, saepissime vidi gravidas adrodere corpora dura, quae alias intacta relinquebant. Idem fere observavit praeceptor meus Linneus, vid. *Amoenitat. acad.* vol. 4 p. 203, qui animalcula pica, more mulierum gravidarum, laborare credebat. Eodem modo etiam inter mures candidos, quos per longum tempus alui, gravidas vidi lapides et metalla rodentes. Amicus, qui cuniculorum familiam habebat, certiorem me fecit, etiam haec animalia, tempore foeturae, mordere frequenter corpora dura. Potest fieri, ut dentes gravidarum graviter afficiantur, quem dolorem rodendo vel mordendo animalia mitiorem faciunt. Comprobatur haec sententia nostra mirum in modum eo, quod Plutarchus de hocce prodigio litteris mandavit. Cum mures aurum in templo arroserant, aeditui unum ex istis animalculis ceperunt, quod femina fuit, quae in ipsa muscipula tres musculos partu edidit. Sunt qui mures potissimum plumbum rodere contendunt, quod metallum animalculis dulcedine placere credunt. Neque huic sententiae desunt argumenta, quae verbis Borrichii proferamus. Is enim in dissertatione *de dulcedine* ita: "Certum est, plumbum, etiam nullo „acido comite, dulce esse. Hanc „dulcedinem licet humana lingua in „plumbo non aeque animadvertat, „sine acidis admistis, oppido tamen „credibile est muribus maioribus eandem observari, qui tanto conatu „plumbum devorant, et ubi ubi inventum arrodunt. Narrat Borellus „Castrensis medicus, in armamentario „regio millenas aliquot glandium „plumbearum libras a gliribus consumptas fuisse. Et tecta nostra idem „nimium quantum loquuntur, praesertim aestivis caloribus, ut quorum „canales plumbei quotannis ab hoc „genere infausti animalis, terebrantur, hauriuntur." Vid. Olai Borrichii *dissertat. academicarum* tom. II. Havniae 1714. 8. p. 76.

CAP. XXV.

Φασὶ δὲ καὶ τοὺς Χάλυβας ἔν τινι ὑπερκειμένῳ αὐτοῖς νησιδίῳ τὸ χρυσίον συμφορεῖσθαι περὶ πλειόνων. διὸ καὶ ἐν τοῖς μετάλλοις ἀνασχίζουσιν, ὡς ἔοικεν.

Aiunt et Chalybas, in iuxta sita parva insula aurum comportatum construere peculiari prae aliis omnibus studio; quocirca in metallis, ut videtur, effossum secant.

NATALIS DE COMITIBVS.

Chalybes etiam in insula quadam exigua illis imminente aurum ex multis rebus aiunt componere, quare illud rescindunt in metallis, uti placuit.

περὶ πλειόνων] Περὶ agnoscit etiam interpres: *comportatum construere peculiari prae omnibus studio.* Sequens ἀνασχίζουσιν idem vertit: *effossum secant.* SYLB. Adscripserat non nemo ἀναχωρίζουσιν, quae coniectura criticis vix probabitur. I. B.

comportatum construere] Videntur laminatim construere, non fundere, quod alii solent. (Haec leguntur in margine editionis Latinae operum Aristotelis, quam Jacobus Martinus curavit Lugduni 1578. fol. sed falsa sunt ista omnino. I. B.)

Hoc caput, quod arcte cohaeret cum antecedente, novum praebet exemplum ingentis murium multitudinis horumque voracitatis, sed nescio an mendis laboret, quorum etsi correctionem artis criticae doctoribus committo, tamen sententiam partim ex Plinii, partim ex Theophrasti relatione coniicere mihi videor. Ille enim lib. 8 cap. 57 p. 484, postquam de muribus insulae Gyari loquutus est, *id*, inquit, (scilicet de adrosione ferri sermo fuerat) *natura quadam et ad Chalybas facere in ferrariis officinis. Aurariis quidem in metallis ob hoc alvos eorum excidi, semperque furtum id deprehendi; tantam esse dulcedinem furandi.* Theophrastus quidem in fragmento libri de animalibus, quae repente apparent, edit. Heinsii p. 474: *Litteris etiam traditum est, ferrum mures et aurum edere; quam ob rem aurarios dissectis illis aurum extrahere;* διὸ καὶ ἀναπέμποντες αὐτοὺς οἱ ἐν τοῖς χρυσίοις, τὸν χρυσὸν ἀνιμῶνται. Itaque enarravit noster, ut coniicio, primum mures etiam ad Chalybes in ferrariis officinis ferrum adrodere, quod ibi natura quadam faciunt, ex sententia Plinii, ita ut hoc non ostentum sit, uti in Gyaro insula quondam fuit. Deinde enarravit, mures etiam in fodinis aurariis aurum corrodere et edere, quos propterea ab operariis dissecari, ut scrobem auream ex intestinis possent exsculpere. Antiphilus in epigrammate modo laudato scobem auream vocavit ψῆγμα. Istorum murium fatum habuerunt olim Judaei, quos Hierosolyma capta necarunt milites Romani, ut ex interaneis eorum excuterent aurum deglutitum. Vid. Joseph. *de bello Judaico* lib. 6 cap. 15. Chalybes fuerunt populi in Ponto iuxta Thermodoontem fluvium, quorum de fodinis ferrariis multa lectu digna habet Strabo lib. 12 p. m. 826.

CAP. XXVI.

НБ ОНУ імені І. Мечникова

CAP. XXVI.

Λέγεται δὲ ἐκ Σούσων εἰς Μηδίαν ἰοῦσιν ἐν δευτέρῳ σταθμῷ σκορπίων ἄπλετόν τι πλῆθος γενέσθαι. διὸ καὶ ὁ βασιλεὺς ὁ Περσῶν, ὅτε διοδεύοι, τρεῖς ἡμέρας ἔμενε, τοῖς αὐτοῦ πᾶσι συντάσσων ἐκθηρεύειν· τῷ δὲ πλείους θηρεύσαντι ἆθλον ἐδίδου.

Fertur ex Susis in Mediam iter facientibus statione altera, immensam scorpionum multitudinem generari. Quocirca transiens aliquando isthac Persarum rex, triduo ibidem haesit, suisque omnibus scorpionum venationem imperavit, praemio iis, qui captorum numero excellerent, proposito.

NATALIS DE COMITIBVS.

Quin etiam ex Susis in Mediam proficiscentibus fertur ingens scorpiorum copia in itinere secundo die reperiri, quare cum rex Persarum iter faceret, per triduum ibi commoratus est, ac scorpiorum venationem imperavit, certaque praemia iis constituit, qui plures scorpios occidisset.

εἰς Μηδίαν] Sic mei omnes; sic interpres; et cum neque Sylburgius aliquid varietatis habeat, Λυδίαν, quod Du-Valliana editio postrema exhibet, pro vitio erit habendum. NIC.

ὅτε διοδεύοι] Non de fortuito aliquo transitu, sed de solenni migratione regum Persarum, hieme Babylone, vere Susis, aestate in Media agentium, ad Curt. V, 8, 1 accipit Freinshemius. NIC.

multitudinem generari] *occurrere.* NIC.

Retulit haec omnia ex hoc libro, uti videtur, Aelianus *hist. anim.* lib. 15 cap. 26, sed non sine additamento; ita enim ille: *In secunda mansione eorum, qui a Persicis Susis in Mediam proficiscuntur, permagna scorpiorum multitudo nasci dicitur; idcirco Persarum rex, quum eo suscepit iter, triduo ante omnibus imperat, ut eos venentur, et ei, qui plurimos confecerit, donat munera; nisi enim hoc fit, locus transiri non potest, nam subter omnem lapidem et cespitem abditus scorpius manet.* Pro ὁπότε δέοι legendum ibi esse: ὁπότε διοδεύοι facile ex nostro libro intelligitur.

Susa fuit metropolis Persidis. Solebant reges per alteram anni partem in hac urbe, per alteram Ecbatanae, quae Mediae petropolis erat, commorari. Athenaeus *deipnos.* lib. XII, 2 p. 513. Qui recentiori aevo Persiam peragrarunt, ii scorpionum magnam vim offenderunt; videsis *Voyages de M. le Chevalier Chardin.* Rouen 1723. III p. 84. *Olearii* Persianische Reisebeschreibung, Hamburg 1696. fol. p. 261. *Dapper* Beschreibung des Königreichs Persien, Nürnb. 1681. fol. pag. 33. Strabo lib. 16 loquitur de regione propter scorpionum copiam derelicta; conf. Plin. lib. 8 cap. 29. Pertinet huc etiam exemplum Balearicorum, qui adversus cuniculorum proventum auxilium militare ab Augusto petierunt. Plin. lib. 8 cap. 55.

CAP. XXVII.

Ἐν Κυρήνῃ δέ φασιν οὐχ ἓν εἶναι μυῶν γένος, ἀλλὰ πλέω καὶ διάφορα καὶ ταῖς μορφαῖς καὶ ταῖς χρόαις. ἐνίους γὰρ πλατυπροσώπους, ὥσπερ αἱ γαλαῖ, γίνεσθαι· τινὰς δὲ ἐχινώδεις, οὓς καλοῦσιν ἐχίδνας.

In Cyrene aiunt non unum tantum muscarum genus reperiri, sed plura, formisque et colore distincta; latifrontes enim alias velut mustelas, alias viperis similes esse, quas et echidnas vocant.

NATALIS DE COMITIBVS.

Non simplex murium genus esse ferunt in Cyrene, sed plura, eaque colore et forma plurimum differentia; alios enim latam habere faciem, cuiusmodi sunt mustelae, alios viperarum formam sortitos esse, quos viperas appellant.

μυῶν

μυῶν γένος] Interpres legit μυιῶν, *muſcarum*, cui lectioni adverſantur ſequentia maſculina. SYLB.

οὓς καλοῦσιν ἐχίδνας] Interpres legit ἐχιώδεις, *alias viperis ſimiles eſſe, quas et echidnas vocant.* Sed rectius retento ἐχινώδεις, pro ἐχίδνας cum Gesnero legemus ἐχῖνας; ſicut ſcilicet apud Herodotum lib. 3 p. 179, Libycorum murium tertia ſpecies ἐχῖνες nominantur, vel etiam ἐχινίδας; ut intelligantur mures echinici generis, quaſi echinorum ſoboles. In *hiſtoria animalium*, in fine libri 6, dicuntur Aegyptii mures σπληρὰν ἔχειν τὴν τρίχα, σχεδὸν ὥσπερ οἱ χερσαῖοι ἐχῖνοι. SYLB.

muſcarum] *murium . . alios . . . alios.*

viperis ſimiles] *echinis ſimiles, . . quos et echinas vocant.* NIC.

Cyrene fuit urbs et regio Africae. De muribus, quae hic enarrantur, habet etiam Aelianus lib. 15 cap. 26. *In Cyrene diverſa tum colore, tum forma, murium genera naſci tradunt; ac quosdam ipſorum, quemadmodum muſtelae, ita lata facie eſſe; alios echini ſpeciem ſimilitudinemque gerentes acutas ſpinas habere, quos indigenae echenatas appellant.* Vltimum hoc murium genus haud dubie pertinet ad *Hyſtrices*, qua in re conſentit Pallas *hiſtor. glirium.* Erlangae 1778. 4. pag. 277. In Aeliani libro legitur ἐχεώδες, ſed ex Ariſtotele noſtro palam eſt, eſſe legendum ἐχινώδεις, id quod iam monuit Gesnerus. Deinde in noſtro libro legitur ἐχίδνας, in Aeliani libro ἐχενάτας, ſed ex Herodoto intelligitur, ἐχῖνας eſſe legendum. Is enim lib. 4 cap. 192 pag. 286 ita: *Sunt in Libya tria murium genera, quorum alii bipedes vocantur, alii zegeries, ζεγέριες, Libyca lingua (quod in Graeca pollet idem quod βουνοὶ, id eſt, colles), alii echines, ἐχῖνες.* De iisdem muribus, quos hyſtrices eſſe contendo, egit etiam Ariſtoteles *hiſt. anim.* lib. 6 cap. 37 p. 788: οἱ δ' ἐν Αἰγύπτῳ μῦες σκληρὰν ἔχουσι τὴν τρίχα, σχεδὸν ὥσπερ οἱ χερσαῖοι ἐχῖνοι. *Aegyptii mures duro ſunt pilo, pene quaſi erinacei.* Plinius lib. 10 cap. 65: *Aegyptiis muribus durus pilus, ſicut herinaceis.* Conf. Hermanni *tabula affinitatum animalium* pag. 89, qui ſuſpicatur, latere etiam nunc in Aegypto mures pilum praedurum habentes, eosque ad Caviarum genus propius accedere.

Mures, quos πλατυπροσώπους vocarunt et noſter et Aelianus, difficilius agnoſcuntur. Verum ſi licet credere, eſſe eosdem, quos Herodotus Libyco nomine vocavit *zegeries*, coniecturas ſaltem quasdam afferre poſſumus. Bochartus in *Geographiae ſacrae* parte altera, edita Cadomi 1646. fol. lib. 2 cap. 3 pag. 793 in Herodoti libro pro *βουνοὶ* legendum cenſet *βουνῖνοι, bunini.* "Hoc formatum „eſt, inquit, ex *βουνιὸν*. Βουνιὸν, „bunium herbae genus, quae Punice

„dicitur zigar. Ex zigar factum est „zegeri, cuius plurale Graecum in „Herodoto ζεγέριες. Itaque mus ze„geri idem est, quod mus buninus, „si verbo datur venia, vel mus bunii; „sive illius plantae esu aut umbra „delectetur. Coniecturam hanc mul„tum confirmat quod in Galeno bu„nium alio nomine ἀρκτικὸν dicitur, „nempe ab ἄρκτῳ, id est ab illo mu„ris genere, qui Graece vocatur „ἀρκτομῦς, quia figura et colore re„sert ursum. Omnino enim ἀρκτο„μῦς idem qui mus zegeris, quem de„scribi docuimus mustelae instar πλα„τυπρόσωπον. Nonnulli hodie crice„tum appellant." Hactenus Bochartus, cuius a coniectura non valde abhorret sententia Pallasii, qui Herodotum murem subterraneum, colles excitantem, cogitasse credit, eam fortasse speciem, quam Pallas vocavit *Murem capensem*, quamque totius Africae arenosae incolam credere licet. Huic speciei optime convenit nomen πλατυπρόσωπος. Vide iconem animalis apud Pallas tab. 7. Quod si verum est, vix opus est mutatione vocis βουνὸι in βουνῖνοι, quam obtulit Bochartus, qui temere risit nomen muri a colle inditum; *ecquid*, inquit, *mures et colles habent inter se commune, nisi credatur fabulae de mure ex partu montium?* At habent omnino aliquid commune, nimirum propterea, quia colles isti mures excitant vel attollunt.

Quod reliquum est, moneam lectorem, ne ab interprete nostro in errorem inducatur. Is enim μυιῶν legisse videtur, cum *muscarum*, non murium genera reddidit. Rectius Natalis de Comitibus murium genera interpretatus est.

CAP. XXVIII.

Περὶ Σικελίαν δέ φασιν εἶναι ὕδατος συρεμμάτιον, εἰς ὃ τὰ πεπνιγμένα τῶν ὀρνέων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων, ὅταν ἀποβαφῇ, πάλιν ἀναβιοῖ.

In Sicilia ferunt aquae vorticem esse, in quem mersae aves, reliquave animantia suffocata, vitae restituantur.

NATALIS DE COMITIBVS.

Vorticem quendam aquarum circa Siciliam esse dicunt, in quo aves suffocatae, reliquaque animalia, ubi fuerint immersae, reviviscunt.

Περὶ

Περὶ Σικελίαν] Ciliciae hoc tribuit Sotion ed. Steph. p. 139, ed. Sylb. p. 124: Παρὰ Κιλικίᾳ φασὶν ὕδατος εἶναί τι σύσημα, ἐν ᾧ τὰ πεπνιγμένα τῶν ὀρνέων καὶ τῶν ἀλόγων ζώων ἐμβραχέντα ἀναζῆν. Nic.

Nondum mihi ſuccurrit alius ſcriptor, qui eandem rem memoriae tradiderit, neque multum ad eam explicandam conferre queo. Animalia, quae vapore antri *Grotta del cane* dicti pene ſuffocata ſunt, reviviſcere, quando ſtatim in lacum vicinum coniiciuntur, ex itinerariis inter omnes conſtat, neque ſcio, an ex re ſimili iſta hiſtoria ortum duxerit, de qua nihil invenio in Cluveri *Sicilia antiqua*. Dictio ὕδατος συρεμμάτιον notatu digna videtur. In Pollucis *onomaſtico* lib. 4 cap. 18 p. 418 συρεμμάτιον eſt nomen involucri cuiusdam vel velaminis.

Cap. XXIX.

Εν δὲ Σκύθαις τοῖς καλουμένοις Γελωνοῖς φασι θηρίον γίνεσθαι, σπάνιον μὲν ὑπερβολῇ, ὃ ὀνομάζεται τάρανδος· λέγεται δὲ τοῦτο μεταβάλλειν τὰς χρόας τῶν τριχῶν καθ' ὃν ἂν καὶ τόπον ᾖ. εἶναι δὲ διά τε τοῦτο δυσθήρατον, καὶ διὰ τὴν μεταβολήν. καὶ γὰρ δένδρεσι καὶ τόποις, καὶ ὅλως ἐν οἷς ἂν ᾖ, τοιοῦτον τῇ χρόᾳ γίνεσθαι. θαυμασιώτατον δὲ, τὸ τὴν τρίχα μεταβάλλειν. τὰ γὰρ λοιπὰ, τὸν χρῶτα, οἷον ὅ, τε χαμαιλέων καὶ ὁ πολύπους. τὸ δὲ μέγεθος ὡσανεὶ βοῦς. τοῦ δὲ προσώπου τὸν τύπον ὅμοιον ἔχει ἐλάφῳ.

In Scythis, quos Gelonas vocant, Tarandus reperitur, haud frequens; colorem mutat pro locorum, in quibus extiterit, varietate, et proinde raro capitur; nam et arborum et locorum, et in univerſum omnium, quibus appropinquarit, colorem reddit. Et, quod admiratione cum primis dignum eſt, habitus non ſolum corpori tam varius, quod etiam cum chamaeleone illi commune eſt, ſed etiam villo datur. Magnitudo ei quae bovi, caput cervino ſimile.

Nata-

NATALIS DE COMITIBVS.

Inter eos Scythas, qui Geloni appellantur, quandam feram esse ferunt, quamvis perraro invenitur, qui Tarandus nominatur, atque hunc colorem villorum commutare inquiunt ad colorem eius loci in quo fuerit; quare efficitur, ut difficilis sit captu propter coloris mutationem. Nam et arborum et locorum et omnium denique colorem assumit. Admirabile est sane quod villos immutet, cum reliqua immutent cutem, ut Chamaeleon ac polypus. Est autem magnitudine quantus bos, at frontis formam cervis habet persimilem.

Γελωνοῖς] Stephanus de urbibus: *Gelonum urbs Sarmatiae Europae. . .* Est urbs lignea, in Budinis sita, gente magna, Herodoto teste. Conf. Herod. lib. 4 c. 108. I. B.

καθ' ὃν ἂν καὶ τόπον] Καὶ abundare videtur. Stephanus ita: μεταβάλλει τὰς χρόας τῶν τριχῶν, καθ' ὃν ἂν τόπον ᾖ. Et Eustathius: μεταβάλλει γὰρ τὰς χρόας τῶν τριχῶν καθ' ὃν ἂν τόπον εἴη. I. B.

ἔιναι δὲ διὰ] Suspicor legendum esse: ἔιναι δὲ δυσθήρατον διὰ τὴν μεταβολήν. Stephanus ita: ἔστι δὲ δυσθήρατον, διὰ τὴν μεταβολήν. Iisdem verbis Eustathius. I. B.

τῇ χρόᾳ γίνεσθαι] L. et C. γίνεται. SYLB.

θαυμασιώτατον δὲ] Nimirum hoc potissimum videbatur mirum, quod tarandus non cutis colorem, uti chamaeleon, polypus et rana variabilis, quàm physici recentiores observarunt, sed pilorum adeo colorem mutare dicebatur. Admirandi rationem accuratius expositi Theophrastus, cuius verba iamiam adscribere debebimus. I. B.

Tarandus reperitur] *aiunt feram nasci, valde illam raram, quae Tarandus vocatur. Colores vero pilorum pro locorum, in quibus extiterit, varietate, mutare dicitur. Quam ob rem venatu esse difficilem, et propter mutationem. Nam et arborum . . . colorem reddere.* NIC.

admiratione dignum est, habitus] *quod pilos mutat. Reliqua enim colorem variant, veluti chamaeleon et polypus.*

Magnitudo ei quae bovi] *Magnitudine fere bovis est, vultus vero formam cervo habet similem.* NIC.

De

De Tarando veterum, quodnam sit animal, disputavi iam anno 1764 in commentatione *de praecipuis Germaniae antiquae animalibus*, inserta ven. Büschingii libro: Gelehrte Nachrichten von und aus Rußland; quae vero ibi adeo negligenter impressa est, ut vitiis typographicis ubique scateat. Nunc eandem rem paulo accuratius retractabo. Atqui ut quisque de sententia nostra possit iudicare, praemittam omnia veterum loca, quae de tarando nominatim agunt. Neque haec scripsimus philologis, qui omnibus veterum libris instructi sunt, sed iis potius, qui historiae naturali operam navant, quibus non omnibus hosce libros adire contingit.

Antigonus Carystius, postquam de istis animalibus, quae colorem mutant, de polypo et chamaeleone loquutus est, cap. 31 ita: *Aristoteles tradit, tarandum quoque eadem esse natura; animal esse quadrupes, fere asini simile,* σχεδὸν ἴσον ὄνῳ, *crassa cute, et pilis intecta; mirumque esse, quod pili tam cito alterantur;* τετριχωμένον, καὶ θαυμαστὸν εἶναι, πῶς αἱ τρίχες οὕτως ὀξέως ἀλλοιοῦνται.

Theophrastus *de animalibus, quae colorem mutant*, in excerptis Photii et edit. Heinsii p. 470: *Animalia, quibus mutatur color, similisque redditur plantis, lapidibus, iisque locis, ad quae accesserint, sunt polypus, et chamaeleon, illaque bellua, quae vocatur Tarandus, quae apud Scythas aut Sarmatas nasci traditur. — — Tarandi magnitudo quae bovis, caput cervo non absimile, duplo tamen latius,* τὸ πρόσωπον δὲ ὅμοιος ἐλάφῳ· πλὴν πλατύτερος, ὡσανεὶ ἐκ δύο συγκείμενος ἐλαφείων προσώπων. *Sunt illi cornua, eaque ramosa cervorum instar, bifidaque ungula, tergus undequaque villo hispidum. Nam circa ossa extenditur, unde etiam ortum habet digiti crassitudine;* δίχηλον δὲ ἐστι καὶ κερασφόρον. ἔχει δὲ τὸ κέρας ἀποφυάδας, ὥσπερ τὸ ἐλάφου· καὶ τριχωτὸν ἐστὶ δι' ὅλου. περὶ γὰρ τὸ ὀστοῦν, δερματός ἐστιν ἐπίτασις, ὅθεν ἡ ἔκφυσις. τὸ δέρμα τῷ πάχει δακτυλιαῖον ἐστιν, ἰσχυρὸν δὲ σφόδρα. *Tanta vero duritie, ut thoraces ex eo arefacto faciant. Rarum est et insolens animal, raroque etiam conspicitur, mira habitus mutatio pene fidem superat, aliis enim in cute contingit mutatio, intimo humore commutato, sive ille sit sanguis, sive quis alius huiusmodi, ut facile quis humoris et cutis consensionem agnoscat; villorum vero aridorum atque pendentium neque confertim natorum immutatio multipliciter variata admirabilis certe est et incredibilis.*

Aelianus *hist. anim.* lib. 2 c. 16: *Ruborem, pallorem, livorem, homini et bestiis cutem mollem habentibus, et minime villosis, accidere, nihil mirum; tarandus vero seipsum cum villis suis vertit, et innumeras colorum species cum summo videntium stupore reddit. Scythicum id animal est, dorso et magnitudine tauro simile; eius corium ne spiculo quidem penetrari potest, quam ob rem Scythae sua scuta inducunt.*

Philo Judaeus *de ebrietate*, edit. Thom. Mangey, Lond. 1742. 2 vol. fol. I pag. 383: *Apud Scytharum quoque gentem, quos Gelonos vocant, fertur mirandum animal, raro quidem, nasci tamen, Tarandum nomine, magnitudine bovis, facie vero cervo quam simil-*

simillimum. De hoc narrant, pilum eius omnia propinqua, sive arbores, sive alia, colore imitari, et per eam similitudinem fallere, in quemcunque inciderit, atque hac ratione magis quam corporis viribus haud facile capi.

Hesychius: Ταρανδὸς, ζῶον ἐλάφῳ παραπλήσιον, οὗ τὰς δορὰς εἰς χιτῶνας χρῶνται Σκύθαι. Eadem haec verba leguntur in Varini Phavorini *dictionario*, edit. Ant. Bartoli. Venet. 1712. fol. pag. 690.

Phile *de animal. proprietate:*

Est in Scythis Tarandus ingens bellua,
Proceritate quem bovi dicas parem,
Si membra contempleris, et cursum notes.

Ταύρῳ γὰρ ἂν τις ἐμφερῆ τοῦτον κρίνοι,
Τὸν ὄγκον ἀθρῶν τῶν μελῶν, καὶ τὸν δρόμον;

Sed intuentes fallit ut Chamaeleon,
In mille vertens se pilorum imagines,
Mutabilem vitae statum et variabilem,
Ac improborum denotat versutiam,
Qui nequiter pecunia emungunt probos,
Illusione versipellis pectoris.
Thorax paratus illius de tergore,
Haud spiculorum perforatur ictibus.

Stephanus *de urbibus* fabulam de tarando ex nostro Aristotelis libro, sed interruptam reddidit, cuius verba haec: παρὰ τούτοις ζῶον θαυμάσιον, ὃ ὀνομάζεται Ταρανδὸς, καὶ μεταβάλλει τὰς χρόας τῶν τριχῶν, καθ' ὃν ἂν τόπον ᾖ. ἔστι δὲ δυσθήρατον, διὰ τὴν μεταβολήν. ὅιος γὰρ ἂν ᾖ τόποις, τοιοῦτος γίγνεται τὸν τρίχα. καὶ θαῦμα· ὁ γὰρ χαμαιλέων, καὶ ὁ πολύπους, τὸν χρόαν μεταβάλλει. τὸ μέγεθος βοὸς, τοῦ προσώπου τὸν τύπον ἐλάφῳ, ὡς Ἀριστοτέλης περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. *Apud hos est animal mirandum, quod tarandus vocatur, capillorum colores mutat, secundum locum, in quo sit. Est vero venatu difficile propter hoc. Talis enim est pilo, qualis est locus, quod est miraculum. Chamaeleo enim et polypus colorem mutant. Magnitudine bovis, forma faciei cervo similis, ut Aristoteles de admirandis auscultationibus.*

Eadem fere scripsit Eustathius in commentario in Dionysii poematium *de situ orbis;* edit. Stephani 1577. 4. pag. 44. Vixit Eustathius saeculo duodecimo, post Stephanum scriptorem saeculi sexti, a quo pleraque mutuatus est. Ita ille: παρὰ τούτοις ζῶον λέγεται θαυμάσιον γίνεσθαι, τὸ μέγεθος ὅσον βοὸς, ἐοικὸς τὸν τοῦ προσώπου τύπον ἐλάφῳ, καλούμενον Τάρανδος, δυσθήρατον, διὰ τὴν μεταβολήν. μεταβάλλει γὰρ τὰς χρόας τῶν τριχῶν καθ' ὃν ἂν τόπον εἴη, καὶ ἀλλοιοῦται, καθὰ καὶ ὁ χαμαιλέων καὶ ὁ πολύπους.

Joh. Damascenus *sacra parallela* περὶ ζώων ἀλόγων; edit. Mich. Lequien. Parisiis 1712. 2 vol. fol. II p. 531: γίνεται θηρίον, ὃ καλεῖται ταρανδὸς, μέγεθος μὲν βοὸς, ἐλάφῳ δὲ τὸν τοῦ προσώπου τύπον ἐμφερέστατον. λόγος ἔχει τοῦτον μεταβάλλειν ἀεὶ τὰς τρίχας πρός τε τὰ χωρία, καὶ τὰ δένδρα οἷς ἂν ἐγγὺς ἵσταται, ὡς διὰ τὴν τῆς χρόιας ὁμοιότητα λανθάνειν τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἢ τῇ περὶ τὸ σῶμα ἀλκῇ δυσθήρατον. *Est bellua, quae tarandus vocatur, magnitudine bovi non impar, oris autem forma cervo quam simillima. Hanc aiunt iuxta ea loca atque arbores, quibus propinqua est, pilorum colorem subinde mutare, adeo ut ob coloris similitudinem ab iis, qui obviam fiunt, animadverti minime queat, et hac ratione*

tione potius, quam robore corporis id consequi, ut vix omnino capi possit.

Eustathius, archiepiscopus Antiochenus *commentar. in Hexaëmeron*, edit. L. Allatii. Lugduni 1629. 4. p. 36: *Est et apud Scythas, quos Loos vocant (τοῖς καλουμένοις Λώοις), fera, Tarandus nomine, cui magnitudo quae bovi, aspectus, qui cervo; fitque assimilis cuicunque rei proxime venerit, coloremque omnium reddit, sive illa arbor, sive terra, sive quid aliud sit; hinc evenit, ut difficulter capi possit, multorumque notitiam fugiat.*

Plinius lib. 8 cap. 34 pag. 459: *Mutat colores et Scytharum tarandus, nec aliud ex iis quae pilo vestiuntur, nisi in Indiis lycaon, cui iubata traditur cervix. Nam thoës (luporum id genus est procerius longitudine, brevitate crurum dissimile, velox saltu, venatu vivens, innocuum homini) habitum, non colorem mutant, per hiemem hirti, aestate nudi. Tarando magnitudo, quae bovi; caput maius cervino, nec absimile; cornua ramosa, ungulae bifidae, villus magnitudine ursorum. Sed cum libuit sui coloris esse, asini similis est. Tergori tanta duritia, ut thoraces ex ea faciant. Colorem omnium arborum, fruticum, florum, locorumque reddit, in quibus latet, metuens, ideoque raro capitur. Mirum esset habitum corpori tam multiplicem dari, mirabilius et villo.*

Solinus cap. 30 p. 41: *Aethiopia mittit et tarandum, boum magnitudine, bisulco vestigio, ramosis cornibus, capite cervino, ursino colore et pariter villo profundo. Hunc tarandum affirmant habitum metu vertere, et cum delitescat, fieri assimilem cuicunque rei proximaverit, sive illa saxo alba sit, seu fruticto virens, sive quam aliam praeferat qualitatem. Faciunt hoc idem in mari polypi, in terra chamaeleontes; sed et polypus et chamaeleon glabra sunt, ut sit pronius cutis levitatem proximanti aemulari; in hoc novum est ac singulare, hirsutiam pili colorum vices facere. Huc evenit, ut difficulter capi possit.*

Aristotelis nostri mentem interpres non fideliter reddidit. Equidem eam ita reddiderim: *In Scythis, qui Geloni vocantur, aiunt feram nasci, inventu valde raram, quae dicitur tarandus. Fertur ea villorum colores mutare ad colorem eius loci, ubi fuerit. Propter hanc mutationem ea dicitur venatu difficilis esse. Etenim arboribus et locis, ac denique ubicunque sit, colore similis fit. Mirandum vero maxime est, quod pilos mutat; reliqua enim animalia cutem mutant, velut chamaeleo et polypus. Magnitudine est, uti bos; frontis vero formam habet cervo similem.*

Ex his, quae ad Tarandum agnoscendum facere queunt, ita colligo. 1) Tarandus est animal quadrupes, magnitudine bovis vel tauri. 2) Caput cervo non absimile, sed duplo maius. 3) Cornua ramosa. 4) Vngulae bifidae. 5) Cutis valde villosa atque crassa, quae spiculis non penetratur, ita ut corium ad thoraces et scuta adhiberetur. 6) Color naturalis fere asini, sed mutabilis, ut assimilis fiat cuicunque rei proximaverit. 7) Cursu tauro non impar. (Phile). 8) Patria apud Scythas aut Sarmatas, sed etiam in patria infrequens et rarum animal. Aethiopiam solus Solinus patriam fecit tarandi,

ſed non audiendus, quippe qui ſaepiſſime aut oſcitantia aut ſtudio falſa retulit. 9) Venatu difficilis fera et timida.

Ex his facile intelligitur, tarandum eſſe cervini generis, cum cornua habeat ramoſa, qua in re veteres, cum facile in oculos incidat, errare non potuerunt. Quam ob cauſſam repudianda eſt ſententia doctiſſimi viri Conr. Gesneri, qui lib. I pag. 156 *hiſtor quadrup.* credidit tarandum eſſe varietatem uri. In nullam vero cervorum ſpeciem omnia, quae de tarando legimus, melius conveniunt, quam in eam, quae Linneo vocatur *Alces*, noſtratibus Elend, Elendthier. Haec fera, quam ſaepius vidi in Suecia et Petropoli, ea eſt proceritate corporis, ut non temere cum tauro comparetur. Caput propter cornua cervo non abſimile videtur, etſi multo maius. Pili etiam eum colorem eamque craſſitiem habent, cuiusmodi a veteribus eſſe dicuntur. Cutem alcis duriſſimam craſſiſſimamque eſſe, inter omnes conſtat, adeo ut corium, ita inquit Linneus, globum plumbeum fere eludat. Quae omnia abunde confirmantur ab his, qui feram diligenter verbis et coloribus depinxerunt. Praeter iſtos, quos laudarunt iam Linneus et Erxleben, pertinet huc Johannis Wigandi *de hiſtoria alcis Boruſſiae diſſertatio*, accurata lectuque digna; inſerta eſt ea *Actis Boruſſicis* III p. 610 itemque libro a Joh. Roſino edito Jenae 1590. 8. qui inſcribitur. *Vera hiſtoria de ſuccino Boruſſico, de alce Boruſſ. et de plantis in Boruſſia naſcentibus.* Porro etiam *Acta Wratislav.* ſuppl. 4 p. 35. Pantal. Lentneri diſſert. *de alce*, praeſide V. Heinſio, Jenae 1681. 4; Severini Goebelii *hiſtoria brevis de alce*, Venetiis 1595, cuius epitomen dedit Lentnerus modo laudatus. Stralſundiſches Magazin I pag. 394. Potiſſimum huc ſpectant: *Memoires pour ſervir à l'hiſtoire naturelle des animaux et des plantes par Meſſ. de l'academ. des ſciences à Paris.* à la Haye 1731. 4. Nos ad confirmandam ſententiam noſtram quaedam e Wigandi diſſertatione excerpere volumus. "Caput alcis, inquit, valde ſimile „eſt mulo et quantitate et figura et „colore. Statura mulorum. — Pe„ctus cum humeris praecipue am„plum ac robuſtum. — — In colli „ſuperiore parte ſunt capilli altiores „caeteris, quaſi iuba aut ſetae, quae „per dorſum usque ad medietatem „animalis fere ſe extendunt. — — „Crines ſunt cinericii et ſubnigri, „digiti fere longitudine, craſſitudine „ſetam porcinam aequantes, et in „parte inferiori caneſcentes. Ac ſane „mihi initio hoc animal, aſini ſeu „potius muli figuram, praeſertim in „capite et colore repraeſentare vide„batur, licet crura eſſent ſublimiora „et corporis atque tibiarum et un„gularum diſpoſitio cervum repraeſen„taret. Non autem unius ſunt co„loris alces. Nam alii maculas ha„bent ſubalbeſcentes ſub ventre et „in coxis, alii non; plerique tamen „cruribus albeſcunt. — Innoxium „prorſus animal et valde timidum." Hactenus Wigandus.

Alii, uti Agricola, Harduinus ac Buffon tarandum veterum habuerunt pro rangifero ſeu ſpecie iſta, quae in Linneano ſyſtemate *tarandi* nomen retinuit. Sed corporis proceritas, capitis magnitudo cutisque craſſitudo huic

huic ſententiae refragantur. Buffonus quidem in hiſtor. natur. quae Lipſiae germanice prodiit vol. VI, 2 p. 53 temere negat, tarandi nomen apud ſcriptorem Plinio vetuſtiorem inveniri. Fuiſſe alces olim in Scythia ſeu Sarmatia veriſimile eſt, neque ſcio, an etiam nunc reliquiae ſuperſint. Sunt noſtra adhuc memoria in regionibus ſeptemtrionalibus Europae et Aſiae, ſunt in Boruſſia, Livonia atque Polonia, et fuerunt haud dubie olim quoque in Germania, quod iam pridem et veterum teſtimoniis et rationibus graviſſimis probavi.

Huic ſententiae magnum addunt argumentum verba, quae in diplomate imperatoris Ottonis M. de anno 943, quod epiſcopo Vltrajectenſi datum eſt, leguntur: *nemo ſine venia Balderici epiſcopi in pago foreſtenſi Trentano* (hodie Drenthe), *cervos, urſos, capreas, apros, beſtias inſuper, quae Teutonica lingua* ELO *aut* SCHELO *appellantur, venari praeſumat.* Eadem verba repetuntur in diplomate Henrici II ſeu Sancti dato Anfrido epiſcopo Traject. a. 1006, itemque in litteris Conradi II regis Adelboldo epiſcopo datis a. 1025. Hae litterae omnes inſertae ſunt Joh. Bekae et Wilhelmi Hedae *libris de epiſcopis Vltrajectinis, recognitis et notis hiſtoricis illuſtratis ab Arnoldo Buchelio.* Vltrajecti 1643. fol. p. 83, 101 et 114. Nullus dubito, quin *Elo* ſit *alces*, quae a maioribus noſtris *Elch* vocabatur et a Suecis hodie *Aelg*, ab Anglis *Elk* vocatur. Confer. Wachteri *gloſſarium* I p. 362. *Diſſertationes epiſtolicae* I. H. Nunningii et I. H. Cohauſen. Francof. ad Moen. 1746. 8. p. 23. I. H. Jungii *hiſtoria comitatus Benthemienſis.* Hannoverae 1773. 4. p. 61. Schlözeri Briefwechſel. Heft 2 p. 79. Etiam in Gallia ſaeculo adhuc ſexto et alces et uros adfuiſſe ſuperſtites, auctoritate Gregorii Turonenſis *hiſt.* lib. 10 cap. 10 et Fortunati lib. 7 *carm.* 4 confirmavit Martin in *La religion des Gaulois.* Paris 1727. 2 vol 4. II p. 87. Recentiori aevo tot ſilvis ubique exciſis, tot paludibus exſiccatis, caeli qualitas non potuit non mutari, quam ob cauſſam animalia quaedam, quae ibi olim degerunt, abire coacta ſunt.

At nulla res in tota tarandi hiſtoria eſt, quae magis non modo a ſententia noſtra, ſed ab omni veritate abhorrere videtur, quam colorum mutatio ab omnibus commemorata. At cum nemo ſcriptor ipſum vidit animal, cuius patria veteribus parum cognita fuit, cumque de multis aliis animalibus Scythicis variae fabulae in libris veterum obviae ſunt, quidni etiam iſtam rem falſam eſſe putemus? Nihilo minus etiam huic fabulae aliquid veri fortaſſe ſubeſt. Cum omnes cervi colorem pellium pro anni tempore atque aetate mutant, fuit fortaſſe haec res errandi occaſio. Hanc coloris mutationem enarrarunt fortaſſe peregrinatores, ſed vulgus, quod mirabilia amat eaque novis fabulis augere ſolet, inde tarando chamaeleontis naturam tribuit, qua de re tamen Theophraſtus, vir inter cunctos hiſtoriae naturalis ſcriptores veteres, acutiſſimus, non temere ſubdubitavit.

Denique Ariſtoteles hoc loco etiam chamaeleontis et polypi mentionem iniecit. De iſto quidem nihil attinet differere, cum animal ſat cognitum ſit. Polypus quidem, de quo eadem

Plutarchus *quaeſtion. nat.* p. 916, et Gratius Faliſ. in *halieut.* v. 55 p. 206, quin ſit *ſepia*, dubitandi nullus eſt locus, atque hanc re vera cutis colorem mirabili modo variare, teſtimoniis comprobatur eorum, qui animal vivum obſervarunt. Lectu in primis dignum eſt, quod Le Cat hac de re litteris mandavit; vid. *Journal des ſçavans* 1765. Avril p. 474 atque inde in **Neuem Hamburgiſchen Magazin** 5 p. 146. Bellonius etiam hac de re nos certiores fecit: "Quod „polypus, inquit, in varios colores „ſe commutare dicitur; id quidem „a molli eius pelle provenit, quae „facile glubi poteſt, cuius colorem „nunc album, mox rufum, poſtea „lividum, mox variis coloribus di„ſtinctum videas."

CAPVT XXX.

Λέγεται δέ τινα ἐν Ἀβύδῳ παρακόψαντα τῇ διανοίᾳ, καὶ εἰς τὸ θέατρον ἐρχόμενον ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας θεωρεῖν, ὡς ὑποκρινομένων τινῶν, καὶ ἐπισημαίνεσθαι· καὶ ὡς κατέσχη τῆς παρακοπῆς, ἔφησεν ἐκεῖνον αὐτῷ τὸν χρόνον ἥδιστα βεβιῶσθαι.

Ferunt in Abydo quendam mente deſtitutum, in theatrum progreſſum vacuum, multosque dies illic diligenter, tanquam in eo eſſent hiſtriones, applauſiſſe, acclamaſſeque admirabunde; caeterum mente recepta dixit ſuavius ſe nunquam, atque eo tempore, vixiſſe.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama eſt in Abydo quendam inſanum extitiſſe, per multosque dies acceſſiſſe in theatrum ac ſpectaſſe quosdam hiſtriones, eosque adnotaſſe; qui cum ab inſania poſtea fuiſſet abſolutus, per illud tempus ſe ſuaviſſime victitaſſe dicebat.

ἐν Ἀβύδῳ] Quod Aristoteles hic Abydi contigisse narrat, Horatius in epistola d Julium Florum, Argis cuidam usu venisse refert, ut adnotavit Petr. Victor. *var. lect.* lib. 3 cap. 9. Infra cap. 192 Demarato cuidam simile accidisse dicitur. SYLB.

ὑποκρινομένων] Pollux *onomast.* IV, 17: ὑποκρίνασθαι τὰ ἰαμβεῖα, *iambaea peragere.* I. B.

αὐτῷ τὸν χρόνον] Ita Cicero ad Atticum XIV ep. 23: *amariorem me senectus facit; stomachor omnia, sed mihi quidem βεβίωται.* Idem in epistola ad Octavium, quamquam Ciceronis epistolam esse negent critici: *quibus ille septus omnia misceret, nulli parceret, sibi viveret.* Tamen pro αὐτῷ non nemo legere maluit αὐτὸν. I. B.

applaudisse] *spectavisse.*

admirabunde] *admirabiliter.*

Hanc historiam de iucundo delirio, quam Aristoteles Abydi, urbe Asiae ad Hellespontum factam narrat, Horatius Argis contigisse ait. Quare, ne memoria forte lapsum aliquis poetam existimet, pro Argis Argus rescribendum putavit Torrentius; potuit enim patria Argivus esse, qui Abydi eo delirio laboravit. Potuit tamen Horatius etiam alios auctores, qui ab Aristotele discreparent, secutus esse; vid. Petri Victorii *variarum lectionum* libri XXV. Florent 1553. fol. lib. 3 cap. 9 p. 36. Vel potuit etiam, quod recte monuit Gesnerus Gottingensis, eadem insania bis observata esse. Horatius *epist.* lib. 2, 2, 128:

Fuit haud ignobilis Argis,
Qui se credebat miros audire tragoedos,
In vacuo laetus sessor plausorque theatro;
Caetera qui vitae servaret munia recto
More; bonus sane vicinus, amabilis hospes,
Comis in uxorem, posset qui ignoscere servis,
Et signo laeso non insanire lagenae,
Posset qui rupem et puteum vitare patentem.
Hic ubi cognatorum opibus curisque refectus,
Expulit helleboro morbum, bilemque meraco,
Et redit ad sese; Pol, me occidistis amici,
Non servastis, ait, cui sic extorta voluptas,
Et demtus per vim mentis gratissimus error.

Similis plane Thrasylaei, cuius Athenaeus lib. 12 extremo meminit, furor, qui naves omnes, quae in Pyreeum venissent, suas esse credens, eas et annotabat et emittebat administrabatque; si quae etiam recenter appulissent, magno eas gaudio excipiens, perinde ac verus dominus; quod vero aliquas contingeret, nulla inde cura afficiebatur, gaudens quotquot evaderent incolumes, atque ita plurima cum voluptate degens. Quem cum frater, Athenas e Sicilia veniens,

veniens, medico tradens ab insania liberasset, fatebatur ipse se in vita nunquam egisse iucundius. Hanc historiam litteris mandavit quoque Aelianus *var. hist.* lib. 4 c. 25. Plura exempla recentia delirii laeti collegit Haller in *Elementis physiologiae*, tom V. Lausannae 1763. 4. pag. 566. Huc etiam pertinent Ajacis, qui modo ab insania resipuerat.

Εν τῷ Φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος.
Τὸ μὴ Φρονεῖν γὰρ κἀρτ' ἀνώδυνον κακὸν.
Suavissima hic est vita, si sapias nihil.
Nam sapere nil, doloris expers est malum.

Hanc sententiam e Sophocle citant proverbii loco Erasmus et Manutius. Conf. infra cap. 192. Ceterum medici nostrates huncce morbum neque delirium neque insaniam vocant, sed referunt eum ad melancholiam. Lorry in libro *de melancholia*; edito Lutetiae Paris. 1765. 2 vol. 8. I p. 5, "qui, in-„quit, leves risus captat, iocosus ha-„bendus est; sed si praeter modum sese „laetitiae tradit, eaque totus ita occu-„patur, ut rursus ad gravitatem re-„vocari non possit, morbosum quid „habet, in quo saltem illud est me-„lancholici, quod adest mentis error „debilitatae et impotentis, iucun-„dissimus quidem, et de quo mor-„bum depellentibus dicere possit: „me occidistis, non servastis."

CAP. XXXI.

Καὶ ἐν Τάραντι δέ φασιν, οἰνοπώλην τινὰ, τὴν μὲν νύκτα μαίνεσθαι, τὴν ἡμέραν δὲ οἰνοπωλεῖν, καὶ γε τὸ κλειδίον τοῦ οἰκήματος πρὸς τῷ ζωνίῳ διεφύλαττε· πολλῶν δὲ ἐπιχειρούντων [παρελέσθαι καὶ] λαβεῖν, οὐδέποτε ἀπώλεσεν.

Tarenti aiunt cauponem noctu quidem insaniisse, interdiu vero vina vendidisse; sed et claviculam domus suae in zona ita conservasse, ut quamlibet multis surripere conantibus, nunquam tamen amiseri.

NATALIS DE COMITIBVS.

Dicunt etiam in Tarento quendam cauponem noctu quidem insaniisse, at interdiu cauponari solitum, qui tabernae clavem zonae dependentem asservabat, quam cum multi surripere conarentur, nunquam amisit.

καὶ

καί γε τὸ κλειθίον] Iſingrini editio καί γὰρ, ſed margo καὶ γε. SYLB.

τοῦ οἰκήματος] τὸ οἴκημα omnem locum habitabilem ſignificat, quandoque etiam carcerem, quandoque lupanarium, in primis apud Atticos; ſed non raro quoque *cellam vinariam*, ut ſit idem quod οἰνοθήκη apud *Geopon.* lib. 6 cap. 2. Ita Xenophon in oeconom. cap. 15 edit. Baſil. 1555. fol. p. 533: τὰ οἰκήματα ψυχεινὰ, *cellas gelidas* vino eligendas eſſe praecipit. I. B.

παρελέσθαι καὶ] aor. 2 infin. med. verbi παραιρέω, *aufero*. I. B. Incluſa abſunt a Leoniceni et Camotii edit. SYLB.

Hoc de morbo rogavi iudicium Wrisbergii, collegae coniunctiſſimi, qui Tarentinum febri nocturna cum delirio laboraſſe, exiſtimat. Eiusdem morbi exempla prodiderunt Donaeus in *Obſervat. medic.* pag. 21, Tulpius in *obſervat. med.* p. 22. F. C. Medicus Geſchichte periodiſcher Krankheiten, I cap. 37. Tarentum, Τάρας, eſt urbs nobilis Calabriae ad mare.

CAP. XXXII.

Ἐν δὲ Λιπάρᾳ τῇ νήσῳ λέγουσιν εἶναί τινες γῆν, ἐις ἣν ἐὰν κρύψωσι χύτραν, ἐμβάλλοντες ὃ ἐθέλουσιν, ἕψουσιν.

In Lipara inſula aiunt quidam terram reperiri, qua, ſi ollam obruas, quicquid iniicias, lixetur.

NATALIS DE COMITIBVS.

At in Lipara inſula quidam terram eſſe autumant, in qua ſi olla cooperiatur, quidquid fuerit iniectum, ſtatim coquitur.

Lipara, insula maxima ex septem, quae *Aeoli* seu *Aeoliae* insulae, Latinis etiam *Vulcaniae* seu *Vulcani* appellantur, vel etiam ab ipsa Lipara, quippe quae celebrior erat, *Liparaeorum* insulae. Pertinent huc potissimum, quae diligentia Cluveri congessit in *Sicilia antiqua* lib. 2 cap. 14. Hoc capite atque iis, quae hoc excipiunt, fermo est de regionibus, quarum solum naphtha sive petroleo subtilissimo penitus repletum est, unde vapor inflammabilis existit, qui facile flammam concipit. Tali in terra si olla foveae recens factae imponitur, et vapor sub olla accenditur, ardet ille per longum tempus, ita ut caro hoc modo, sine ligno, commode lixetur. Neque caro tantum, sed, quod multo magis mirum est, etiam calx eadem ratione e lapidibus coquitur in Persia circa *Baku*, quod optime prodidit Gmelinus iunior in *itinerario* III pag. 41. Lipara insula habuit quondam montem ignivomum, de quo conf. quae a nobis scripta sunt ad cap. 35.

CAP. XXXIII.

Εσι δὲ καὶ ἐν Μηδίᾳ καὶ ἐν Ψιττακίνῃ τῆς Περσίδος πυρὰ καιόμενα, τὰ μὲν ἐν Μηδίᾳ, ὀλίγον, τὰ δὲ ἐν Ψιττακίνῃ, πολὺ καὶ καθαρὸν τῇ φλογί. διὸ καὶ μαγειρεῖα πρὸς αὐτῷ κατεσκεύασεν ὁ Περσῶν βασιλεύς. ἄμφω δὲ ἐν ὁμαλοῖς τόποις καὶ οὐκ [ἐν] ἀνωμάλοις. ἐνταῦθα δὲ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν φανερά. τὰ δ' ἐν Παμφυλίᾳ, νύκτωρ μόνον.

In Media Psittacine, regione Persidis, ignes quidam iugiter aestuant, illi quidem modice, hi autem vehementer, flamma pura lucenteque efflagrantes, locis utique planis, non acclivibus. Quam ob rem et rex Persarum isthic coquinas extruxit. Conspicui sunt hi quidem diu noctuque, alii vero in Pamphylia noctu tantum.

NATALIS DE COMITIBVS.

Sunt ignes ardentes in Media et in Psittacina Persidis, qui sunt in Media parum ardent, at in Psittacina frequens est flamma et

et ſplendida. Idcirco et rex Perſarum multas coquinas ibi extruxit. At ambo in locis ſunt planis, non autem ſalebroſis. Hic ſunt ignes et per noctem et diem conſpicui, quamquam noctu ſolum lucent in Pamphylia.

ἐν Ψιττακίνῃ] Rectius Ψιττακηνῇ, ut manifeſtum e Stephano Byz. SYLB.

ὄυκ ἐν ἀνωμάλοις] Incluſa ἐν, abeſt a Leoniceni et Camotii edit. SYLB.

τὰ δ' ἐν Παμφυλίᾳ] Legendum τὰ δὲ περὶ Παμφυλίαν. STEPH. et SYLB.

In Media] *Et in Media et in Pſittacene.* NIC.

locis utique planis] *utrique.*

Equidem haec latine ita reddam: *Sunt in Media et in Pſittacene Perſidis ignes ardentes; qui ſunt in Media parum ardent, plus vero qui ſunt in Pſittacene et hi quidem clara flamma. Propterea etiam apud eos coquinas inſtruxit rex Perſarum. Atque ambo ſunt in locis planis et non in ſalebroſis. Ibidem ſunt ignes per noctem et diem conſpicui, ſed in Pamphylia noctu tantum lucent.*

De regione Perſidis Pſittacina dicta nihil afferre poſſum, niſi mentionem, quam ex Ariſtotele noſtro iniecit Stephanus *de urbibus* v. Ψιττακή, qui quidem non Pſittacinam, ſed Ψιττακηνὴν vocavit. Neque plura afferre potuit Gronovius in annotationibus ad Stephanum. Fortaſſe eadem eſt vel regio vel urbs, quae Straboni lib. 15 p. 732 Σιτακηνὴ et *Plinio* lib. 6 cap. 27 p. 334 *Sittacene* et, ex *Harduini* coniectura, etiam lib. 2 cap. 106 p. 122 dicitur.

Terram naphtha plenam ſpargere ſubinde flammulas, quae vel noctu tantum, vel etiam interdiu conſpiciuntur atque interdum ſubito exſpirare ſolent, certum eſt. In primis huc faciunt, quae phyſici commemorarunt de iſta regione Florentina, quae *Pietra mala* vocatur, cuius frequentes flammulas incolae *fuoco di legno* vocare ſolent. Operae pretium eſt, ad verba Ariſtotelis explicanda conferre, quae habet de la Lande in *Voyage d'un François par l'Italie* II pag. 134 et inde Volkmann in Nachrichten von Italien I pag. 445. Potiſſimum vero lectu digna eſt relatio a *Fougeroux* inſerta commentariis Academiae Pariſinae anni 1770 p. 45, unde praecipua excerpſi in Phyſikaliſch-ökonomiſcher Bibliothek V

pag. 186. Magis etiam ad rem noſtram faciunt, quae Kaempferus de Perſiae peninſula *Okesra* litteris mandavit in *Amoenitat. exoticis* p. 271, cuius verba digna puto, quae adſcribantur. "Invenimus, inquit, ibi demorantes viros circiter denos, diverſo in opere circa ignem occupatos; alii enim ahenis et ollis fictilibus rimae non nimium aeſtuanti impoſitis, prandia parabant pro domeſticis vicini pagi Sroganni atesgawa, ab igne hoc ita dicti; alii lapidibus aliunde advectis cumulatimque impoſitis, calcem cremabant, paratamque digerebant in acervos, naviculis devehendos" caet. Plura qui de iſto campo ardente circa urbem *Baku* legere vult, adeat praeter Gmelinum iam laudatum: Zimmermanns Bergakademie II pag. 334; Müllers Ruſſiſche Sammlung VII p. 331; Büſchings Magazin et alios, quos laudavit Baumgarten in Allgemeiner Welthiſtorie vol. 6 praef. p. 41.

Ariſtoteli noſtro mirum viſum eſt, quod, cum alioquin montes tantum ignes eructare ſolent, campus planus eiusmodi flammas alat; ſed intereſt haud dubie diſcrimen magnum. Nimirum terra, ut dixi, naphtham imbibit, quae vaporem exhalat inflammabilem, vel quae potius ipſa abit in vaporem. Attamen veriſimile omnino eſt, oriri naphtham in vicino monte Caucaſo, atque inde terram bibulam tranare, ex qua naphthae magna copia in mare Caſpium influit, quod inde amaritatem trahit. Quam ob cauſſam hi errant, qui naphtham e mari ortum ducere credunt. In Pamphylia quidem qui naphtham repererit, novi neminem.

CAPVT XXXIV.

Φασὶ δὲ καὶ περὶ Ατιτανίαν, πρὸς τοῖς ὁρίοις τῆς Απολλωνιάτιδος εἶναί τινα πέτραν, ἐξ ἧς τὸ μὲν ἀνιὸν πῦρ οὐ φανερόν ἐστιν· ἐπειδὰν δὲ ἔλαιον ἐπιχυθῇ ἐπ' αὐτὴν, ἐκφλογοῦται.

Aiunt, circa Atitaniam, iuxta colles Apolloniatidis, petram eſſe, in qua latens ignis non appareat quidem, ſed ſuperinfuſo oleo exardeſcat.

NATALIS DE COMITIBVS.

In locis montanis Apolloniatidis iuxta Atitaniam, petram quandam eſſe aiunt, ex qua ignis emanans non cernitur; at cum in illam oleum effunditur, continuo flamma exurgit.

περὶ

περὶ Ατιτανίαν] *Atitaniam* habet etiam interpres; at Stephanus Byz. Ατιντανίαν. SYLB.

πρὸς τοῖς ὁρίοις] Leoniceni et Camotii edit. habent: τοῖς ὁρίοις τοῖς Απολλωνιάτιδος. SYLB.

iuxta colles] *iuxta fines.*

latens] *emissus.* NIC.

Casauboni editio habet Ατιντανίαν, sed Duval nihilo secius scripsit Ατιτανίαν, atque hoc minus recte. Fuit enim Ατιντάνια portio Macedoniae, teste Stephano pag. 134, qui etiam p. 94, ubi omnes urbes, quae nomen Apolloniae habuerunt, eam ipsam, quae in Macedonia fuit, nominavit. Strabo pag. 502 Atintanes Macedonibus attribuit. Multo corruptius etiam in nostro libro infra c. 139 legitur: τῆς τῶν Ατλαντίνων χώρας, ubi Ατιντάνων legendum esse, monuit iam Vossius ad Scylacis periplum. Liceat offerre coniecturam, quae mihi Lucii Ampelii *librum memorialem* legenti nuper enata est. Cap. VIII in libris nostris ita: *Ab Apollonia Athamantia millia passus quinque in monte Nymphaeo, ibi ignis est, et de terra exit flamma.* Nullus dubito, quin sit legendum: *Ab Apollonia Atintaniae.*

Rem ipsam vero, quam hic memoriae prodidit noster, ita explico; exiit fortasse e petra igneus fervor, qui oleum infusum accendere potuit. Sed reliqua quae huc pertinent, reservamus ad cap. 139, ubi eadem res copiosius retractatur.

CAP. XXXV.

Λέγεται δὲ καὶ τὰ ἔξω στηλῶν Ηρακλείων καίεσθαι, τὰ μὲν, διὰ παντός· τὰ δὲ, νύκτωρ μόνον, ὡς Ἄννωνος περίπλους ἱστορεῖ. καὶ τὸ ἐν [τῇ] Λιπάρᾳ δὲ φανερὸν καὶ φλογώδες, οὐ μὴν ἡμέρας, ἀλλὰ νυκτὸς μόνον.

Ferunt, ex columnis Herculis incendia alia quidem iugi flamma, omnique tempore flagrare, alia autem noctu tantum, ut Periplus scribit; similem et in Lipara, conspicuum quidem ignem lucentemque, sed noctu tantum.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama eſt loca etiam ardere extra columnas Herculis, quaedam alia ſplendent noctu tantum, alia ſemper, ſicuti in Anonis navigatione conſcribitur. Atque in Lipara ignis eſt conſpicuus et flammatus locus, non tamen per diem, ſed noctu tantum.

ἐν τῇ Λιπάρᾳ] Incluſus articulus τῇ abeſt a Leoniceni et Camotii edit. Ex Annonis autem περίπλῳ, quod citat, extat Frobenianae editionis pag. 40. SYLB.

ex columnis] *extra columnas, . . . ut Hannonis Periplus ſcribit.*

Hanno, Punicus ſcriptor, auctor Peripli, dux fuit Carthaginienſis, cuius de aetate magnum eſt diſſidium inter viros eruditos. Habemus adhuc interpretationem Graecam huius peripli, quae vetuſtiſſima videri poteſt, cum iam ab Ariſtotele noſtro hic laudetur. Verba, quae noſter cogitaſſe videtur, haec ſunt: ἀφεωρῶμεν — νυκτὸς πυράτε πολλὰ καιόμενα, καὶ φωνὴν αὐλῶν ἠκούομεν. *Nocte multos ignes vidimus et audivimus tibiarum vocem*, caet. Atque aliquot diebus interiectis: νυκτὸς τὴν γῆν ἀφεωρῶμεν, Φλογὸς μεσὴν. ἐν μέσῳ δ' ἦν ἠλίβατόν τι πῦρ, τῶν ἄλλων μεῖζον, ἁπτόμενον ὡς ἐδόκει τῶν ἄστρων. τοῦτο δ' ἡμέρας, ὄρος ἐφαίνετο μέγιστον, θεῶν ὄχημα καλούμενον. *Apparuit nobis de nocte terra flammis plena, cuius in medio ignis altiſſimus, maiorque caeteris, ſidera attingere videbatur; diurno autem tempore montis maximi ſpeciem prae ſe ferebat, quem deorum vehiculum appellitabant.* Ad haec verba If. Voſſius in *Melam* 3, 49, 46 ait: "Vtrum vero Aethiopes interdiu fugientes, noctu autem ſe colligentes, ac facibus, clamore, tympanis ac incenſis pyris belluas abigentes, ut etiam num apud ipſos fieri ſolet, cauſſam huic ſpectaculo dederint; an vero naturali hoc factum ſit ratione, ex apparitione nempe ignis illius, quem fatuum appellamus, qui adeo frequens eſt in zona torrida, ut toti in Aethiopia campi noctu ceu ſtellis colluceant, id vero non addit. Ego poſtremum verum eſſe exiſtimo." Atque hanc etiam Ariſtotelis noſtri fuiſſe ſententiam, palam eſt. Neque diſſentio, attamen primos ignes, quando tibiarum et tympanorum ſonus audiebatur, ab Africanis accenſos puto. Equidem utor editione peripli, quam olim praeſide *I. H. Boeclero* examinandam propoſuit *I. I. Müller*, Argentor. 1661. 4. Reliquae editiones enumerantur a *Fabricio* in Bibliotheca graeca I pag. 43.

De

De Lipara insula quae hic commemorantur, ea varii auctores veteres comprobarunt. Theocr. *idyl.* 2 v. 134:

Ἔρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίου
Παλλάκις Ἀφαίστοιο σέλας φλογερώτερον ἄιθει.
Amor saepe Liparaeo
Vulcano ardentiorem flammam incendere solet.

Sil. Ital. lib. 14 v. 56, 57.

Nam Lipare, vastis subter depasta caminis
Sulphureum vomit exeso de vertice fumum.

Eadem Paulus Silentiarius, poeta saeculi sexti in carmine *de aquis Pythiis* expressit versibus, quorum interpretatio haec:

Et in Lipara insula
Est halitus caliginosus,
Qui noctu resplendens,
Emittit saxa sulfurea,
Quae tonitrus instar valde fremunt,
Ac visui rem omnem subdunt.

Confer. Plin. III cap. 9. Strabo lib. 6 p. 423. Iste ignis iam ante aliquot saecula extinctus est. Nam Fazell. "insula, inquit, haec ex pluribus „crateribus olim ignem evomebat, „quorum ora et vestigia adhuc cer„nuntur." Idem confirmat Bonanni lib. 3 *de pyrolog.* "Superiori saeculo „extincti prorsus fuere ignes, sive „absumpta omni sulfurea materia, „sive alia de caussa; eorum tamen „vestigia adhuc cernuntur." Conf. Deodat de Dolomieu Reise nach den Lipariſchen Inſeln, pag. 75. Popowitsch vom Meere pag. 140. Conf. quae iam annotata sunt ad cap. 32.

CAP. XXXVI.

Εἶναι δὲ καὶ ἐν Πιθηκούσαις φασὶ πυρώδες μὲν καὶ θερμὸν ἐκτόπως, οὐ μὴν καιόμενον.

Aiunt et in Pithecusis insulis aestuaria esse, ignea quidem vi ferventique supra modum ardore, nec tamen flammam mittere.

NATALIS DE COMITIBVS.

Dicunt etiam in Pitheusis ferventem et calidum ignem mirum in modum reperiri, non tamen ardere.

Πιθηκοῦσαι, Pithecusae seu Pithecusa, insula in mari Tusco sinuque Campano sita, quae hodie Ischia vocatur. Habuisse olim montem Epopon, ex quo flamma repente emicuit, prodiderunt Plin. lib. 2 cap. 88 p. 114 et Strabo lib. 5 p. 248. Quin etiam saeculo XIV varios huius insulae colles flagrasse, ingenti cum damno incolarum, ex historia constat.

CAP.

CAP. XXXVII.

Τὸ δ' ἐν τῇ Λιπάρᾳ ποτὲ καὶ ἐκλείπειν φησὶ Ξενοφάνης ἔτη ἑκκαίδεκα, τῷ δὲ ἑβδόμῳ ἐπανελθεῖν.

Porro alterum in Lipara, inquit Xenophanes, interdum annis sexdecim prorsus extingui, decimo septimo rursum redire.

NATALIS DE COMITIBVS.

Scripsit Xenophanes annos sexdecim in Lipara illum (ignem) defeciſſe, at anno decimo ſeptimo rediiſſe.

τῷ δὲ ἑβδόμῳ] ſubaudiendum ἐπὶ δέκα. SYLB.

Xenophanes, cuius auctoritate noſter utitur, eſt, mea opinione, idem, cuius dogmata phyſica paſſim in libris Ariſtotelis partim celebrantur, partim refelluntur, quo in primis pertinet libellus *de Xenophane, Zenone et Gorgia*, qui in editione Duvallii reperitur vol. 2 p. 834. Iſte Xenophanes natus Colophone, e patria exul conceſſit in Siciliam, ubi inſula Lipara ei facile innotuit. Liber eius περὶ Φύσεως laudatur a Polluce lib. 6 cap. 9 p. 590. Conf. Laertius lib. 9 ſegm. 18 p. 557. Fabricii *bibliotheca graeca* I p. 796.

De re ipſa, veriſimile non eſt, poſſe annum, quo mons iterum ignes evomiturus ſit, certo ſtatui. Neque Veſuvius periodum vel certum tempus ſervat, quod recte iam edocuit Thom. Ittigius *de montium incendiis*. Lipſ. 1671. 8. p. 319.

CAP. XXXVIII.

Τὸν δ' ἐν τῇ Αἴτνῃ ῥύακα, οὔτε φλογώδη φασὶν, οὔτε συνεχῆ, ἀλλὰ διὰ πολλῶν ἐτῶν γίνεσθαι.

Illam quoque ignis favillam, quae ex monte Aetna ſolet erumpere, aiunt eſſe nec flammeam, nec continuam; ſed poſt multos annos redire.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Ignis undam in monte Aetna neque mediocrem exiſtere aiunt, neque eſſe continuam, ſed pluribus de cauſſis exoriri.

διὰ πολλῶν ἐτῶν] Antea legebatur ἀιτιῶν. Sic recte ex veteri libro, poſita praepoſitione διὰ, ut in διὰ χρόνου. STEPH.

Οἱ ῥύακες ſunt, inquit Palmerius ad Strabonem lib. 6 p. 268, ubi etiam de Aetna ſermo eſt, rivi veluti et fluenta ignitorum lapidum immenſo fornacis Aetnaeae calore fuſorum, et ſulphuris, qui rivi ab Aetnae cratere evomuntur, et inde per ſubiectos campos fluunt omnia adurentes. Recte omnino. Hodie Italis dicuntur *Lave*. Minus recte Caſaubonus putavit, ῥύακα vocari a Graecis, quam Plinius lib. 3 cap. 8 *favillam ferventem* dixit. Praecipua genera rerum, quas Aetna eructare ſolet, recenſuit Strabo lib. 6 p. 420 hiſce verbis: καὶ τοτὲ μὲν ῥύακας ἀναπέμποντος, τοτὲ δὲ φλόγας καὶ λιγνῦς, ἄλλοτε δὲ καὶ μύδρους ἀναφυσῶντος. *Aliquando rivos liquoris igniti emittit, aliquando flammas et fuliginem, interdum etiam maſſas exſufflat.* Plura qui deſiderat, adeat recentiores, qui accuratius in montium incendia inquiſiverunt, in primis Hamiltonum.

CAP. XXXIX.

Λέγεται δὲ καὶ περὶ Λυδίαν ἀναφέρεσθαι πῦρ πάμπληθες, καὶ καίεσθαι ἐφ' ἡμέρας ἑπτά.

Ferunt circa Lydiam ignes emergere immenſos, diebusque ſeptem ardere.

NATALIS DE COMITIBVS.

Aſſerunt et circa Lydiam plurimum ignem naſci, atque per dies ſeptem ardere.

Non ſtatim occurrit alius ſcriptor, qui montis in Lydia flagrantis mentionem fecerit, quo in tractu horribiles ac frequentes terrae motus fuiſſe vel e Strabonis lib. I p. 101 conſtat. Conf. infra cap. 188. Num forte legendum eſt Λυκίαν? De Lyciae montibus ignivomis teſtimonia dabimus ad cap. 139.

CAP. XL.

Θαυμαστότατον δὲ τὸ ἐν Σικελίᾳ περὶ τὸν ῥύακα γινόμενον. τὸ γὰρ πλάτος ἐστὶ τὸ τῆς τοῦ πυρὸς ἀναζέσεως τεσσαράκοντα σταδίων· τὸ δὲ ὕψος οὗ φέρεται, τριῶν.

Cum primis vero admiratione dignum eſt, quod circa Siciliae craterem inquiunt, ignium emicantium latitudinem ſtadia quadraginta patere, altitudine autem vix ad tria usque tolli.

NATALIS DE COMITIBVS.

Admirabile eſt id, quod attinet ad undam ignis in Sicilia; nam ebullitionis ipſius ignis ſpatium eſt ſtadiorum quadraginta, at in ſublime non fertur per tria ſtadia.

οὗ φέρεται] Fuit qui maluit αὐτοῦ. I. B.

quadraginta] Sic Caſauboni editio et Latina illa, quae prodiit Lugduni anno 1578. Sed male editio Wecheliana anni 1593: *quadringenta*. I. B.

Loquitur noſter de rivorum ignium ſeu *Lavarum* vaſtitate, cuius exemplum legitur in *Strabonis* lib. 6 p. 269: ὁ ῥύακες εἰς τὴν Κατανάιαν ἐγγυτάτω καταφέρονται. *Ignis, qui ex Aetna evomitur, fluxu ſuo proxime in Catanaeum agrum devolvitur.*

CAP.

CAP. XLI.

Φασὶ δὲ τὸν ἐν τῇ Θράκῃ λίθον τὸν καλούμενον σπῖνον, διακοπέντα καίεσθαι, καὶ συντεθέντα πρὸς ἑαυτὸν, ὥσπερ τὴν σμαρίλην, οὕτως κἀκεῖνον εἰς ἑαυτὸν τεθέντα καὶ ἐπιῤῥαινόμενον ὕδατι, καίεσθαι· τὸ δ' αὐτὸ ποιεῖν καὶ τὸν μαριθάν.

In Thracia, aiunt, lapidem, quem ſpinum vocant, diſſectum ardere, compoſitumque rurſus, quemadmodum et ſmarillem aqua perfuſum accendi, utrimque non abſimilem, maritham quoque oſtendere.

NATALIS DE COMITIBVS.

Lapidem, qui eſt in Thracia et vocatur ſpinus, diſſectum aſſerunt comburi, atque rurſus compoſitus, ſicut ſmarilla et iuxta ſepoſitus et aqua irrigatus comburit, quod ipſum facit etiam maritha.

τὴν σμαρίλην] Non lapidem eſſe, quod tamen, de lapidibus qui ſcripſerunt, certe quos conſului, putant omnes, ad Solinum iam Salmaſius obſervavit p. 179 a. D. Η μαρίλη *ſunt minuti carbones, qui in fornace fabri ferrarii in unum ſubinde adgregantur, et aqua aſperguntur, ut magis ardeant.* Sic quoque Erotianus nomen interpretatur: οἱ Φρυγανώδεις καὶ μικροὶ ἄνθρακες οὕτως ὑπό τινων καλοῦνται, *ex arida et ſurculoſa materia ſuccenſi carbones, et minutae prunae.* Vid. Foeſii *oeconom. Hippocratis.* Nempe pertinet gloſſa ad Hippocrat. *morb. mulierum* 2 p. 648. Foeſ. (edit. Wechel. Francofurti 1595 ſect. 5 p. 215): τὴν δὲ σποδιὴν, καὶ τὴν μαρίλην ἐν τῷ βόθρῳ καταλιπεῖν. Vocem minus notam interpretaturus Erotianus poſuit μαρίλην. οἱ Φρυγανώδεις κ. τ. λ. Vnde factum eſt μαριλῆνοι οἱ Φρυγανώδεις. Quod vero addit Salmaſius: *Perperam legitur apud Philoſophum* τὴν σμαρίλην, et quod ipſe dat μαρίλην, longe a vero aberrat. Nimirum ut μικρὸς et σμικρὸς, μίλαξ et σμίλαξ, μύραινα et σμύραινα dicitur, ut ex μύῤῥα factum eſt σμύρνα; ſic μαρίλη dixerunt et σμαρίλη, nec quicquam eſt mutandum. NIC. Edit. Iſing. habet σμαρίλλην. I. B.

τὸν μαριθὰν] *Marithan* habet interpres quoque. Verius ne sit θρανίαν, non ausim affirmare. Fit autem θρανίου mentio non infra tantum (cap. 125), sed etiam in Alexandri problem. p. 322, 17. Σπίνου quoque mentio fit iterum (cap. 194); non multum absimilis alia narratio est cap. 125. SYLB.

τὸν μαριθὰν] Hanc vocem prorsus vitiosam, et τὸν νάφθαν legendum esse, iudicat Salmasius. Barbarum hoc vocabulum saepissime corruptum est. Exempla ad Ammiani lib. 23, 6 p. 400 Gron. dedit Valesius. NIC.

finarilem] *ramenta prunarum.*

utrimque] *utrumque.* NIC.

Quos lapides noster recenset, quin isti ad illud genus mineralium, quo potissimum lithanthraces et schisti aluminares comprehenduntur, pertineant, dubitari non potest. Eo etiam referri debet *lapis Thracius* veterum. Insignis est enim harum rerum affinitas, quamquam hi, qui, pro more veterum, colorem vel quidquid fortuito adesse aut abesse solet, respiciunt, magnum inter istas discrimen animadvertere sibi videantur. De Thracio quidem lapide posthac (cap. 125) separatim loquutus est noster. De *spino* eadem, quae hic legimus, prodidit etiam Theophrastus in libro de lapidibus §. 24, sed pro more, paulo accuratius, quam ob caussam eius verba adscribere conducit. ὃν δὲ καλοῦσι σπῖνον, ὃς ἦν ἐν τοῖς μετάλλοις, τοιοῦτος διακοπεὶς καὶ συντεθεὶς πρὸς ἑαυτὸν, ἐν τῷ ἡλίῳ τιθέμενος καίεται καὶ μᾶλλον ἐὰν ἐπιψεκάσῃ καὶ περιράνῃ τις. *Lapis quem dicunt spinum, in metallis reperitur, qui dissectus, et in se congestus, ad solem si ponatur, uritur, quod vel magis evenit, si inspergat et irroret aliquis.* Schistos aluminares bitumine saturatos, quando cumulatim aeri, pluviae, soli atque tempestati exponuntur, facile ignem concipere atque flamma conspicua ardere, res est certissima, cuius exempla passim occurrunt in scriptis physicorum. Ita non raro accidit, ut cumuli schistorum, unde in Bohemia ad Commotau alumen coquitur, ardeant. Vid. Henkelii *pyritologia* p. 759. Eiusmodi schisti in Thracia sunt copiosi, unde iam olim magna aluminis copia in oppido Cypsella seu Chapsylar confecta est, quod fuse lateque exposuit Bellonius in *observationibus itinerariis* lib. 1 cap. 61. Conf. historia aluminis a nobis conscripta et inserta volumini primo *Commentationum societat. scient. Gottingensis*, quam etiam diligentius retractavimus in Beyträgen zur Geschichte der Erfindungen vol. 2 p. 92. Salmasius ad Solinum p. 179 pro σπῖνος mavult legi σπίλος, quod nomen ab Hesychio dicitur πέτρα πωρώδης, χοιρὰς. Idem pro σμαρίλη legendum putat μαρίλη, quod nomen significat pulverem carbonum, qui in fornace fabri ferrarii adgregantur, et aqua adsperguntur, ut magis ardeant. Τὸν μαριθὰν mutat idem Salmasius in τὸν νάφθαν, quibus de coniecturis iudicare meum non est.

CAP.

CAPVT XLII.

Περὶ Φιλίππους τῆς Μακεδονίας εἶναι λέγουσι μέταλλα, ἐξ ὧν τὰ ἐκβαλλόμενα ἀποσύρματα αὐξάνεσθαί φασι καὶ φύειν χρυσίον, καὶ τοῦτο εἶναι φανερόν.

Circa Philippos in Macedonia ferunt metalla inveniri, quorum ramenta crescant disiecta, aurumque manifesto producant.

NATALIS DE COMITIBVS.

Circa Philippos Macedoniae metalla esse asserunt, quorum frusta etiam augeri inquiunt, aurumque producere, quod est omnibus conspicuum.

disiecta] *disfecta*. edit. Wechel.

Philippi, urbs Thraciae, olim Crenides dicta, quam Philippus, inhians auro vicini montis Pangaei, expugnavit iunxitque Macedoniae, quo facto urbi nomen suum indidit. Vid. Diodor. Sicul. lib. 16 cap. 8. et in primis Strabo lib. 7 in excerptis p. 511 a. Fuerunt ergo ibi minerae auri, immo sunt etiam nunc in vicinia. Conf. Bellonii *itinerar.* edit. Clusii pag. 48. Fabulae vero, quae hic legitur, rationem me recte percipere, adfirmare non ausim. Dicam tamen, quid mihi de ea videatur, ut, si quid aberro, meliora, qui sciunt, doceant. Sermo est, puto, de mineris, quae aeri expositae fatiscere vel dilabi solent, quo facto metallum nobile, quod prius obvolutum erat, in conspectum venit et recens natum videtur.

CAPVT XLIII.

Φασὶ καὶ ἐν Κύπρῳ περὶ τὸν λεγόμενον Τυρρίαν χαλκὸν ὅμοιον

Aiunt et in Cypro, circa Tyrrhiam quam vocant, ferrum natura

γίγνεσθαι· κατακόψαντες γὰρ, ὡς ἔοικεν, εἰς μικρὰ, σπείρουσιν αὐτὸν· ἔιτα ὑδάτων ἐπιγενομένων, αὐξάνεται καὶ ἀνίεται, καὶ οὕτως συνάγεται.

tura aeque miranda provenire; quod in minuta fruſta conciſum ſeritur, deinde aqua perfuſum augetur, ſurgitque ut colligi queat.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Cypro iuxta Tyrrhiam nuncupatam aes fieri aiunt, quod in parva fruſta diſſecantes ſeminant, atque imbribus factis augetur et exit, quo pacto colligitur.

καὶ ἀνίεται] Pro ἀνίεται erat ἐξανίησι. STEPH. et SYLB.

χαλκὸν ὅμοιον] In exemplo huius libri quod eſt in bibliotheca academiae noſtrae, adſcripſit, neſcio quis, ὁμοίως pro ὅμοιον. I. B.

συνάγεται] Edit. Iſing. p. 547: συναγάγεται. I. B.

ferrum] *aes*.

ut colligi queat] In editione Wecheliana: *ſurgitque ut colliqueat*. I. B.

Si de ferro eſſet ſermo, crediderim Ariſtotelem cogitaſſe mineram ferri ſubaquoſam Wallerii *ſyſt. mineral.* 2 p. 255, quam Linneus *Tophum Tubalcaini* vocavit. Hanc enim creſcere exemplis probatum legimus in Swedenborgii libro *de ferro* p. 116, 117 et Bruckmanni *Magnal. Dei* I p. 223 et 2 p. 56. Verum de cupro loquitur noſter, quod in Cypro omnino frequens fuit, etſi interpres Ariſtotelem de ferro loquentem temere fecerit. Num forte loquitur de cupro *caementitio*, quod vulgo dicitur, ſeu de *cupro praecipitato* Wallerii, quod creſcere videri potuit; an efflorescentia minerarum errandi occaſionem praebuit?

De Tyrrhia poſtquam multos geographos et lexicographos ciſcitatus ſum, nec unquam huius nominis mentionem inveni, incidi tandem in Meurſii libellum de Cypro, qui lib. 1 cap. 27 pro περὶ τὸν λεγόμενον Τυρρίαν corrigendum arbitratur περὶ τὸ λεγόμενον Κόυριον. Curias promontorium ſeu peninſula fuit, cuius mentionem fecerunt

cerunt Strabo lib. 14 p. 683, Theophraſtus in libro *de vento*, Ptolemaeus lib. 5 cap. 14. Plinius lib. 5 cap. 31. I p. 284. Stephanus: Κούριον, πόλις Κύπρου, ἡ χώρα Κουριάς. Erat etiam ibi aes. Vid. Meurſii *opera* vol. 3 pag. 604.

CAPVT XLIV.

Φασὶ δὲ καὶ ἐν Μήλῳ τῇ νήσῳ ἐν τοῖς ἐξορυσσομένοις τόποις τῆς γῆς, πάλιν ἀναπληρώματα γίγνεσθαι.

In Melo inſula ferunt, effoſſas terrae cavernas, alia ſuccreſcente humo rurſum compleri.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama eſt in Mylo inſula in locis terrae excavatae rurſus ipſam terram concreſcere.

ἐν Μήλῳ] Ipſum nomen ex eo, quod hic narratur, originem duxiſſe, putat Bochartus *Can.* I, 14 p. 452. Nam מלא *melo* Hebraeis eſt *plenitudo* vel *expletio*. NIC.

Μήλῳ] Edit. Iſing. Μύλῳ. I. B.

Inſula Melos maxime cavernoſa eſt; mirum itaque videri nequit, ſi aqua ibi in cavernis terram deponit, ut haec creſcere videatur. De terra Melia hic diſſerere nec libet, nec opus eſt. Qui inſulae hiſtoriam naturalem legere vult, ei commendamus itinerarium Tournefortii I p. 57.

CAPVT XLV.

Περὶ Παιονίαν λέγουσιν, ὅταν συνεχεῖς οἱ ὄμβροι γίνωνται, εὑρίσκεσθαι, περιτηκομένης τῆς γῆς, χρυσὸν τὸν καλούμενον ἄπυρον.

Circa Paeoniam, dicunt, crebris imbribus terra liquefacta, aurum, quod apyrum vocant, inveniri.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Vbi frequentes fiunt imbres in Paeonia terra liquefacta aurum apyrum nuncupatum inveniri affirmant.

καλούμενον ἄπυρον] Perfectum per ſe, quod nulla coctione et purgatione indiget. Vocatur etiam ἄπεφθος, αὐτόματος, αὐτοφυής. Conf. Salm. ad Solin. p. 757 et 762. NIC.

Sermo eſt de auri micis vel bracteis tenuiſſimis, terrae interdum immixtis, unde vi aquarum eluuntur, atque tunc in oculos incurrunt. Απυρον, *Apyron*, quo nomine etiam *Plinius* lib. 21 cap. 11 utitur, vocatur aurum, quod ſtatim ſuum eſt, neque ignem expertum eſt. Conf. Diodor. Sic. 3 c. 45. Alio ſenſu mineralogi hodierni vocant apyron, quidquid vi ignis neque abſumitur neque deſtruitur. Contra aurum ope ignis ſeparatum, dicitur ἄπεφθος, atque *obryzum*, ſi ita purgatum eſt, ut nihil metalli peregrini inhaereat. De Paeonia vid. cap. 1. et Strabon. lib. 7 in excerptis pag. 511 a.

CAPVT XLVI.

Λέγουσι δ' ἐν τῇ Παιονίᾳ οὕτω χρυσίζειν τὴν γῆν, ὥστε πολλοὺς εὑρηκέναι καὶ ὑπὲρ τὴν μνᾶν χρυσίου ὁλκήν. τῷ δὲ βασιλεῖ φασιν εὑρόντας ἀνενεγκεῖν δύο βώλους, τὸν μὲν, τρεῖς μνᾶς ἄγοντα, τὸν δὲ, πέντε. οὓς φασιν ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτῷ παρακεῖσθαι, καὶ ἐπ' ἐκείνων πρῶτον, εἴ τι ἐσθίει, ἀπάρχεσθαι.

In Paeonia ferunt, adeo fertile auro ſolum eſſe, ut plurimis pondus minam excedens repertum ſit. Ex eo regi exhibent glebas duas, quarum altera duas, altera tres libras appendat; atque eas aiunt menſae principali apponi, primumque ex iis cibum deguſtari.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Ita Paeoniae terram aurum ferre aſſeverant, ut multi vel plus mina auri invenerint, atque regi cum inveniſſent, duos obolos reportare. Alium attuliſſe dicunt tres minas, alium quinque, quos menſae aſſidere ferunt, primumque inter illos ſi quid edat rex, illis apponere ſolitum.

τρεῖς μνᾶς ἄγοντα] maluit non nemo legere ἔχοντα. I. B.

αὐτῷ παρακεῖσθαι] αὐτῷ abeſt a Leoniceni editione. SYLB. Etiam in edit. Iſing. I. B.

altera duas, altera tres] *altera tres, altera quinque.* NIC.

De auro Paeoniae dictum iam eſt cap. 42 et 45. Reliqua quae hic leguntur etſi criticis exponenda committo, tamen offeram meam qualemcunque explicationem, quam doctiores emendent velim. *In Paeonia*, inquit noſter, *terra adeo ferax auri dicitur, ut complures ibi invenerint pondus minam excedens. Hi regi duas glebas obtulerunt, quarum altera trium minarum, altera quinque minarum fuit. Hoſce dicunt regi ad menſam adſediſſe, et ab iis, quodcunque rex ederet, primum eſſe delibatum.* Haec ultima claudicare non nego.

Interpres anonymus non *tres et quinque*, ſed *duas et tres minas* legiſſe videtur. Idem vult non inventores regi adſediſſe, ſed ipſas auri glebas menſae regali eſſe appoſitas, atque ex iſtis glebis primum cibum eſſe deguſtatum. In alia omnia transiit Natalis, cuius interpretatio cum a vulgari, tum a mea recedit. Is enim vult, ex inventoribus unum tres, alterum quinque minas regi obtuliſſe, et ambos regi, honoris ſcilicet cauſſa, ad menſam adſediſſe. Reliqua viri ſententia mihi non ſatis liquet. Denique ἀπάρχεσθαι ad res ſacras potiſſimum referri, et notare primitias alicuius rei offerre, vel initium ſacri facere, inter omnes conſtat.

CAP. XLVII.

Φασὶ δὲ καὶ ἐν Βάκτροις τὸν Ωζον ποταμὸν καταφέρειν βῶλια χρύσεια πολλά. καὶ ἐν Ιβηρίᾳ δὲ τὸν καλούμενον Θεόδωρον ποταμὸν ἐκβράσσειν τε πολὺ περὶ τὰ χείλη χρυσίον, ὁμοίως δὲ καὶ καταφέρειν.

Aiunt et in Bactris, Ozum fluvium glebulas auri plurimas ferre, similiter et in Theodoronte, circa litora ebullire aurum, et alveo quoque deferri.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fertur Ozus etiam flumen in Bactris multa auri frusta devolvere, et in Iberia fluvius Theodorus appellatus aurum multum iuxta labra perfundere, multumque deferre.

Ωζον] Scribendum Ωξον. CASAVB.

in Theodoronte] *in Iberia fluvium Theodorum dictum in littora multum eiicere aurum et alveo quoque deferre.* NIC.

Bactri, populi Bactra incolentes, quae fuit urbs Scythiae Asiaticae. Vid. Cellarii *geograph.* lib. 3 cap. 21 vol. 2 p. 830 et Allgemeine Welthistorie VIII p. 547. Ampla et dives regio, multis divisa fluminibus, quae cuncta fere a meridie in septemtriones delapsa, in Oxum fluvium tandem exeunt. Libelli nostri alia exempla pro Ωζον habent Ωξον, quod rectius. Strabo lib. 2 p. 776 et 788, itemque Plinius lib. 31 cap. 7 p. 559 et Curtius lib. 7 cap. 10 *Ochum* ab *Oxo* distinguunt. Hunc quidem fluvium Oxum limum vehere et propterea turbidum esse atque insalubrem potu, auctor est Curtius. *Ochus* quidem vox in lingua Persarum significat magnum; inde nomina: Darius Ochus, Artaxerxes Ochus, id est magnus; sic Alexander magnus, Carolus magnus. Pertinent etiam huc versus Virgilii Georg. lib. 2, 137:

Nec pulcer Ganges, atque auri turbidus Hermus,
Laudibus Italiae certent; non Bactra, neque Indi.

Ganges et Hermus auri ramenta deferunt, quo metallo nec Bactriani nec Indi carent, quos igitur eodem nomine praedicat poeta.

Ibe-

НБ ОНУ імені І. Мечникова

Iberiam Ptolemaeus lib 5 cap. 11 et Strabo lib. 2 iuxta Colchidem et Albaniam collocant. Conf. Cellarii *geogr.* lib. 3 cap. 2 vol. 2 p. 367 et Allgemeine Welthiſtorie VIII p. 528. Trahere Iberiae flumina arenas aureas, confirmat Strabo lib. 15 p. 1038 et 1046. Sed nullus mihi iam ſuccurrit ſcriptor, qui fluvium *Theodorum* nominaverit. Neque hoc mirum, cum ex. gr. Ovidius complures fluvios, qui in Pontum influunt, commemoravit, quorum alibi nulla facta eſt mentio, quo pertinent Crates, Cynapes caet. Tamen bona geographorum venia coniecturam modeſte proferam in quam incidi; nimirum eſſe legendum Θερμοδόων ſeu Θερμωδῶν pro Θεόδωρον. Eſt vero Thermodon Straboni, Plinio, Juſtino, *Cappadociae*, Ptolemaeo *Ponti Polemoniaci*, Apollonii interpreti *Leucoſyriae* (id eſt Cappadociae), Pomponio *Chalybum*, Plutarcho de fluminibus p. 1156. *Scythiae* fluvius, qui propter auri ramenta, quae defert, Chryſorrhoas etiam dictus eſt. Vid. Stukii *ſcholia* in Arriani *periplum Ponti Euxini* p. 122. Aldrovandus in *muſaeo metallico* lib. 1 p. 45, ubi loca, quae aurum habent, recenſet, apud Bactros, inquit, eſt fluvius nomine Theodorus aurum vehens. Sed apud Iberos, non Bactros fuit iſte fluvius; ſcilicet virum interpres noſter, qui Iberiam temere non nominavit, in errorem induxit. Denique qui magnam fluminum, quae auri ramenta deferunt, enumerationem legere vult, adeat Tollii *epiſtolas itinerarias* p. 28 et F. L. Treitlingeri diſſert. *de aurilegio*; Argent. 1776.

CAP. XLVIII.

Λέγεται δὲ καὶ ἐν Πιερίᾳ τῆς Μακεδονίας ἄσημόν τι χρυσίον κατορωρυγμένον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων βασιλέων, χασμάτων τεττάρων ὄντων, ἐξ ἑνὸς αὐτῶν ἀναφῦναι χρυσίον, τὸ μέγεθος σπιθαμιαῖον.

In Pieria Macedoniae fertur aurum non ſignatum, in quatuor terrae hiatus defoſſum eſſe a regibus priſcis, ex quorum uno auri lamina palmi magnitudine excreverit.

NATALIS DE COMITIBVS.

Dicunt et in Pieria Macedoniae incertam quandam auri copiam ab antiquis regibus fuiſſe defoſſam, atque quatuor exiſtentibus foveis, ex una illarum aurum ad palmi magnitudinem concreviſſe.

χασμάτων τεττάρων] Forsan cum coniunctione legendum: χασμάτων τε τεττάρων ὄντων. SYLB. Hanc emendationem in librum recepit Casaubonus.

Vide, quam vetusta sit de metallorum, in primis auri vegetatione fabula, quae usque ad nostram memoriam producta est. Pertinent enim huc omnes istae fabulae satis pervulgatae et iactatae de vua cum acinis aureis, de auro obryzo, instar fili contorto, e terra prognato, de capreolis aureis vitium Hungaricarum et quae sunt alia eiusmodi, quae partim collegerunt, atque adeo probare conati sunt Tollius et Henninus in Tollii *epistolis itinerariis* p. 104, 122 et passim. Conf. Dav Wipacher *de thermis Ribariensibus*. Lipsi. 1768. 8. p. 25. Multa est quoque hisce in commentis dissertatio, quam praeside Alberti habuit I. C. Huber Halae 1733 *de auro vegetabili Pannoniae*, ubi vitis cum capreolo aureo icon adiuncta est. Verum magis iuvat laudare eos, qui hasce fabulas argumentis confecerunt et exploserunt, quorum in numero praecipui sunt von Born, magnus mineralogus, in Briefen über mineralogische Gegenstände. Frankf. und Leipz. 1774. 8. et C. T. Delius Anleitung zu der Bergbaukunst. Wien 1773. 4. p. 86.

De Pieria Macedoniae regione vid Cellarii *geogr.* lib. 2 cap. 13 p. 1040. Conferantur etiam quae de metallis Macedonicis leguntur in Zusätzen zur allgemeinen Welthistorie IV p. 5. In quibusdam nostri libelli editionibus legitur: χρυσίων κατορωρυγμένων.

CAPVT XLIX.

Λέγεται δὲ ἰδιωτάτην εἶναι γένεσιν σιδήρου τοῦ Χαλυβικοῦ καὶ τοῦ Μισικοῦ. συμφύεται γὰρ, ὥς γε λέγουσιν, ἐκ τῆς ἄμμου τῆς καταφερομένης ἐκ τῶν ποταμῶν. ταύτην δὲ οἱ μὲν ἁπλῶς φασι πλύναντας καμινεύειν· οἱ δὲ, τὴν ὑπόστασιν τὴν γενομένην ἐκ τῆς πλύσεως πολλάκις πλυθεῖσαν

Fertur autem peculiaris quaedam generatio esse ferri Chalybici Mysinique, ut quod ex sabulo fluviorum comportatum; alii simpliciter lotum in fornace excoqui, alii illam etiam ex lotura frequentiore subsidentem hypostasin iniici, simulque igni purgari tradunt, adiecto pyrimacho lapide, qui

isthic

συγκαίειν· παρεμβάλλειν δὲ τὸν πυρίμαχον καλούμενον λίθον. εἶναι δὲ ἐν τῇ χώρᾳ πολὺν. οὗτος δ' ὁ σίδηρος πολὺ τῶν ἄλλων γίνεται καλλίων. εἰ δὲ μὴ ἐν μιᾷ καμίνῳ ἐκαίετο, οὐδὲν ἄν, ὡς ἔοικε, διέφερε τοῦ ἀργυρίου. μόνον δέ φασιν αὐτὸν ἀνίωτον· οὐ πολὺν δὲ γίνεσθαι.

isthic plurimus reperitur. Hoc genus ferri aliis est multo nitidius; et nisi unis tantum ignibus, unaque fornace purgetur, argento simile redditur. Solum hoc est impermixtum, caeterum minime provenit copiose.

NATALIS DE COMITIBVS.

Propriam quandam ortus formam esse dicunt ferri chalybum, Mysinique argenti. Cogitur enim, uti aiunt, ex delata arena ex fluminibus. Hanc dicunt nonnulli lotam in caminum coniici simpliciter, at alii quod subsistit ex natura saepius lavantes aiunt comburere, atque lapidem pyrimachum nuncupatum iniicere, qui frequens in ea regione reperitur. Hoc ferrum reliquo est longe praestantius, neque differt ullo pacto ab argento, ut apparet, nisi in eodem camino cremaretur. Solum autem hoc non sentit rubiginem, at non multum est.

τοῦ Μισικοῦ] Pro Μισικοῦ erat scriptum Αμισηνοῦ. STEPH. Pro Μισικοῦ Leoniceni et Camotii editiones corrupte habent ἀσημίου μησινοῦ, cuius scripturae vestigium est etiam apud interpretem: *ferri Chalybici Mysinique.* Quosdam codices Αμισηνοῦ habere, adnotavit Stephanus. SYLB. Alii legunt τοῦ Αμισηνοῦ, quod vero similius. CASAVB. Edit. Ising. Μυσικοῦ. I. B.

πλύναντας καμινεύειν] Alii πλύναντες, sed convenientius accusativo casu πλύναντας. SYLB.

ἐκ τῆς πλύσεως] ἐκ τῆς Φύσεως. Interpres legit πλύσεως, *illam e lotura frequentiore ſubſidentem hypoſtaſin.* SYLB. Edit. Iſing. Φύσεως. I. B.

εἰ δὲ μὴ ἐν μιᾷ] εἰ μὴ agnoſcit etiam interpres: *et niſi una tantum fornace coqueretur.* SYLB.

διέφερε τοῦ ἀργυρίου] Leoniceni et Camotii editiones habent τἀργυρίου. SYLB. Sic quoque edit. Iſing. I. B.

Myſinique] *Myſicique.*

fluviorum comportatum] *conflatur.*

illam etiam ex lotura] *alii illud etiam, quod ex lotura frequentiore ſubſedit, iniici.*

multo nitidius] *praeſtantius nitidiusque.* NIC.

Solum hoc eſt impermixtum] *rubiginem non ſentit.* NIC.

Quae hic memoriae prodita ſunt, maxime commendamus iis, qui metallurgiam veterum, adhuc prorſus neglectam, exponere volunt, quo conſilio quaecunque in libris veterum de metallis horumque fuſione ſparſim occurrunt, ſedulo colligenda et cum regulis artis comparanda erunt, quod huius operis non eſt. Neque pauca verba de metallurgia, quae veteres forte iniecerunt, ſeorſum explicari poterunt, cum nimis manca et abrupta eſſe ſolent. Accedit eo, quod omnia fere loca in ſcriptis veterum, ad metallurgiam quae ſpectant, valde corrupta ſunt a librariis et interdum etiam ab editoribus, mineralogiae et metallurgiae ignaris. Atque vereor, ne vel haec verba Ariſtotelis mendo laborent, quod viris doctioribus tollendum committo. Equidem quae hic offeram, lectores aequi bonique conſulant, velim.

Chalybes fuerunt populi ad Pontum, Paphlagonibus proximi, quos ferri inventores faciunt Ammianus Marcel. lib. 22 cap. 8, Scholiaſtes Apollonii ad lib. 2 v. 375 et Tzetzes *chil.* 10 v. 338 atque alii. Plinius vero Chalybas aerariam fabricam monſtraſſe auctor eſt. Ferrum Chalybicum vel Chalybdicum primum et praeſtantiſſimum collaudarunt veteres, unde nobilius genus et ad acies aptum, vocatum eſt etiam *chalybs*, quod alii *aciem* dixerunt, quamquam alii inverſa ratione populum nomen a chalybe traxiſſe velint. Eudoxus apud Stephanum p. 714: ἐκ τῆς Χαλύβων χώρας ὁ σίδηρος ὁ πρὸς τὰ σωμάτα ἐπαινούμενος ἐξάγεται. *Ex Chalybum regione ferrum, quod ad aciem vel chalybem laudatur, educitur.* Ad haec verba intelligenda faciunt, quae habet Euſtathius in commentario ad Dionyſii περιήγησιν ad v. 768 edit. Stephani p. 101: τούτους τοὺς

τοὺς Χάλυβας ἄλλοι Χαλβίους ἐκάλεσαν (ἔθνος δέ εἰσι Ποντικὸν, παρὰ τῷ Θερμώδοντι) ἀφ' ὧν σίδηρος, φασὶν, ἐξάγεται ὁ πρὸς τὰ σώματα ἐπαινούμενος, ἤτοι πρὸς τὰ σωμώματα. ὅθεν καὶ Χαλυβικὸς κνώδων, καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ, Χαλυβδικὸς παρὰ τῷ Λυκόφρονι, ὁ ἐξ ἀρίσου σιδήρου. Est σώμωμα idem quod posterioribus Latinis *aciarium*, nostratibus vero *acies* et *chalybs* vocatur, atque deductum est nomen a σωμώσαι, indurare. Pollux lib. 7 p. 764: Χαλυβικὸν σώμωμα. Stephanus in Λακεδαίμων quatuor σωμωμάτων enumerat genera, atque inter ea Χαλυβδικὸν, quod ad τὰ τεκτονικὰ utilissimum esse affirmat.

Pro Μισικῦ legitur in aliis libri nostri exemplis Αμισηνῦ, quod cum Casaubono verius puto. Amisum, urbem ad mare sitam, inter clarissimas Chalybum urbes recensuit Pomponius, unde Stephano auctore dicitur Αμισηνὸς et Αμίσιος. Interpretes nostri σίδηρον Μισικὸν temere reddiderunt ferrum *Mysinum*.

Secundum Aristotelis nostri relationem Chalybes ferrum suum ex arena fluviorum conflarunt, et comprobatum est etiam rationibus gravissimis, primum, quod hominibus innotuit, ferrum non ex imis terrae visceribus esse petitum, sed colliquefactum ex istis rebus, quae in summa tellure, sive, ut Plinius loquitur, summo terrae corio, obviae et copiosae erant, partim e minera palustri et aquosa, partim ex arena ferrea. Haec ferri adeo dives esse solet, ut interdum facillimo negotio 80 vel 90 librae metalli obtineantur ex uno centenario. Conf. Lehmanni disputatio chemica de arena ferrea, quae inserta est *commentariis societatis scientiarum Harlemensis* XI, 2 p. 337.

Hanc itaque arenam lavarunt Chalybes, et bene lotam sine ullo additamento excoxerunt in fornace. Alii autem diligentius opus tractarunt. Hi enim saepius lavarunt arenam, quo facto partes alienae, utpote leviores, secernebantur, et id quod residebat (ὑπόστασις, sedimentum), purius evadebat. Huius ad fusionem adiuvandam addiderunt lapidem pyrimachum dictum, cuius magna copia ibi adfuisse scribitur. Ita efficiebatur, ut quidquid peregrini arenae ferreae inerat, in scorias abiret, quae, ut leviores, deinde reiiciebantur. Atque hoc modo potuit omnino existere ferrum purius et chalybeum, quod ferruginem multo tardius trahit, quam vulgare ferrum nostrum, quam ob causam merito laudatur ab Aristotele. Chalybs enim est ferrum purissimum, quod separatione omnis materiae alienae, et reductione omnis terrae martialis, et particularum puriorum arctiore connectione haud dubie efficitur. Cf. Wallerii *elementa metallurgiae*; Holmiae 1768. 8. p. 391.

Pyrimachus quidem cuiusnam generis fuerit lapis, certo non constat, sed facile probari potest, fuisse lapidem qui sua natura haud aegre liquatur et fluit, atque multo citius etiam cum terris metallicis, quibus additur, colliquescit. Huius indolis lapides a veteribus ad metalla excoquenda apte esse adhibitos, probat insignis locus Theophrasti in libro de lapidibus §. 19: *Quod autem ad ustionem attinet, quidam lapides liquantur et fluunt, quem ad modum metal-*

metallici; fluunt enim simul cum argento et aere et ferro lapides, qui ex illis sunt; sive propter humiditatem eorum quae ipsis accedunt, sive per se. Ad eundem modum et pyromachi et molares fluunt cum iis, quibus superponunt urentes. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁι πυρομάχοι, καὶ ὁι μυλίαι ῥέουσιν, οἷς ἐπιτιθέασιν οἱ καίοντες. Noli putare pyrimachum, de quo hic sermo est, pyriten esse recentiorum, etsi ita Henkelio et Wallerio *syst. miner.* 2 p. 126 visum sit. Etsi enim omnis pyrites aliquid ferri continet, tamen sulphur, quo abundat, ferrum corrumpit ac destruit, atque constat inter omnes, provenire e mineris pyritaceis et ex iis, quae vel rariores tantum pyritae micas adspersas habent, ferrum illud *calidum fragile*, nostratibus Rothbrüchiges Eisen dictum, quod minus proficuum est ad opera perennia et quae durabilia esse debent, quodque nec facile nec penitus politur; etsi ad opera rudiora, quae plus tenacitatis, quam malleationis et ductilitatis requirunt, satis sit idoneum. Conf. Wallerii *metallurg.* p. 268.

Laudat Aristoteles ferrum chalybicum ad argenti similitudinem accedens, quam equidem similitudinem coloris esse existimo. Quod si verum est, minime erravit noster. Etsi enim metallurgi nostri Reaumurium refellerunt, qui ferrum crudum eo purius credidit, quo magis albescat, tamen certum est, ferrum, quod facillime et optime in chalybem transit, colore esse valde albo aut quodam modo argenteo. Conf. *Voyages metallurgiques par M.* Jars vol. 1 et in interpretatione Germanica, quae prodiit Berolini 1777. 8. I p. 20, 32 et 702; itemque *Memoires de physique sur l'art de fabriquer le fer par M.* Grignon; Paris 1775. 4. pag. 56. At quid sibi velint haec Aristotelis verba: εἰ δὲ μὴ ἐν μιᾷ καμίνῳ ἐκαίετο, hoc me ignorare profiteor. Nescio an ad ea intelligenda facere possit, quod observatur in fabricis ferrariis, scilicet solere colorem ferri eo magis album esse, quo citius refrigescat. Potest fieri, ut veteres colorem ferri album, quem laudarunt, falsae attribuerint caussae.

Denique non possum non referre huc, quae leguntur in Aristotelis lib. 4 *meteorolog.* cap. 6, cum iis, quae hactenus a nobis disputata sunt, non parum luminis praebent. Τήκεται δὲ καὶ ὁ εἰργασμένος σίδηρος, ὥσε ὑγρὸς γίγνεσθαι, καὶ πάλιν πήγνυσθαι. καὶ τὰ σομώματα ποιοῦσιν οὕτως· ὑφίσαται γὰρ, καὶ ἀποκαθαίρεται κάτω ἡ σκωρία. ὅταν δὲ πολλάκις πάθῃ καὶ καθαρὸς γίνηται, τοῦτο σόμωμα γίγνεται. οὐ ποιοῦσι δὲ πολλάκις αὐτὸ, διὰ τὸ ἀπουσίαν γίγνεσθαι πολλὴν, καὶ τὸν σαθμὸν ἐλάττω ἀποκαθαιρομένου. ἔσι δὲ ἀμείνων σίδηρος ὁ ἐλάττω ἔχων ἀποκάθαρσιν. τήκεται δὲ καὶ ὁ λίθος ὁ πυρίμαχος, ὥσε σάζειν καὶ ῥυεῖν. *Liquefit autem et ipsum quoque elaboratum ferrum, adeo ut liquidum reddatur et concrescat. Nec secus chalybem facere consuevere; ferri namque fex subsidet, atque in imum secernitur. Vbi autem saepe defecatum fuit, ac purum mundumque evasit, fit chalybs. Sed id nequaquam saepe agunt, propterea quod dum repurgatur, substantiae plurimum defluit, libramentumque minus efficitur. At ferrum eo praestantius est, quo minus habet excrementi. Item et lapillus ille quem pyrimachum vocant, in tantum eliquari, ut stillet fluatque, asso-*

assolet. Hactenus interpres. ὁ σίδηρος εἰργασμένος est ferrum excoctum atque penitus elaboratum, quod liquescere ignis vi, ait Aristoteles. Neque temere, qui ferrum cogitavit vulgare; nam purissimum, quod non nisi summa arte perficitur, liquescere prorsus nequit, quod mineralogi recentiores edocuerunt. Cf. *Mémoire sur la maniere dont on extrait en Corse le fer de la mine d'Elbe*, par M. Tronson du Coudray. Paris 1775. 8. Verbum ὑφίσταται spectat ad ferrum, non ad scoriam. Illud enim subsidet, haec vero supernatat atque detrahitur. Aberravit igitur interpres. Iam vel hinc intelligitur, chalybem seu aciem effecisse veteres diligenti liquatione ac defecatione, qua ferrum multum deperire, minuique eius pondus, recte annotavit noster. Deinde etiam his verbis comprobatur, quod modo contendi, esse videlicet pyrimachum lapidem per se fusibilem, id est colliquefieri sine aliquo additamento.

Iam ad nostrum Aristotelis locum revertor. Cur interpres ἀνίωτον reddiderit *impermixtum*, non assequor. Neque video, unde Natalis acceperit *argentum* Mysinum, cuius in Graecis mentio nulla. Pro ἐκ τῆς πλύσεως legit ille φύσεως, quod erroneum puto.

CAPVT L.

Φασὶ δὲ καὶ ἐν Ινδοῖς τὸν χαλκὸν οὕτως εἶναι λαμπρὸν καὶ καθαρὸν καὶ ἀνίωτον, ὡς μὴ διαγινώσκεσθαι τῇ χρόᾳ πρὸς τὸν χρυσόν· ἀλλ' ἐν τοῖς Δαρείου ποτηρίοις βατιακὰς εἶναί τινας καὶ πλείους, ἃς εἰ μὴ τῇ ὀσμῇ, ἄλλως οὐκ ἦν διαγνῶναι πότερον εἰσὶ χαλκαῖ ἢ χρυσαῖ.

Aiunt et apud Indos, aes adeo splendidum, purum sincerumque reperiri, ut colore et specie nequaquam ab auro discerni queat; unde et inter Darii pocula cados quosdam esse, qui nisi olfactus iudicio ab auro distare non cognoscantur.

NATALIS DE COMITIBVS.

Ferrum quod est inter Indos ita splendidum esse dicitur, et purum et expers rubiginis, ut ex colore ab auro minime dignoscatur, sed inter pocula Darii quaedam esse dolia eaque complura, quae nemo nisi odore diiudicare possit, utrum aerea sint, an aurea.

βατιακὰς] Rectius βατιάκας, ut apud Athenaeum, ubi legitur etiam diminutivum βατιάκιον. SYLB. Edit. Iſing. βατιατικὰς. I. B. De his omnino Hemſterhuſius ad Heſych. v. Βατιδῆ videatur. NIC.

Aes ſeu χαλκὸς eſt metallum hodie *cuprum* dictum, quod ſi cum aliis metallis varia ratione vel proportione commiſcetur et conflatur, varios trahit colores, ita ut interdum ad argenti, interdum ad auri ſimilitudinem accedat, quo pertinent aes hodie luteum, Meſſing, dictum, tombacum, metallum principis caet. Veteres unicuique varietati, quae grato colore vel alia virtute quadam commendabatur, nomen indiderunt proprium, quo pertinent aurichalcum, aes Corinthium, et alia nomina, quae ſervavit Plinius lib. 34 cap. 8. Ex hiſce aeris varietatibus quaedam olim ſine artificio vel peculiari mixtura ortae ſunt, cum in venis quibusdam ea naturalis metallorum mixtio eſt, ut excoquendo non cuprum purum, ſed commixtum, et colore non vulgari, ſed vel argenteo vel aureo, inde acquiratur. Fodinae, quae hoc modo aes valde gratum praebebant, maxime celebrabantur, harumque natura tanquam prorſus ſingularis ac mira praedicabatur. Aliae vero aeris varietates forte fortuna veteribus contigerunt, quando cuprum caſu cum aliis metallis commiſcebatur. Ex hiſce varietatibus veteres a fortuna ſemel edocti alias poſtea ſtudio et arte confecerunt, alias vero conficere neſciverunt, quia mixturae rationem non prorſus perſpectam habebant. Hoc modo varia cupri genera diu rariſſima auroque contra cara fuerunt, tandemque penitus deperdita ſunt, ignota mixturae ratione, aut, ut Plinii utar verbis, quoniam metalli ratio non poterat reddi, quamquam hominis manu factum dediſſet natura. Potuit etiam fieri, ut artifices, quibus pulcra aeris mixtura contigerat, artificium celaverint, quibus mortuis conficiendi aeris pretioſi peritia perdita eſt. Ita antiqua quaedam et uſitata Corinthiis temperatura aeris periit, Corintho, cum caperetur, incenſa, unde illa de aere Corinthio fabula ortum traxiſſe videtur, Plin. lib 34 cap. 2 et Florus lib. 2 cap. 16. Aliud exemplum habebis infra cap. 63. Neque quisquam facile cuiusque aeris, olim ex Indiis quod advectum eſt, rationem et mixturam finire poterit, cum etiam nunc inde apportatur non unum genus, in quo agnoſcendo ipſa recentiorum ars haeret. Exempli gratia nomino metallum *Tutanego* dictum, et illud, quod nuper e China innotuit Suecorum induſtria, de quo lege commentarios academiae ſcientiarum Suecicae an. 1776 vol. 38 p. 40.

Maximi fecerunt veteres ea aeris genera, quae ad auri naturam et colorem quam proxime acceſſerunt, et aut nunquam, aut tardiſſime aeruginem traxerunt, atque hoc nomine laudat etiam noſter aes Indicum, vocans illud ἀνίωτον. Hac virtute quaedam aeris genera vetuſta vere praedita fuiſſe, probatur cum nummis, tum aliis rebus aereis, quae ad noſtram memoriam durarunt. Eas enim partim tam pulcras eſſe videmus, ut nuper demum conflatae et confectae videan-

videantur. Haec excellentia et praestantia, qua vulgare aurichalcum hodiernum caret, auro et argento, quod utrumque admixtum esse comperimus, potissimum tribuenda est. Quo plus enim auri vel argenti aeri inest, eo magis hoc aerugini resistit. Atqui aeri veterum quin aurum vere insit, dubitare non licet, cum qui recentiores aurichalcum vetustum tentarunt arte chemica, neque auri neque argenti partem aliquam non invenerint. Sunt qui ex uno centenario aurichalci vetusti duas auri libras se elicuisse asseverant, et Wiegleb, qui nuper antiqua vasa aerea tentavit, ex centenario lothones 50 excoxit. Cf. *Acta academiae Moguntinae* anni 1777 pag. 50. Atque hoc aurum aeri admixtum est olim aut ab artificibus, quo pulcrius evaderet, aut ab ipsa natura, cum non raro reperiantur venae, quae et aurum et cuprum simul continent. Ars vero aurum aeri vel a natura vel studio semel admixtum deducendi, id est separandi, veteribus nondum cognita fuit, quod abunde probatur auctoritate Vlpiani, qui *Digestor.* lib 6 tit. 1, 5 ita: *Si plumbum cum argento mixtum sit, quia deduci possit, nec communicabitur, nec communi dividundo agetur; sed si deduci non possit, ut pura, si aes et aurum mixtum fuerit.* — — Hodie aurum non solum vi aquae chrysulcae seu regiae, quae dicitur, sed etiam sulphuris vi atque alio etiam modo separatur. Sed sero hoc artificium inchoatum et serius etiam perfectum est, quam ob caussam in cupro, quod vel ante aliquot demum saecula excoctum est, aurum animadvertimus residuum, quod opifices recentiores inde non sine lucro deducere solent. Nihilo minus hanc sententiam admodum probabilem, immo veram, infringere videntur verba Callistrati, qui *Digestorum* lib. 41 tit. 1, 12 *Si aere meo*, inquit, *ex argento tuo conflato, aliqua species facta sit, non erit ea nostra communis; quia cum diversae materiae aes atque argentum sit, ab artificibus separari, et in pristinam materiam reduci solet.* — Quodsi aes et argentum ab artificibus potuit separari, quidni etiam aurum? Crediderim Callistratum metallurgiae non ita ac iuris peritum hac in re errasse, et temere artificibus sui aevi attribuisse artem, quam nondum didicerant. Atqui vel in sexcentis legibus non solum veterum, sed recentiorum quoque eiusmodi errores ex technologiae insciti occurrunt. Iam videas rationem, cur quaedam aeris genera auro contra cara fuerint; continebant enim nonnulla magnam metalli pretiosissimi partem.

Iam ad Aristotelem nostrum revertamur, qui aes Indicum nisi odore ab auro dignosci potuisse negat. Habent re vera metalla, quae ignobilia vocantur, odorem suum, quo cognosci queunt, quod iam Plinius recte edocuit, et multis experimentis confirmavit Rob. Boyle in *Exercitationibus de atmosphaeris corporum consistentium.* Sed ne cuiquam mirum videatur, quod noster odorem auri experimentum dicit, cogitet velim, tunc temporis salium acidorum vim, qua hodie pretiosissimum metallum probatur, ignotam fuisse; deinde sermonem hic esse non de metallo rudi atque informi, sed de vasis elaboratis, quae non sine detrimento in igne potuissent tentari; alioquin veteres probe sciebant, aes quodcunque rude ignis vi dignosci ab auro, cum hoc simili ratione rubere et ignescere scie-

bant, ut ait Plin. lib. 33 cap. 3 p. 615, id est, sciebant, aurum purum servare in igne splendorem suum, cum e contrario cuprum vel aurum, quod multum cuprum in se habet, in igne nigrescit. Quae cum ita sint, odor olim fuisse videtur illud solum, quo vas aereum, cui auri neque color, neque splendor, neque insigne pondus deerat (nam magnam metalli pretiosissimi portionem habebat) dignosci potuit ab aureo. Obryzum enim odorem reddit nullum; at aurum, quod multum cuprum habet, refert etiam odorem.

Βατιακὰι, quas habuisse dicitur Darius, quem, pro luxu Persarum, magnam rerum pretiosissimarum vim secum in bello habuisse, vel e Parmenionis epistola Alexandro scripta constat, fuerunt genus poculorum Persicorum, cuius mentionem aliquoties iniecit Athenaeus, e. c. lib. 11 p. m. 484 *βατιάκη* et p. 482 *βατάνειον ἀργυροῦν*. Transiit idem nomen etiam in linguam Latinam. Est enim apud Nonium 15, 20 *batiaca*, apud Plautum *stich.* 5, 4, 12 *batiola* et e Plauti *Colace* apud Nonium: *batiola aurea*. Conf. M. Martinii *lexicon philolog.* v. batiola. In Pollucis lib. 6 cap. 16 p. m. 624 *βησιακὸν* legitur, quod Περσικὸν ἔκπωμα fuisse expressis verbis dicit. Daniel Sennertus in libro *de chymicorum cum Aristotelicis et Galenicis consensu et dissensu*, Witteb. 1619. 8. p. 52, existimat, haec Darii pocula ex aere Indico confecta esse eadem, de quibus in sacro codice loquitur Esdras cap. 8 v. 26, 27, qua de sententia iudicare meum non est.

Denique interpres noster *ἀνίωτον*, quod capite antecedenti reddiderat *impermixtum*, h. l. *sincerum* male interpretatus est.

CAPVT LI.

Τὸν κασσίτερον τὸν Κελτικὸν τήκεσθάι φασι πολὺ τάχιον μολύβδου. σημεῖον δὲ τῆς εὐτηξίας, ὅτι τήκεσθαι δοκεῖ καὶ ἐν τῷ ὕδατι. χρώζει γοῦν, ὡς ἔοικε, ταχύ. τήκεται δὲ καὶ ἐν τοῖς ψύχεσιν, ὅτε γένοιτο πάγη, ἐγκατακλειομένου ἐντὸς (ὥς φασι) καὶ συνωθουμένου τοῦ θερμοῦ τοῦ ἐνυπάρχοντος αὐτῷ, διὰ τὴν ἀσθένειαν.

Stannum ferunt Celticum, multo quam plumbum, citius liquefieri; argumento est, quod etiam in aquis solvatur, et colore inficiat quaecunque attingit. Sed et ex frigoribus liquescit, calore scilicet ex congelatione intrinsecus ob mollitiem incluso et coacto.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Stamnum Celtarum multo citius quam plumbum liquefieri dicunt, atque quod facile liquatur ſignum eſt, quod vel in aqua liqueſcere appareat. Cito igitur, ut par eſt, colorat; liquitur et per magna frigora cum gelu factum faerit, cum interius includatur, ut aſſerunt, quod accidit ob debilitatem cum calor qui illi ineſt, extrudatur.

τὸν Κελτικὸν] Britannicum eſſe Bochartus *Can.* I, 39 p. 721 obſervat. Nempe Graeci ſtannum ex Gallia, cuius incolae Celtae ſunt, accipiebant; ad Gallos vero ex Caſſiteride inſula, hoc eſt ex Britannia, deferebatur. Vid. ib. p. 719 ſeq. NIC.

Κασσίτερον vocari latine plumbum album ſeu candidum, expreſſis verbis dixit Plinius lib. 34 cap. 16 p. 668: *plumbi pretioſiſſimum genus candidum a Graecis appellatum caſſiteron.* Atque idem paucis interiectis p. 669: *Plumbum album habuit auctoritatem et Iliacis temporibus, teſte Homero, caſſiteron ab illo dictum.* Iam ſi omnia quae de caſſitero plumboque albo leguntur, probe perpendimus, vix dubium relinquitur, quin idem ſit metallum, quod hodie *ſtannum* vocatur. Petebatur illud ex iisdem terris, ubi et noſtro tempore effoditur ſtannum. Inſulae Caſſiterides, quarum primus meminit Herodotus lib. 3 cap. 115, a fertilitate huius plumbi dictae, ut ait Plinius lib. 4 cap. 22, 36, fuerunt, ſecundum eruditiſſimorum virorum ſententiam, inſulae Britannicae, ad quas haud dubie referenda eſt etiam inſula Mictis, in qua candidum plumbum provenire, quamque a Britannia ſex dierum navigatione abeſſe, auctor eſt hiſtoricus Timaeus apud Plinium lib. 4 cap. 16 p. 223. Neque caſſiteron Celticum, quod hic noſter laudat, Britannicum non fuit, auctore Bocharto in *Geographia ſacra* lib. 1 cap. 39 p. m. 721. Neque apud Graecos, praeter κασσίτερον, aliud nomen metalli occurrit, quod ſtanno noſtro poſſit tribui. Neque difficile eſt rationem invenire, cur ſtannum noſtrum a veteribus creditum ſit plumbi genus. Plumbum et ſtannum noſtrum mollitie et ſono bene conveniunt, nec differunt, praeterquam colore, qui in ſtanno argenti inſtar candidus eſt, quam ob cauſſam a Romanis candidum eſt appellatum. Venit etiam, teſte Plinio, plumbum hoc ſeu ſtannum prae altero, ſive plumbo vulgari, multo maiori pretio. Haec de caſſitero et plumbo candido ſententia comprobatur etiam auctoritate Savoti, qui de metallurgia veterum bene meruit, in diſſertatione de nummis antiquis P. 2 cap. 2, quae inſerta eſt *Theſauro antiquitatum Romanarum* vol. XI p. 1168; itemque Aldrovandi *muſ. metall.*

metall. lib. 1 cap. 7 p. 160, Agricolae, Libavii aliorumque mineralogorum.

At ne quis putet, ſtannum hodiernum eſſe idem, quod veteribus dictum eſt ſtannum, legat quisque velim Plin. lib. 34 cap. 16 pag. 669, unde facile intelligitur, ſtannum Romanorum eſſe idem, quod nunc metallici vocant Werk, ſeu mixturam argenti cum plumbo, quae oritur, quando argentum in fornace excoquitur. Ita enim Plinius lib. 34 cap. 16 p. 669: *Plumbi nigri origo duplex eſt; aut enim ſua provenit vena, nec quidquam aliud ex ſe parit; aut cum argento naſcitur, mixtisque venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, ſtannum appellatur; qui ſecundus, argentum; quod remanſit in fornacibus, galena, quae eſt tertia portio additae venae. Haec rurſus conflata, dat nigrum plumbum deductis partibus duabus.* Manifeſtum eſt, loqui Plinium de modo ſeparandi argentum a plumbo et reducendi plumbum. Attamen libens concedam, veteres vix unquam habuiſſe noſtrum ſtannum purum, quippe quod non facile obtinetur, quam ob cauſſam fieri poteſt, ut de caſſitero quaedam retulerint, quae in noſtrum ſtannum purius non convenire videntur.

Iam periculum faciamus exponendi ea, quae noſter litteris mandavit. Stannum noſtrum facilius, id eſt minori caloris gradu, fundi, quam plumbum vulgare, comprobarunt phyſici, in primis Kraft in *praelect. in phyſ. theoret.* p. 291 et Mortimer in *philoſophical transact.* 44 p. 688. Fluit plumbum gradu 550 thermometri Fahrenheitiani, et ſtannum gradu 420. Quod vero noſter ſtannum in aqua fluere, inquit, illud ita intelligo, ut ſtannum, quando aqua ſuperfuſa igni exponitur, fluat ſub aqua, antequam aqua in vapores reſolvatur, id quod omnino ita ſe habet. Quin etiam e mixtura plumbi, ſtanni atque wismuthi oritur metallum, quod omnium facillime fluit, ita ut liquefiat, modo per aliquot minuta temporis in aquam bullientem immittatur. Hoc metallum primus perfecit Valentinus Roſe. Conf. Pott *obſerv. et animadv. collect.* I p. 150. Stralſunder Magazin 2 p. 24. Wallerii *chemia phyſ.* vol. 3 p. 421. Vox εὐτηξία, *facilis fuſio*, in Lexico Erneſti deſideratur.

Ad intelligenda verba: χρώζεται ταχύ, faciunt, quae leguntur apud Plin. pag. 615: *argento, aere, plumbo lineae producuntur, manusque fordeſcunt, decidua materia.* Mea opinione idem dicere voluit noſter de ſtanno, quod facile chartam aliasque res inquinat.

Hactenus omnia ſatis intelligere mihi videor. At nunc aqua haeret, cogorque, quae ſequuntur, intacta relinquere viris doctioribus, aut eis, qui libros manu ſcriptos inſpicere queunt. Attamen mihi deeſſe nolo, quin quae veriſimilia in mentem venerunt, quaeque non tam e verborum ſimilitudine ſeu analogia, quam potius e re ipſa conieci, lectoribus offeram. Plinius lib. 34 cap. 17 p. 669: *plumbi albi*, inquit, *experimentum in charta eſt, ut liquefactum pondere videatur, non calore rupiſſe.* Quorum verborum ſententia haec mihi eſſe videtur: poteſt plumbum in charta fundi, quo facto, ſi charta dilaceratur, non calore rupit, ſed potius pondere plumbi, cum

alia

alia metalla fusa chartam incendant. Posse in charta, etiam quae hodie in usu est, fundi plumbum ac stannum, res est pervulgata, quam si quis tentare velit, debet metallum charta arctissime circumligare, sic ut charta ubique plumbum penitus tangat. Mea sententia Aristoteles idem dixit, etsi, describentium incuria, verba adeo vitiata sint, ut, quo modo dixerit, vix coniectura assequi liceat. Licetne pro ψύχεσιν legere ψήγμασι, *in bracteolis?* Vltimis verbis rationem phaenomeni philosophus dedit, quam non assequor, nec valde curo. Num vero haec omnia facilius rectiusque intelligi possint e doctrina philosophi de calore, frigore et de causis coagulationis et liquationis, quam exposuit libro quarto *meteorolog.* videant alii. Vltima verba huius capitis Paulus Casatus in *Dissertationibus physicis de igne*, editis Lipsiae 1688. 4. p. 142 ita reddidit latine: *Liquescit etiam in algoribus, quando fit gelu, incluso intus et compulso calore ipsi inexistente, propter debilitatem.* Putat Casatus, Aristotelem hisce verbis probasse, calorem ad interiores corporis partes compelli, quando non adeo validus sit, ut frigori resistat.

CAP. LII.

Εν τῷ Πανθείῳ ἐστὶν ἐλαία, καλεῖται δὲ καλλιστέφανος· ταύτης δὲ πάντα τὰ φύλλα ταῖς λοιπαῖς ἐλαίαις ἐναντία πέφυκεν. ἔξω γὰρ (ἀλλ') οὐκ ἐντὸς ἔχει τὰ χλωρά· ἀφίησί τε τοὺς πτόρθους ὥσπερ ἡ μύρτος εἰς τοὺς στεφάνους συμμέτρως. ἀπὸ ταύτης δὲ φυτὸν λαβὼν ὁ Ηρακλῆς ἐφύτευσεν Ολυμπιάσιν, ἀφ' ἧς οἱ στέφανοι τοῖς ἀθληταῖς δίδονται. ἔστι δὲ αὕτη παρὰ τὸν Ιλισσὸν ποταμὸν, σταδίους ἑξήκοντα τοῦ ποταμοῦ ἀπέχουσα. περιῴκοδόμηται δὲ, καὶ ζημία μεγάλη

In Pantheo olea est, quam Callistephanum vocant, omnia folia reliquis olivis contraria forma producens. Quippe quae supinam, non pronam partem habeat viridiorem; ramos mittit quemadmodum myrtus. Vnde et sumpta plantula Hercules in Olympiis oleam plantavit, athletis coronas suppeditantem. Distat ab Ilisso fluvio stadiis sexaginta, muro circumiecto munita. Ac ne quis tangat, grandi poena cavetur. Hinc et Elei decerptum surculum, in Olympio campo plan-

τῷ θιγόντι αὐτῆς ἐξίν. ἀπὸ ταύτης δὲ τὸ φυτὸν λαβόντες ἐφύτευσαν Ηλεῖοι ἐν Ολυμπίᾳ, καὶ τοὺς στεφάνους ἀπ' αὐτῆς ἔδωκαν.

plantarunt, ut victores inde coronis donarentur.

NATALIS DE COMITIBVS.

Est olea in Pantheo, quae callistephanus appellatur, cuius folia contraria sunt foliis omnium reliquarum olearum, habet enim quod est viride interius, at non extra, ramos emittit tanquam myrtus ad coronas accommodatos, ex hac plantam capiens Hercules in Olympicis plantavit, ex qua coronae donantur athletis. Nascitur haud procul ab Ilisso per sexaginta stadiorum spatium distans a flumine, quae ab accolis muro est communita, atque magna mulcta imposita est, si quis plantam attigerit. Ab hac plantam capientes Elei in Olympiis plantarunt, atque ex illa coronas tradiderunt.

Εν τῷ Πανθείῳ] Hunc locum Aristophanis scholia ad *Plut.* 586 κατὰ λέξιν praesentant, unde Suidas in Κοτίνου στεφάνῳ descripsit. Ad utrumque locum vid. Kusterus. NIC.

πάντα τὰ φύλλα] Schol. et Suidas ἔμπαλιν τὰ φύλλα. NIC.

ἔξω γὰρ ἀλλ' οὐκ] Inclusa ἀλλ' abest a Leonicen et Camotii editionibus. SYLB.

ἔχει τὰ χλωρά] Schol. et Suidas: ἔχει τὰ λευκά. Recte. Nihil enim differt haec olea ab aliis. Nisi cum Kustero malis ἔξω γὰρ οὐκ, ἀλλ' ἐντὸς, uti iam Bodaeus ad Theophr. *hist. plant.* p. 491 scribere instit. NIC.

εἰς τοὺς στεφάνους συμμέτρως] *coronis faciendis aptos.* Schol. et Suidas: συμμέτρους. NIC.

ἀπὸ ταύτης δὲ φυτὸν λαβών] Schol. ἀπὸ ταύτης λαβὼν Ηρακλῆς. Suidas: ἀπὸ ταύτης λαβὼν καρπὸν Ηρακλῆς. NIC.

τοῖς ἀθληταῖς δίδονται] Sic et Schol. ἐδίδοντο Suidas. NIC.

παρὰ

παρὰ τὸν Ιλισσὸν] Sic et Suidas. Περὶ Schol. Nic.

σαδίους ἑξήκοντα] Haec cum τοῦ ποταμοῦ ἀπέχουσα omisit Suidas. Scholia Theocriti Idyl. 4, 7 pro ἑξήκοντα dant ὄκτω, errore ex permutatione litterarum η et ξ, octo. Nam sic numerus in scholiis Aristophanis scribitur. Nic.

σαδίους ἑξήκοντα] Haec verba omisit Suidas. Sed Scholiastes Theocriti ad *Idyl.* 4, 7 p. 59: Αγνοῦσι δὲ, ὅτι οὗτος (Ολυμπιακὸς σέφανος) ἐκ τῆς καλλισοῦς ἢ καλλισεφάνου ἐλάιας γενόμενος δίδοται, ἥτις ἀπέχει σαδίων ὀκτὼ (adde τοῦ Ιλισσοῦ ποταμοῦ) ὡς φησιν Αριστοτέλης. Ergo pro ἑξήκοντα legit ὀκτὼ. Respexit certe ad hunc ipsum locum Aristotelis. Sed non dubium, quin scholiasta ex Aristotele emendandus sit. Nam ἑξήκοντα etiam legitur apud scholiastam Aristophanis ad *Plut.* p. 31 edit. Basil. [Haec Kvsterus ad Suidam II p. 356.]

τῷ θιγόντι αὐτῆς ἐσὶν] Leoniceni et Camotii libri θίγοντι; minus usitate. Sylb. Sic et schol. Sed Suidas ἐσὶν omittit. Reliqua utrobique sic leguntur: ἀπὸ ταύτης ἔφερον λαβόντες Ηλεῖοι τῶν ἀθλητῶν (τῶν Suid.) ἐν Ολυμπίᾳ τοὺς σεφάνους. Nic.

Pantheum templum fuit Athenis, de quo confer. Pausanias et Allgemeine Welthistorie V p. 188, sed ibi falso perhibetur, supersesse etiam nunc rudera huius templi. Nulla invenire potuerunt Spon et Wheler.

Olympia fuit locus Elidis, in quo certamina Olympica celebrabantur. Fuit etiam illustris oraculo, quod ibi Olympius Jupiter edebat. Habebat templum dei, ante quod lucus oleastris consitus erat, πρόκειται δ' ἄλσος ἀγριελάιων ἐν ᾧ τὸ σάδιον. Strabo lib. VIII p. m. 512. Conf. Pausanias lib. 5 cap. 7 et Erasini Schmidii *prolegomena in Olympionicas*, itemque scriptores, quos laudat Baumgarten in Allgemeiner Welthistorie V p. 124.

Ilissus fluvius Atticae, qui urbem praeterfluit, de quo Pausan. lib. 1 cap. 19 et Strabo lib. 9 p. 614.

Oleam primum repertam esse Athenis, auctor est, praeter alios, Aelianus *var. hist.* III, 38. Conf. Meursius *de regno Attico* I, 10. Attamen verisimilius est, patriam arboris non esse Graeciam, sed regionem multo calidiorem. Ex oriente in Graeciam, et inde seriori demum aevo in Europae partes australes transplantata esse videtur.

Herculem oleam ex Hyperboreis ab Istri fontibus Graeciae intulisse, eamque ipsius iussu victoribus postea in praemium datam esse, auctor est Pindarus *olymp. od.* 3. Plerique Herculem illum fuisse Idaeum contendunt, sed Pindarus hunc honorem attribuit Herculi Amphitryonis filio.

Demosthenes *contra Macartatum* legis meminit apud Athenienses la-

tae: ne quis Athenis oleam effoderet, niſi ad templorum Athenienſium ſtructuram, vel ad municipalia munera, aut cum ad funus eundum eſſet. Ad ſuos vero uſus quotannis binas oleas tollere; annexa etiam poena: quod ſi contra quisquam fecerit, pro ſingulis oleis drachmas centum aerario publico pendunto, cuius mulctae decima pars Minervae ſunto. Plin. lib. 16 cap 44 p. 40, ubi de varietate arborum agit, *Olympiae oleaſter*, inquit, *ex quo primus Hercules coronatus eſt, et nunc cuſtoditur religioſe. Athenis quoque olea durare traditur in certamine edita a Minerva.* Conf. Herod. lib. 8 p. 480. Cicero *de legibus* lib. 1 in principio, vetuſtiſſimam hanc oleam Athenienſem ludibrio habet, *niſi forte*, inquiens, *Athenae tuae ſempiternam in arce oleam tenere potuerunt.* Verum tamen magnam oleae vivacitatem exploratam habemus. Atque recte Virgilius *Georg.* II, 181: *Palladia gaudent ſilva vivacis olivae;* itemque *Georg.* II, 3: *tarde creſcentis olivae.* Nam res diu duratura tardius creſcit. Hinc multa oleae epitheta, quorum nubem produxit ad hunc locum Cerda. Atque Theophraſtus oleam ſilveſtrem, de qua h. l. Ariſtoteles loquitur, longiorem vitam habere, quam ſativam, recte edocuit lib. IV cap. 14 pag. 489. Etenim arbores, quae ſponte vivunt, vivaciores eſſe ſolent iis, quae cultu hominum languent. Conf. *Familles des plantes par* Adanſon I p. CCXIX.

Ὀλυμπιονίκας ſeu athletas, qui in Olympiaco certamine victores evaſerunt, coronatos eſſe ramis oleae, teſtimoniis omnium auctorum comprobatum eſt; ſed huius arboris complures ſunt varietates inſignes, neque ſatis conſtat, quaenam ex his coronam ſuppeditaverit. Sunt qui oleam ſeu oleam ſativam, ἐλαίαν, fuiſſe dicunt, ſunt qui cotinum, ſunt denique qui varietatem Calliſtephanum dictam volunt. De *olea ſativa* Pindarus *olymp.* 3 loqui videtur, etſi ſcholiaſtes et Schmidius ex epitheto γλαυκόχροος, argumento non ſatis firmo, coniicere velint, intellexiſſe Pindarum oleam non ſativam, ſed ſilveſtrem ſeu cotinum. Mihi quidem poeta nomine generico uſus videtur pro ſpecifico.

Cotini ramis coronatos eſſe victores plurimi contenderunt. Lucianus in *Anacharſi*, ſive *de gymnaſiis*: Ὀλυμπιάσι μὲν σέφανος ἐκ κοτίνου. Ita etiam Archias in *Anthолog.* lib. 1 epigr. 1. Theophraſtus lib. 4 cap. 14 p. 489: κότινον δὲ τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ, ἀφ' οὗ ὁ σέφανος, quae ultima verba temere reticuit Gaza. Ariſtophanes in *Pluto* ridet Jovem, cui exprobrat paupertatem, quod certaminis Olympici praemium κοτίνου σέφανον conſtituiſſet. Heſychius: κότινος ἀγριέλαιος. ἢ ὁ ἐξ ἀγριελάας σέφανος ὀλυμπιακός. Φασὶ γὰρ αὐτὸν κότινον εἶναι *Cotinus oleaſter, vel olympiaca ex oleaſtro, dicunt enim cotinum eſſe.* In *Geopon.* lib. 9 cap. 1 ubi oleam, ἐλαίαν, a Minerva in certamine editam eſſe enarratur, addit auctor: *ab hac victoria etiam certaminum victores ex cotino facta corona cingunt certaminum arbitri.* Idem etiam ſcholiaſtes Pindari ad *Olymp.* 3 p. 39 atque Plinius lib. 15 cap. 4 p 735: *Athenae victores olea coronant, Graeci vero oleaſtro Olympiae.* Iam cotinus quaenam oleae varietas ſit, quaeſtio eſt, quae graviſſimorum auctorum teſtimoniis facile perſolvi poteſt. Certum eſt enim

enim cotinum olim dictam esse oleam silvestrem, cuius notitiam dederunt botanici laudati a G. P. Lehr in diss. *de olea Europaea*, habita Goettingae 1779 p. 20. Theophrastus, diligentissimus inter veteres botanicus, saepius hoc edocuit expressis verbis; e. c. lib. 4 cap. 14 et lib. 2 cap. 4 p. 80, ubi affirmat, fieri interdum ἐξ ἐλαίας κότινον, καὶ ἐκ κοτίνου ἐλαίαν. Atque Pollux *onomast.* lib. 1 cap. 12. 1 p. 142: ἡ δὲ ἀγριελαία, κότινος καλεῖται. Dioscorides I cap. 140: ἀγριελαίαν ἔνιοι κότινον καλοῦσιν. Idem confirmat scholiastes Theocriti et Suidas II p. 356 voce κότινος. Est igitur κότινος eadem arbor ac ἀγριέλαιος seu ἀγριελαία, olea silvestris, quam Plinius et reliqui auctores Latini vocant *oleastrum*. Gloria, quae coronam hanc ex oleastro sequebatur, cum in Graecia habebatur longe eximia, hoc gloriae studio incensa Graecia plus e silvestri vel agresti, quam ex utilissima olea sativa commodi et honoris sibi speravit, quod non immerito vituperavit Marcellus medicus.

At coronam non oleastri seu cotini, id est oleae silvestris, sed eius oleae varietatis, quae *callistephanus* vocabatur, accepisse victores, commemorarunt praeter Aristotelem nostrum etiam Pausanias, Suidas, scholiastes Aristophanis aliique. At callistephanum fuisse eandem ipsam arborem, quam κότινον vel oleastrum vocarunt caeteri, facile probari potest. Ita enim Pausanias lib. VI: κατὰ τὸ ὀπισθόδομον μάλιστα ἐστὶν ἐν δεξιᾷ πεφυκὼς κότινος· καλεῖται δὲ ἐλάια καλλιστέφανος. *Post posticum maxime est in dextra natus oleaster; vocatur autem olea callistephanus.* Deinde etiam Pollux l. c. p. 142 auctor est, oleastrum in Olympia vocatum esse callistephanum. Fuit ergo haud dubie olea silvestris, cui callistephani nomen indidit Graecia, quoniam ex istius ramis victoribus nectebantur coronae pulcerrimae et glorioſissimae.

Existit autem hoc loco quaestio subdifficilis de singulari foliorum ratione, quam noster commemorat. Solet pagina foliorum superior esse laevior et viridior, quam pagina inferior, atque folia oleae subtus esse incana, constat inter omnes. Sed callistephanus dicitur habere folia prorsus discrepantia. Fuerit ergo istius foliis pagina inferior viridior, et superior magis alba, necesse est. Neque dubium est, quin hoc dixerit noster, etsi verba, quae hodie leguntur, contrariam afferant sententiam. Nimirum mendo laborat hic locus, quod auxilio Suidae vel potius scholiastae Aristophanis ad *Plut.* p. 31 edit. Basil. tollere licet. Nam e scholiasta Aristophanis descripsit Suidas II p. 356 sua, quae huc cuncta referre volumus. καί Ἀριστοτέλης οὕτω φησὶ περὶ αὐτῆς. Ἐν τῷ Πανθείῳ ἐστὶν ἐλάια. καλεῖται δὲ καλλιστέφανος. ταύτης δὲ ἔμπαλιν τὰ φύλλα τῆς λοιπῆς ἐλάιας πέφυκεν. ἔξω γὰρ, ἀλλ' οὐκ ἐντὸς ἔχει τὰ λευκά. ἀφίησί τε τοὺς πτόρθους, ὥσπερ ἡ μύρτος, εἰς τοὺς στεφάνους συμμέτρους. ἀπὸ ταύτης λαβὼν καρπὸν Ἡρακλῆς, ἐφύτευσεν Ὀλυμπιάσιν· ἀφ' ἧς οἱ στέφανοι τοῖς ἀθλητᾶς ἐδίδοντο. ἔστι δὲ αὕτη παρὰ τὸν Ἰλισσὸν ποταμόν. περιφκοδόμητο δὲ, καὶ ζημία μεγάλη τῷ θιγόντι αὐτῆς. ἀπὸ ταύτης φέρον λαβόντες Ἠλεῖοι τῶν ἀθλητῶν τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ τοὺς στεφάνους. *Et Aristoteles ad verbum sic inquit: In Pantheo est olea, calli-*

calliſtephanus dicta, cuius folia contra aliarum olearum indolem extrinſecus, non vero intrinſecus ſunt alba. Eadem ramos producit, ut myrtus, coronis faciendis aptos. Ex hac Hercules ſurculum decerptum Olympiae plantavit; unde athletis coronae dabantur. Stabat autem iuxta fluvium Iliſſum, muro circumdata; magnaque poena propoſita erat illis, qui eam violaſſent. Hinc Elei athletarum Olympiae certantium coronas ſumebant. Hinc Kuſterus ad hunc locum verba Ariſtotelis emendavit. Ita enim Kuſterus: Pro ἔξω γὰρ, ἀλλ' οὐκ ἐντὸς, apud Ariſtotelem legendum videtur: ἔξω γὰρ οὐκ, ἀλλ' οὐκ ἐντός. Niſi enim ſic ſcribas, Calliſtephanus nihil differet a vulgata olea; contra quam Ariſtoteles hic inculcat. Vel, ſi haec emendatio non placeat, pro χλωρὰ, quod ſtatim ſequitur, ſcribendum erit λευκὰ, ut Suidas hic habet.

Hanc perverſam foliorum rationem nemo notavit praeter quam Ariſtoteles, etſi ex Theophraſti etiam verbis eandem ſententiam extorquere liceat. Namque ita ille lib. 1 cap. 16 p. 48: τῶν μὲν ἄλλων τὰ ὕπτια ποωδέστερα καὶ λειότερα. τὰς γὰρ ἴνας καὶ τὰς φλέβας ἐν τοῖς πρανέσιν ἔχουσιν· ὥσπερ ἡ χεὶρ. τῆς ἐλάιας δὲ λευκοτέρα, καὶ ἧττον λεῖα. λεῖα δὲ καὶ τὰ τοῦ κιττοῦ. Haec verba ita interpretanda videntur: *omnia folia pagina ſuperiore et inferiore differunt. Folia plurima habent paginam ſuperiorem viridiorem et laeviorem; nam pagina inferior habet nervulos et venas, ſicut manus. Oleae vero pagina* (ſcilicet ſuperior?) *candidior minusque laevis eſt. Laevis eſt etiam pagina* (ſuperior?) *hederae.* Quae interpretatio ſi viris doctis probatur, Theophraſto de calliſtephano Ariſtotelis, non de olea vulgari ſermo ſit, neceſſe eſt. Atqui iam Plinius eadem ratione Theophraſti verba intellexiſſe videtur. Is enim, qui certe e Theophraſto hauſit, *oleae (folia)*, inquit, *ſuperne candidiora, minusque laevia, irem hederae.* At ſaltem in eo erravit Plinius, quod hederae etiam eundem foliorum colorem contrarium attribuit. Nam hederae folia ſuperne non ſunt minus laevia, neque ita ſcripſit Theophraſtus.

Magnam copiam varietatum in oleae hiſtoria annotarunt botanici recentiores, quorum e libris eas collegit Lehr in diſſertatione Gottingenſi *de olea.* Notas, quibus illae diſcerni queunt, edocuit diligentiſſime Michelius in *Catalogo plantarum agri Florentini.* Sed in tam ingenti varietatum numero, quem in arbore ſativa nemo botanicus mirabitur, nulla tamen eſt, quae folia habeat ſuperne incana et ſubtus viridiora. Mea quidem ſententia, calliſtephanus Athenienſis fuit olea ſilveſtris, fortaſſe foliis variegatis, cui miraculum addidit et affinxit religio, quae ſine fabulis adoleſcere non ſolet.

CAP.

CAP. LIII.

Εν τοῖς περὶ Λυδίαν μετάλλοις τοῖς περὶ Πέργαμον, ἃ δὴ καὶ Κροῖσος ἐιργάσατο, πολέμου τινὸς γενομένου, κατέφυγον οἱ ἐργαζόμενοι ἐπ' αὐτά· τοῦ δὲ στομίου ἐποικοδομηθέντος, ἀπεπνίγησαν· καὶ ὕστερον χρόνῳ πολλῷ τῶν μετάλλων ἀνακαθαρθέντων, εὑρέθη ἷς ἐχρῶντο ἀγγείοις πρὸς τὰς ὑπὸ χεῖρα χρείας ἀπολελιθωμένα, ἷον ἀμφορεῖς καὶ τὰ τοιουτότροπα. ταῦτα δὴ πεπληρωμένα οὗ τινος ἔτυχον ὑγροῦ ἐλελίθωτο, καὶ προσέτι τὰ ὀστᾶ τῶν ἀνθρώπων.

In metallis Lydiae circa Pergamum, quae quondam extruxerat Croesus, accidit, ut cum bello orto opifices in ea confugissent, obstructo ab hostibus exitu, suffocati sint, verum longo post temporum intervallo, apertis rursum repurgatisque metallis, inventae sunt amphorae aliaque id genus vasa, quae ad manuarios usus adhibuerant, repleta humore quodam, et in lapides indurata, et iuxta etiam ossa humana.

NATALIS DE COMITIBVS.

In metallis Lydiae iuxta Pergamum, quorum Eraesus fuit auctor, consertum est quoddam praelium, atque opifices eo confugerunt: verum ore obturato suffocati sunt. Postea longo tempore interiecto metallis apertis inventa sunt vasa, quibus ad manuum usum utebantur in lapides commutata, ac amphorae et vasa reliqua huiusmodi, quocunque liquore plena fuerant una cum hominum ossibus praeterea, in lapides sunt conversa.

τοῦ δὲ στομίου] Mündung des Schachts. Ita dicimus: Stollen-Mundloch. I. B.

τῶν μετάλλων ἀνακαθαρθέντων] als die Grube wieder aufgenommen ward. I. B.

πεπληρωμένα ὄυ τινος ἔτυχον] *vasa, quae forte vel casu aliquo repleta fuerant liquore aliquo, in lapidem commutata sunt.* Conferatur, si libet, Vigerius *de Graecae dictionis idiotismis* p. 293, ubi variam verbi τυγχάνειν vim explicavit. I. B.

extruxerat] *instituerat.* N. C.

Partes corporis humani in lapidem mutatae vocantur anthropolithi, qui in infinita fossilium copia rarissime occurrunt, neque scio, an alii vere reperti sint, praeter ossa, quae eo modo, de quo hic sermo est, in fodinis vel vitriolo martis insalita, vel topho calcario incrustata sunt. Huiusmodi exempla habemus complura in libris et veterum et recentiorum. Pertinet huc corpus humanum insalitum, repertum anno 1722 in fodina Fahlunensi Sueciae, cuius descriptionem et iconem habes in *Actis litterariis Suec.* anni 1722 p. 251. Eiusdem cadaveris mentionem fecit Cronstedt in *Mineralogia.* Frequentiora sunt huiusmodi exempla in salis fodinis, qualia memoriae prodidit Georgius Vernherus in libro *de admirandis Hungariae aquis.* Huc referendum est etiam cadaver, quod anno 1573 in fodinis salis prope oppidum Salisburgense Hallein ex solido lapide salinario excisum dicitur, integrum cum barba, superciliis, crinibus, unguibus ac vestibus incorruptis, sicut proditum est in *Historia episcoporum Salisburgensium.* Plura etiam exempla collegit Shaw in *itinerario* Germanice edito pag. 141. Agatharchides in *bibliotheca* Photii, edita ab Hoeschelio Rothomagi 1653 fol. p. 1342 commemorat ossa humana reperta in vetustissimis aurifodinis, una cum malleis ex aere factis, quibus operarii olim terra oppressi usi fuerant.

Pergamum seu Pergamus fuit nobilis urbs Mysiae maioris in confinio Lydiae, quam Xenophon lib. 7 *de Cyri expeditione* in fine, urbibus ipsius Lydiae annumerat.

CAP. LIV.

Ἐν τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ οὕτω νιτρώδες ἐστὶ τὸ ὕδωρ, ὥστε τὰ ἱμάτια οὐδενὸς ἑτέρου ῥύμματος προσδεῖσθαι· κἂν πλέιω χρόνον ἐν τῷ ὕδατι ἐάσῃ τὶς, διαπίπτει.

Lacus Ascanii aquas ferunt adeo nitrosas esse, ut vestibus in hunc intinctis alia lotione nulla sit opus, diffluere vero, si quis diutius paulo immerserit.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

In ſtagno Aſcanio ita nitroſa eſt aqua, ut veſtes nulla alia indigeant purgatione; quas ſi diutius in aqua quiſpiam reliquerit, evaneſcunt.

ἑτέρου ῥύμματος] ῥύματος Iſing. I. B.

alia lotione nulla] *alio ſmegmate nullo.* NIC.

De lacu Aſcanio Bithyniae, cui nobilis urbs Nicaea adiacet, vid. Cellarii *Geogr.* II p. 301. Recentiorem eius notitiam dedit Pocock in *itinerario* Germanice edito III p. 180, ubi tab. 60 lacum delineatum vides. Quae de eo noſter hic habet, ea etiam retulit Antigonus Caryſtius cap. 172: *καὶ τὴν Ασπανίαν πότιμον οὖσαν, τὸ προσενεχθὲν αὐτῇ πλύνειν ἄνευ ῥύμματος· ἐὰν ἐαθῇ δὲ ἐν αὐτῇ πλέιω χρόνον, διαπίπτειν αὐτόματον. Aſcanii lacus aquam eſſe potui aptam; quidquid ei applicetur, id abſque ſapone elui; ſed, ſi in ea aqua diutius relinquatur, ſponte ſua diſſipari.* Plinius lib. 31 cap 10. II p. 564: *Mirum in lacu Aſcanio et quibusdam circa Chalcida fontibus, ſummas aquas dulces eſſe potarique, inferiores nitroſas.* Quae ſi cum Antigoni verbis comparamus, intelligimus, ſuperiorem tantum lacus aquam fuiſſe potabilem, cum inferior fuerit nitroſa ſeu alcalina, quia ſalis particulae ſubſident.

Nitrum veterum ſine omni controverſia eſt ſal alcalinus mineralis, qui hodie plerumque *Natrum* vocatur, atque variis in aquis et terris, praeſertim in regionibus auſtralibus, reperitur. *Nitrum* quod hodie dicimus in mineralogia, ex acido nitroſo et alcalino ſale lixivioſo compoſitum, fuit prorſus ignotum veteribus et Graecis et Latinis, neque multo ante quam pulvis pyrius inventus eſt, innotuit, id quod graviſſimis argumentis alio loco comprobabo. Ex iſto ſale alcalino minerali et oleo conficiunt gentes orientales ſaponem, ad quem noſtrates adhibent ſalem alcalinum lixivioſum ſeu quem plantarum cineres praebent. Quam ob cauſſam mirum non eſt, aquam alcalinam eluere ſordes veſtium, atque etiam nunc in Aegypto vulgaris natri uſus eſt ad lintea purganda. Vid. Haſſelquiſtii *itinerarium* p. 548. Spectant huc quoque verba Strabonis lib. XI p. 801: *In Armenia nitroſa eſt palus (νιτρῖτις), ita ut eluat ſordes veſtium et fullonis operam iis purgandis praeſtet; itaque aqua eius potui non eſt.* Vnde etiam nitri frequens mentio in re balnearia, ut apud Ciceronem in *epiſt. famil.* VIII, 14 et Cyprioni *epiſt.* 76, ubi afronitrum dicitur. Atque iſte aquae nitroſae uſus eo magis olim fuit neceſſarius, quoniam ſapo, Galliarum inventum, nondum notus fuit. Conf. Plin. lib. 28 cap. 12.

Quod

Quod Aristoteles narrat, vestes diutius in lacu retentas, διαπίπτειν, hoc ita intelligo, ut vestes quae in aqua pura diu natare solent, in lacu Ascanio fundum celerius petant, cum aqua alcalina harum poros penitius intrat, quo facto vestes graviores fiant, necesse est.

CAPVT LV.

Περὶ τὴν Ασκανίαν λίμνην Μυθήπολίς ἐστι, κώμη ἀπέχουσα Κίου ὡς σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι· ἐν ᾗ τοῦ χειμῶνος ἀναξηραίνεται πάντα τὰ φρέατα, ὥστε μὴ ἐνδέχεσθαι βάψαι τὸ ἀγγεῖον· τοῦ δὲ θέρους πληροῦται ἕως τοῦ στόματος.

Circa Ascanium lacum Mythepolis est, qui vicus Cio circiter centum et viginti stadia distat. Hic hieme putei omnes ita exsiccantur, ut ne haustrum quidem tingi queat: aestate vero ad labra usque implentur. NIC.

NATALIS DE COMITIBVS.

Mythepolis est oppidum ad Ascanium stagnum, quae per centum et viginti stadia distat a Cio, quo in oppido ita exsiccantur per hiemem putei, ut hydriae nequeant immergi, per aestatem ad ora usque replentur.

ἐστὶ κώμη] In edit. Sylburgii ἐστὶν κόμη, in edit. Casauboni ἐστὶ κόμη, sed in editione Graeca, quae prodiit Basileae apud Joh. Beb. et Mich. Ising. p. 548 ἐστὶν κώμη et Duval, qui alioquin Casaubonum sequitur, ἐστὶ κώμη. I. B.

Antigonus Caryst. cap. 188: λέγειν δὲ τὸν Εὔδοξον, καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ Μυθοπόλει φρεάτων, ὅτι παραπλήσιόν τι τῷ Νείλῳ πάσχουσι. τοῦ μὲν γὰρ θέρους, ὑπὲρ τὰ χείλη πληροῦσθαι· τοῦ δὲ χειμῶνος, οὕτως ἐκλείπειν, ὥστε μηδὲ βάψαι ῥᾴδιον εἶναι. *Eudoxum porro de puteis, qui sunt Mythopoli, scribere: similes eos cum Nilo aliquid habere. Aestate enim, ultra labra impleri; hyeme, ita deficere, ut tingere quoque non sit facile.*

De

De Cio conferatur, praeter auctores a Cellario in *Geograph.* II p. 284 laudatos, etiam Dion. Caſſii *hiſt.* lib. 74 cap. 6 et ibi Reimarus pag. 1247. Sed de vico, qui hic Mythepolis et ab Antigono Mythopolis vocatur, nihil iam afferre queo, niſi ſuſpicionem mihi enatam, eſſe nimirum legendum: Juliopolis, quae urbs in vicinitate lacus Aſcanii urbisque Cii fuiſſe omnino videtur. Cf. Cellarius.

Loquitur noſter de fonte periodico ſeu majali, qui hieme areſcebat et aeſtate redundabat, atque ortum a nive, quae in montibus vicinis, fortaſſe in Olympo, aeſtu ſolis liqueſcebat, ortum traxiſſe videtur. Talium fontium et amnium ἀναπαυομένων exempla collegerunt phyſici; e. c. Scheuchzer in *itinere Alpino* p. 23, 173, 315. Idem in *Hydrographia Helvetica* p. 124. Lulofs Kenntniß der Erdkugel p. 314. Atque a Plinio lib. 2 cap. 103 p. 120 commemoratur *fluvius Scatebra abundantior aeſtate;* et ibid. p. 121: *Novanus omnibus ſolſtitiis torrens, bruma ſiccatur.*

Denique neſcio, quo modo factum ſit, ut interpres anonymus hoc caput totum praetermiſerit, neque editores hanc omiſſionem indicaverint. Deſideratur in editionibus Caſauboni, Wechelii, Duvallii et in latina, quae prodiit Lugduni 1578, cum tamen in omnibus exemplaribus graecis illud adſit. Nos, praeter interpretationem Natalis de Comit. addidimus quam obtulit eruditiſſimus Niclas.

CAPVT LVI.

Ὁ πορθμὸς ὁ μεταξὺ Σικελίας καὶ Ἰταλίας, ἄυξεται καὶ φθίνει ἅμα τῷ σελήνῳ.

Fretum inter Siciliam et Italiam una cum luna intumeſcit et ſubſidet.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fretum illud, quod eſt inter Italiam ac Siciliam, una cum luna augeri et decreſcere dicunt.

Quae de fluxu et refluxu maris in freto Siculo a Graecis et Latinis memoriae prodita ſunt, collegit diligentia Cluveri in *Sicilia antiqua* lib. 1 cap. 5, quae etiam inſerta eſt *Theſauro antiquitatum Siciliae* vol. I. Equidem claſſicum adſcribam locum Strabonis lib. 1 p. 95: *Ob eandem cauſſam euripos quoque fluctuoſos eſſe ait Eratoſthenes; maxime Siculum fretum; quod eodem, quo Oceanus, modo aeſtibus agitari dicit. Bis enim ſingulis*

diebus ac noctibus mutare fluctum; quemadmodum Oceanus bis inundat, bisque in se remeat. Exundationem quidem, aquis e Tyrrheno mari in Siculum tanquam e sublimiori superficie delatis, fieri fatendum est; eumque aestum descendentem nominari; fatendum item, eodem eum tempore incipere ac desinere, quo maris adfluxus (incipit enim oriente atque occidente luna; desinit, cum ea ad medium caeli sive supra sive infra terram adplicat) eumque e contrario abeuntem aestum vocari; qui utroque lunae ad medium caeli adpulsu incipit, sicut maris resorbitio; et cessat luna oriente vel occidente. Ex nostro Aristotele hausit sine dubio Antigonus Caryst. cap 138: Φασὶν δὲ καὶ περὶ τὸν τῆς Ἰταλίας πορθμὸν φθίνειν, καὶ πληροῦσθαι· κατὰ τὴν μείωσιν τῆς σελήνης, καὶ αὐξησιν. *Ferunt, circa fretum Italiae decrescere et impleri, secundum lunae incrementa et decrementa.* Qui veterum relationes cum recentiorum observationibus conferre vult, adeat Popowitsch Untersuchung vom Meere. 1750. 4. p. 153, 165, 216. Conf. infra cap. 142.

CAP. LVII.

Καὶ διότι ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Συρακούσας κρήνη ἐστὶν ἐν λειμῶνι οὔτε μεγάλη, οὔτε ὕδωρ ἔχουσα πολύ. συναπαντήσαντος δὲ εἰς τὸν τόπον ὄχλου πολλοῦ, παρέσχεν ὕδωρ ἄφθονον.

Porro in prato iuxta viam quae Syracusas ducit, fons est, neque amplus, neque aqua larga scaturiens, ad quem cum turba numerosa confluxisset, auctus subito praebuit aquarum abunde liberalem copiam.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fons quidam cernitur non magnus admodum in via, quae ducit Syracusas in quodam prato, qui aquam habet perpaucam, qui cum magna accessisset turba in eum locum, abundantissimam aquam effudit.

Καὶ διότι] διότι pro ὅτι positum. SYLB.

Haec

Haec habes apud Sotionem edit. Sylburgii p. 124, qui ipsum Aristotelem auctorem laudat: Εν τῇ ἐπὶ Συρακουσῶν ὁδῷ κρήνη οὐ μεγάλη ἐστὶν, οὐ δὲ ὕδωρ πολὺ ἔχουσα· ὄχλου δὲ ἐπελθόντος εἰς τὸν τόπον, καὶ ψόφου γινομένου, παρέχει ὕδωρ ἄφθονον, ὡς φησιν Αριστοτέλης. Tale aliquid accidere in locis uliginosis, minime mirum est. Neque momentum perdam inquirendo, quinam fuerit fons et quodnam pratum. Num forte sermo est de prato Syracusano inter Anapum fluvium et Neapolim, Syracusarum partem, de quo Thucydides lib. 6: *Syracusani omnem populum ex urbe in pratum iuxta Anopum flumen egressum, recensuerunt.* Conf. Cluveri *Sicilia* lib. 1 cap. 13. Verbum συναπαντᾶν desideratur in lexico Ernestino.

CAP. LVIII.

Εστι δὲ καὶ κρήνη τὶς ἐν Παλικοῖς τῆς Σικελίας, ὡς δεκάκλινος· ἄυτη δ' ἀναβρίπτει ὕδωρ εἰς ὕψος ἐξ πήχεις, ὥστε ὑπὸ τῶν ἰδόντων νομίζεσθαι κατακλυσθήσεσθαι τὸ πεδίον· καὶ πάλιν εἰς ταὐτὸ καθίσταται. ἔστι δὲ καὶ ὅρκος, ὃς ἅγιος αὐτόθι δοκεῖ εἶναι. ὅσα γὰρ ὄμνυσί τις, γράψας εἰς πινακίδιον, ἐμβάλλει εἰς τὸ ὕδωρ. ἐὰν μὲν οὖν ἐυορκῇ, ἐπιπολάζει τὸ πινακίδιον· ἐὰν δὲ μὴ ἐυορκῇ, τὸ μὲν πινακίδιον, βαρὺ γενόμενον, ἀφανίζεσθαί φασι, τὸν δ' ἄνθρωπον πίμπρασθαι. διὸ δὴ λαμβάνειν τὸν ἱερέα παρ' αὐτοῦ ἐγγύαν ὑπὲρ τοῦ καθαίρειν τινὰ τὸ ἱερὸν.

Est et fons in Palice Siciliae, amplitudine decaclini. Aquas ad sex cubitorum altitudinem eiicit, ut inundaturus planitiem omnem videatur, verum eodem loco diffluens consistit; porro iureiurando hic sacer haberi solet. Quae enim cunque libet, tabellae inscribunt, inque fontem abiiciunt; ea si vero iureiurando confirmentur, natans in superficie tabula testabitur; sin secus, velut pondere depressa eripitur ex oculis, igneque corripitur periurus. Quocirca fideiussorem capit sacerdos, qui iusta numinis vindicta sacrum execrandumque, si peierarit, asportet.

NATALIS DE COMITIBVS.

Eſt et in Paliſcis etiam Siciliae fons, qui decem thororum locum occupat, aquamque in ſublime profundit ad decem ulnas, ita ut videntes planitiem exiſtiment inundatum iri, atque in ipſum fonte (fontem) aqua revertit. Eſt et iusiurandum quod ſanctum arbitrantur, quoniam ſi quis iusiurandum in tabella inſcripſerit, et in aquam coniecerit, ſi recte iuraverit, tabella ſupernatat; ſin falſo, tabella gravis facta evaneſcit, hominemque comburi inquiunt. Quam ob rem ſacerdotem aiunt ab ipſo fideiuſſionem capere pro ſumptu, ubi aliquod iusiurandum eſt expiaturus.

ἐν Παλικοῖς τῆς Σικελίας] Eadem Sotion ex Iſigono affert. In eo autem loco duplex lectio eſt in exemplari, Παλικοῖς in contextu, Παλίσκοις in margine. Eandem etiam lectionis varietatem memini me et apud alios hiſtoricos reperire. Quod autem ad nomen δεκάκλινος attinet, apud Stephanum haec verba (auctore tamen non nominato) proferentem, legitur ὡς Δεκάκλινος, poſita a typographo nimirum maiuſcula littera, quaſi nomen ſit auctoris, et ſubaudiatur, ut ſaepe ſolet, verbum γράφει vel λέγει vel ἱστορεῖ. Omnino inepte, ut ex cap. 1 potes cognoſcere. Verba quae ſequuntur in aliis editionibus ita leguntur: ὅσα γὰρ γράμμασί τις γράψας εἰς πινακίδιον ἐμβάλλει εἰς τὸ ὕδωρ. At ego veteris exemplaris lectionem in huius locum repoſui, quam etiam Stephani auctoritate comprobari poſtea comperi, (ſed ne hic quidem auctoris nomine adſcripto) afferentis. STEPH.

ἐν Παλικοῖς] Leonici et Camotii editiones habent Παλίσκοις, quam lectionem etiam Henr. Stephanus ſe in ſui exemplaris margine inveniſſe tradit. Sed veriorem ſcripturam eſſe Παλικοῖς, et hic et in Sotione declarat apud Macrobium et Stephanum Byzantinum Aeſchylus, dum Palicos deos denominatos ait διὰ τὸ, ἀποθανόντας, πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἰκέσθαι. Extat vero locus apud Stephanum in Παλικῇ, Siciliae oppido. Apud Macrobium autem Saturn. lib. 5 cap. 19, ubi multa tum de diis iſtis, tum de fonte, etiam e Graecis ſcriptoribus. SYLB.

ὡς δεκάκλινος] conf. ſupra cap. 1 pag. 7.

πάλιν

πάλιν εἰς ταὐτὸ καθίσαται] Apud Stephanum Byzantium loco iam citato eſt εἰς ἑαυτὸ, *in ſe*; cetera iisdem prope verbis ibi leguntur, ſed ſine auctoris nomine. SYLB.

τὸν ἄνθρωπον πίμπρασθαι] i. e. *arcano igne intus aduri*, ſecundum Bochart. *Can.* I, 28 p. 588. De poena parum conſtat inter auctores. Apud Diodorum et alios oculis capti delubro excedunt, Macrobio teſte, mox in lacu amittebat vitam falſus iurator. Secundum Polemonem ib. p. 514 παραβάτης γενόμενος τῶν θεῶν ἐμποδὼν τελευτᾷ, *e veſtigio exſpirat*. Praeſens fuiſſe ſupplicium, omnes conſentiunt. NIC.

amplitudine decaclini] *ea, quae decem accubantes capiat.*

eodem loco diffluens conſiſtit] *rurſus in ſe revertitur.*

Quae enim cunque libet] *quaecunque quis iurat, inſcribit tabellae inque fontem abiicit.*

fideiuſſorem capit] *fideiuſſorem ab ipſo capit ſacerdos de purgando expiandoque templo.* NIC.

Fons et lacus Palicorum in Sicilia, in vicinitate oppidi Palicae, inter Catinam et Agrigentum, verſus fluvium Erycen. Vocabatur Palicinus fons, lacus ſeu ſtagnum vel crateres Palicorum, Παλικίνη κρήνη, λίμνη Παλίκων, κρατῆρες Παλίκων. Quidquid veteres de hoc loco maxime religioſo et periuris formidabili litteris mandarunt, collegit diligenter admodum Cluverus in *Sicil.* lib. 2 cap. 9. Conf. quoque Bocharti *Geographia ſacra* lib. 1 cap. 28 pag. 588. Maximi momenti eſt relatio Diodori Siculi lib 2 et Macrobii *ſaturn.* lib. 5 cap. 19. Quae noſter prodidit, eadem leguntur ipſis iſtius verbis apud Stephanum Byz. *de urbibus* v. Παλική. At pro ὥσε ὑπὸ τῶν ἰδόντων νομίζεσθαι, *ut videatur ſpectantibus inundaturus planitiem*, habet Stephanus: ὥσε ὑπὸ τῶν θεωρούντων νομίζειν κατακλυσθήσεσθαι τὸ πεδίον, quae Holſtenio minus placent. Verba quae haec excipiunt apud Stephanum, haec ſunt: καὶ πάλιν εἰς ἑαυτὸ καθίσαται. Εσι δὲ καὶ ὄρκος ἅγιος αὐτόθι· ὅσα γὰρ ὀμνύει τις, εἰς πινάκιον γράψας, βάλλει αὐτὸ εἰς τὸ ὕδωρ. ἐὰν μὲν οὖν ἐυορκῇ, ἐπιπολάζει· ἐὰν δὲ μὴ ἐυορκῇ, τὸ μὲν πινάκιον ἀφανίζεται, αὐτὸς δὲ πίμπραται. Vltima huius capitis verba: *Quocirca fideiuſſorem capit ab ipſo ſacerdos de expiando purgandoque fano*, deſunt in Stephani libro.

Inter recentiores fontem optime deſcripſit Fazellus *Decad.* 1 lib. 3 cap. 2, unde praecipua referam: *Lacus inter Menaeum oppidum et hoſpitium Gutterrae, non magni ambitus, ad radices cuiusdam collis, paullo infra Symaethi capita, adhuc exſtat, Napthia aetate mea vulgo appellatus, qui adſiduam ſcaturiginem turbulentarum ac pene ſulphurearum aquarum, tribus in medio crateribus, ad tres circiter cubitos in altum eiectans, non aliter quam ſub-*

subiectis ignibus fervens ebullit olla. Cuius aquae, ad perpendiculum cadentes, nunquam effluunt; sed rursum in eundem sinum, qui eo tamen non fit amplior, recipiuntur ac residunt. Et aliquanto post: *Exstant hodie templi ipsius magna circa lacum et eo pro maiori parte obruta monumenta. Lacus autem ipse ad angulum planitiei est circa collis radices, turbidus et mali odoris, ambitus passuum non minus centum, in cuius quoque medio tres sunt, veluti ollae sub igne fervente, aquarum scaturigines, quae continua etiamnum eructatione ad tres circiter cubitos in altum comitante perpetuo aestus murmure, aquas efferunt, rursumque cadentes in sinum recipiunt;* reliqua. Hodiernam huius lacus faciem qui noscere vult, legat *Opuscoli eruditi Latini ed Italiani del* Giuseppe Allegranza, *raccolti e publicati dal* Isidoro Bianchi. Cremona 1781. 4. pag 209, itemque *Observations sur la physique, sur l'histoire naturelle et sur les arts par* Rozier. 1784. vol. xxv. m. Septem. p. 202. Esse eiusmodi scaturigines etiam in Islandia, constat ex itinerario, quod Olaffen et Povelsen ediderunt. Denique olim complures fuerunt fontes, qui aquam vel calidam vel saltem ebullientem habebant, ad quos iuraturi accedebant. In duo exempla incidi, dum Philostrati librum *de vita Apollonii* pervolvebam, nimirum lib. 1 cap. 6, ubi sermo de fonte Tyanis, et lib. 3 cap. 14. Vocatur talis aqua ibi ὅρκιον ὕδωρ. Conf. infra cap. 163.

CAP. LIX.

Δημόνησος ἡ Καρχηδονίων νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τοῦ πρώτου ἐργασαμένου, τὴν ἐπωνυμίαν ἔιληφεν· ἔχει δὲ ὁ τόπος κυανοῦν τὸ μέταλλον, καὶ χρυσοκόλλης. ταύτης δ' ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον εὑρίσκει τιμήν. καὶ γὰρ φάρμακον ὀφθαλμῶν ἐστιν. ἔστι δὲ αὐτόθι χαλκὸς κολυμβητὴς ἐν δυεῖν ὀργυιαῖς τῆς θαλάσσης· ὅθεν ὁ ἐν Σικυῶνι ἔστιν ἀνδριὰς ἐν τῷ ἀρχαίῳ ναῷ τοῦ Ἀπόλλωνος·

Demonesus Carthaginiensium insula a Demonesо primo cultore nomen traxit, ubi caeruleum metallum reperitur, et chrysocolla ad auri venas pulcerrima, oculisque medicandis cum primis utilis. Sed et aes natans ibidem est stagno passibus duobus in mare porrecto; unde conflatae statuae sunt, in Sicyone vetusto Apollinis templo; inque Pheneo orichalcei appellantur, inscriptione eiusmodi insigni-

καὶ ἐν Φενεῷ οἱ ὀρείχαλκοι καλούμενοι. ἐπιγέγραπται δὲ αὐτοῖς, Ηρακλῆς ὁ Αμφιτρύωνος, Ηλιν ἑλὼν ἀνέθηκεν. αἱρεῖ δὲ τῆν Ηλιν, ἡγουμένης κατὰ χρησμὸν γυναικὸς, ἧς τὸν πατέρα Αὐγείαν ἀπέκτεινεν. ὁ δὲ τὸν χαλκὸν ὀρύττοντες, ὀξυδερκέστατοι γίνονται, καὶ οἱ βλεφαρίδας μὴ ἔχοντες, φύουσι. παρὰ καὶ οἱ ἰατροὶ τῷ ἄνθει τοῦ χαλκοῦ καὶ τῇ τέφρᾳ τῇ Φρυγίᾳ χρῶνται πρὸς τοὺς ὀφθαλμούς.

insignitae: Hercules Amphitryoniades, Heli capta constituit. Eadem duce femina, cuius parentem necarat, Augiam occupavit. Fossores metalli huius visu reddunturacutissimo; et, si palpebris forte careant, tum nascuntur. Quapropter simul aes cineremque Phrygium oculis medicandis adhibent.

NATALIS DE COMITIBVS.

Demonesus insula Carthaginensium cognomen ab eo Demoneso accepit, qui primus illam incoluit; qui locus metallum habet caeruleum et chrysocolam quam optimam et ad auri precium quis invenerit. Est enim oculorum medicamentum. Est etiam aes ibidem natans intra duarum ulnarum spatium maris, ex quo statua confecta est Apollinis in Sicyone in antiquo templo. Quin etiam in Pheneo orichalci nuncupati sunt, in quibus inscriptum est, Hercules Amphitryonis Helide capta deposuit. Potitus est autem Helide iuxta oraculum muliere duce, cuius patrem Augeam obtruncaverat. Illi vero qui aes effodiunt, acutissimum sortiuntur visum, et iidem carent palpebris; quare medici aeris flore cinereque Phrygio utuntur ad oculorum remedium.

Δημό-

Δημόνησος] Noſtrum Stephanus in Δημόνησος ante oculos habuit, ſed ex parte quoque verba ac ſententiam eius depravavit. Vnde illius interpretes illum caſtigarunt. At viciſſim a Stephano Ariſtoteli medicina parata eſt. NIC.

ἡ Καρχηδονίων] Χαλκηδονίων ex Stephano reſtituendum eſſe monuerunt iam Salmaſius *ad Solin.* p. 137. Bochart. *Can.* I, 26 p. 536. Holſtenius, de Pinedo et Berkelius ad Stephanum. Alias quoque haec nomina paſſim permutantur. Nimirum non modo Χαλκηδών, ſed etiam Καλχηδών ſcribebant, unde lapſus facilis eſt in Καρχηδών. Sic voces Καρχηδόνιος et Χαλκηδόνιος permutatae ſunt in Clementis Alex. *cohort. ad gentes* edit. Potteri p. 58 et 698. NIC.

ἔχει δὲ ὁ τόπος] δὲ abeſt in edit. Iſing.

κυανοῦν τὸ μέταλλον] κυανοῦν agnoſcit etiam verſio: *caeruleum metallum.* Apud Stephanum Byz. eſt κυανῦ. Malim ego κυάνου, *cyani.* SYLB.

κυανοῦν τὸ μέταλλον] Lapis lazuli, vulgo azurum, de quo Salmaſius *homon.* p. 217. Boetius *gemmarum et lapid. hiſt.* 2, 119. Caeſius *mineral.* 2, 4. 5 p. 196 et 4, 2, 9 p. 600. De Laet *de gemm. et lapid.* I, 26 p. 90. NIC.

καὶ χρυσοκόλλης] De qua Salmaſius *homon.* c. 121. Caeſius *miner.* 2, 4, 6 p. 199. etc. NIC.

ταύτης δ' ἡ καλλίϛη πρὸς χρυσίον ἑυρίσκει τιμὴν] Hanc lectionem ex veteri libro ſubſtitui in huius locum: ταύτη δὲ καλλίϛη πρὸς χρυσίον ἑυρίσκεται. Eſt autem rarum quidem, ſed tamen elegans in hac ſignificatione verbum: ἑυρίσκει. STEPH.

ἑυρίσκει τιμὴν] Leonici editio habet ἑυρίσκει τίς; Camotii edit. ἑυρίσκεται. Noſtrae lectionis, quam Henr. Stephanus e vetere codice ſubſtituit, clara veſtigia ſunt apud Stephanum Byzantium. SYLB.

χαλκὸς κολυμβητῆς] Antigonus *mirabil. narrat.* c. 146 ſcribit τοὺς κολυμβητὰς ἀναφέρειν ἐν δύο ὀργυιαῖς χαλκόν. SYLB. Non *aes natans* eſſe, quod in verſione erat; ſed *aes, quod urinando effoditur*, viderunt Palmerius apud Bochartum l. l. et Salmaſius *homon.* p. 228, qui vero pro κολυμβητῆς, κολυμβητὸς legit. Quid? quod τοὺς κολυμβητὰς ἀναφέρειν ἐν δύο ὀργυιαῖς χαλκὸν diſerte dicit Antigonus Caryſt. c. 146. NIC.

ἐν δυεῖν ὀργυιαῖς] Senſus eſt, aut mare ibi duas orgyias profundum eſſe; aut venam aeris tot paſſus intra mare porrigi. NIC.

Carthaginienſium] *Chalcedonenſium.*

chryſo-

chryſocolla ad auri venas] *chryſocolla. Huius optima venit contra aurum.*

oculisque medicandis] *nam oculis medicandis cum primis utilis eſt.*

aes natans . . . in mare porrecto] *aes per urinatores ibi ex fundo maris duas orgyias alti eruitur.*

in Sicyone] *illae Sicyone in vetuſto . . . et Phenei, quae orichalci* (ex orichalco factae) *appellantur.*

Heli] *Eli capta conſtituit. Cepit autem Elin, oraculo monitus, eadem duce femina, cuius patrem Augiam necavit.*

Quapropter ſimul aes] *medici florem aeris.* NIC.

Complures errores hoc in loco eiusque interpretatione offenduntur, quorum emendationes e libris virorum doctorum eo animo collegi, ut eas lectoribus poſſem offerre. Demoneſus vocatur hoc loco inſula Καρχηδονίων ſeu, ut alia exemplaria habent, Καρυηδονίων, id eſt Carthaginienſium. At nulla horum inſula hoc nomine commemoratur ab aliis auctoribus, quam ob cauſſam non nulli eam inſulam intelligendam eſſe putarunt, quae a Strabone p. 1189 appellatur Cothon, quae Carthagini adiacere ſcribitur. Cf. Hill in annotationibus ad Theophraſti librum *de lapidibus* p. 150. Neque omni argumento caret haec coniectura. Nam in Theophraſti, Antigoni Caryſtii, Pliniique libris, ubi de chryſocolla vel de ſmaragdis, qui lapides cum chryſocolla ſimul reperiri dicuntur, ſermo eſt, conſtans etiam mentio fit Carthaginienſis inſulae. Poſſis itaque ſubdubitare, quin illud, quod tam multis libris commune eſt, ſit falſum. At nomina Καρχηδόνιος et Χαλκηδόνιος ſaepiſſime in libris manu ſcriptis eſſe permutata, negari nequit; ex. gratia in Aeliani *var. hiſtor.* lib. 13 cap. 31 et lib. 14 cap. 9 itemque apud Laertium ac Suidam. Deinde nemo ſcriptor quidquam de metallis parvae inſulae, quae Straboni Cothon dicta eſt, retulit. Eſt igitur multo veri ſimilior, immo vera omnino ſententia Salmaſii in *Exercit. Plinianis* pag. 137, Holſtenii in *annotationibus ad Stephanum* pag. 97, Bocharti in *Geographia ſacra* lib. 1 cap. 26 p. 556, Niclaii noſtri aliorumque virorum ſummae eruditionis et exiſtimationis, eſſe etiam hoc loco pro Καρχηδονίων legendum Χαλκηδονίων. Atque haec coniectura comprobatur rationibus ſane graviſſimis. Chalcedo fuit urbs ad Pontum e regione Byzantii, auctore Stephano, v. Χαλκηδών. Duas autem inſulas Demoneſi nomine celebrat Heſychius circa Chalcedonem, quarum altera Chalcitis, altera Pityuſa dicebatur. Sic enim ille: Δημονήσιος χαλκός. δύο εἰσὶ πρὸς τῷ Βυζαντίῳ νῆσοι. Κοινῇ μὲν Δημόνησοι λεγόμεναι, ἰδίᾳ δὲ διαλλάττουσαι, ἡ μὲν γὰρ Χαλκῖτις, ἡ δὲ Πιτυοῦσα. i. e. *Duae ſunt prope Byzantium inſulae, communiter quidem Demoneſi dictae, peculiater vero differentes, altera quidem Chalcitis, altera*

tera vero Pityusa. Plinio etiam Demonesus et Chalcitis duae insulae in Propontide memorantur, quae sine dubio eaedem sunt. Stephano Byzantino, qui e nostro Aristotelis libro hausit quidquid de cyaneo metallo et chrysocolla habet, dicitur Demonesus sita circa Chalcedonem, et sic in situ ab Hesychio non abit. Aeris quoque illius Demonesii, nempe ab insulae cognomine nomen adepti, meminit praeter Hesychium etiam Pollux lib. 5 cap. 5 pag 496. quamquam in eius quoque editionibus antiquis mendum fuerit, quod e codicibus correxerunt editores, cum pro χαλκοῦ Μονησίου nunc rectius legitur Δημονησίου. Quae cum ita sint, vix dubitare licet, quin nomen Demonesus sit ἐπωνυμία insulae Chalcitidis, quae a Graecis nostrae aetatis nominatur *Chalcis;* distans circiter quinque stadia ab *insula Principis*, quae in plurimis tabulis geographicis nominatim expressa est. Menippus etiam in *Periplo Bithyniae* Chalcitidem insulam, quam et ipse constituit contra Chalcedonem, dicit habere aeris metalla. Atque prorsus omnem dubitationem eximit Gyllius, qui auctor est, supersesse etiam nunc in ista insula metallorum reliquias scrobiumque aggeres. Immo adscribam verba Gyllii lectu digna e libro *de Bosporo Thracio*, qui insertus est *Thesauro antiquitatum Graecarum* vol. VI p. 3217: "Verum ut clarius perspiciatur Demonesus eadem insula esse, quae Chalcitis, ut nunc sunt, ostendam vestigia metallorum et situm insulae, quae tribus verticibus seu collibus intumescit; unus vergit ad Aquilonem, alter ad occasum, tertius ad orientem. Insulae latus meridianum est praeceps et abruptum in rupes, excepto sinu, admittente recessum maris portuosum, quoquoversus patentem paulo plus stadio, tutum ab omni vento, excipio Austrum. Circa hunc sinum existunt aggeres scrobium, pleni ruderibus caeruleis, reiectis ex effossione aeris et chrosocollae, et caerulei, atque inter ipsa rudera collegi eximium caeruleum et absolutam chrysocollam. Quodsi vadum maris ibi effoderetur, sine dubitatione inveniretur aurum illud ab Aristotele laudatum. Aggeres scrobium sunt in radicibus vallis supra sinum iam dictum eminentis et secantis insulam a mari meridiano ad mare septemtrionale."

Antequam ad reliqua explicanda progerdior, praemittam verba Stephani et Antigoni, quae ab Aristotele desumpta sunt, neque parum iuvant. Stephanus quidem ita: Δημόνησος, περὶ Χαλκηδόνα νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τινός. Ἔχει δ' ὁ τόπος κυανοῦ μέταλλον, καὶ χρυσοκόλλου. καὶ χρυσίον εὑρίσκεται τίμιον, ὀφθαλμῶν τε φάρμακόν ἐσιν. *Demonesus, insula circa Chalcedonem, a Demoneso quodam. Habet vero locus cyaneum metallum et chrysocollae, et in ea aurum invenitur pretiosum, quod oculorum medicamentum est.* Antigonus cap. 146: Ἐκ δὲ τῆς κατὰ Δῆλον νῆσον τὴν Καρχηδονίων, τοὺς κολυμβατὰς ἀναφέρειν ἐν δύο ὀργυιαῖς χαλκὸν, ἐξ οὗ καὶ τοὺς ἐν Φαινεῷ τοὺς ὑπὸ Ηρακλέους ἀνατιθέντας, ἀνδράντας εἰργάσθαι. *E mari, quod ad Delum insulam est, Carthaginensium urinatores aes ad duas ulnas efferre; e quo aere, statuae in Phaeneo ab Hercule positae, fuerint confectae.* Pro Δῆλον legendum esse Δημόνησον, docuit iam Meur-

Meurſius. Interpres vero noſtri Ariſtotelis longe aberravit a mente auctoris. Haec enim ita reddenda fuiſſet: *Habet locus iſte metallum cyani et chryſocollae; huius quidem optima tanti aeſtimatur ac aurum. Etenim medicamentum oculorum eſt. Ibidem eſt etiam aes in mari natans, usque ad duas orgyias, (vel aes quod urinando effoditur e fundo maris ad duas orgyias alti.)* Neque Stephanus recte intellexiſſe videtur mentem Ariſtotelis. Verba enim: ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον ἐυρίσκει τιμὴν, *praeſtantiſſima chryſocolla auro contra venditur*, reddidit ille: καὶ χρυσίον ἐυρίσκεται τίμιον, *quin et aurum ibi invenitur pretioſum*; quaſi Ariſtoteles dixiſſet κάλλιστον χρυσίον, optimum aurum, in Demoneſo provenire. Bochartus vero corrigendum cenſet Stephani locum, et pro χρυσοκόλλου καὶ χρυσίον ἐυρίσκεται τίμιον legi vult: χρυσοκόλλη κατὰ χρυσίου ἐυρίσκεται τιμὴν, *chryſocolla iuxta pretium auri invenitur*. Ne quis ergo adductus Gyllii auctoritate, qui Stephano fidem habuit, aurum quaerat in littore inſulae Chalcitidis.

Iam perveniamus ad iſtam quaeſtionem, quidnam ſit κυανοῦν μέταλλον καὶ χρυσοκόλλης. Apud Stephanum legitur κυανοῦ μέταλλον, quod doctiſſimus interpres in κυανοῦν, quod hoc loco habemus, mutandum cenſet. Equidem κυανοῦν Ariſtotelis mallem commutare in genitivum caſum κυανοῦ, ut ſit *cyani* metallum. Neque habemus ullum metallum, cui hocce nomen poſſit convenire, ſive quis caeruleum ſive violaceum fuiſſe colorem velit. Neque cyaneum metallum aliis auctoribus celebratum invenio. Etſi enim quis huc referre velit verba Homeri, qui *Iliad.* XI, 24: τοῦ μέλανος κυάνοιο, ſcilicet metalli, meminit in Agamemnonis thorace, tamen ibi de ferro vel potius chalybe ſermonem eſſe puto; ferrum enim bene politum atque igni rite expoſitum varios trahit colores partim caeruleos, partim nigros, unde nomen metalli μέλανος κυάνοιο poſſit habere. Hoc modo artifices etiam noſtrates res e chalybe elaboratas colorare ſolent, quod vocant anlaufen laſſen. Neque artem metalla colorandi ignorarunt veteres, quod comprobavit Reiskius in annotationibus ad libros *de ceremoniis aulae Byzantinae* II pag. 65 a. Ariſtoteles autem mihi hoc loco non de ferro, neque de alio metallo, ſed de cyano loqui videtur.

Cyanus et *chryſocolla* veterum ad ochras cupri caeruleas et virides, quibus et lapis Armenus et malachites comprehenduntur, pertinent, etſi interdum *cyani* nomen etiam lapidem lazuli ſignificet. Cyanum Theophraſtus inter terras metallicas coloratas, inter ochram et rubricam, recenſuit, in libro *de lapid.* §. 71 et §. 90 p. 261. Cyanus cum chryſocolla frequenter ſimul reperiebatur in fodinis, quae cuprum dabant, quod intelligitur e Theophraſti § 70 p. 221, ubi κυανὸς ἔχων ἐν ἑαυτῷ χρυσοκόλλαν dicitur, et ibid. §. 47 chryſocolla ἐν τοῖς χαλκορυχείοις reperiri ſcribitur. Plinius, cui quidem nulla in re minor fides eſt, quam in mineralogia, II p. 620 laudatiorem chryſocollam in aerariis metallis inveniri auctor eſt. Neque quemquam morari debet, quod Plinius et Theophraſtus dicunt, oriri cyanum vel chryſocollam in argentariis quoque et aurariis metallis;

nam conſtat inter omnes, mineras cupri frequentes etiam eſſe in venis reliquorum metallorum. Vſus porro chryſocollae in medicina, quem Plinius laudat p. 621, ex. gr. ad oculorum morbos, prorſus convenit in cupri ochras, quae eodem nomine laudantur a Dioſcoride libro I *parabilium* p. 10, 11, ubi et ἰὸς et χαλκοῦ ἄνθος.

Praecipuus vere chryſocollae uſus olim fuiſſe videtur, quem ſibi vindicarunt aurifices agglutinando auro, unde etiam iſta ochra nomen traxiſſe ſcribitur. Videntur aurifices antiquiſſimi chryſocolla naturali, quae Theophraſto αὐτοφυὴς dicitur, uſi eſſe; ſed poſtmodum didicerunt confectionem chryſocollae ſeu ochrae artificialis e cupro et nitro, id eſt alcalino ſale minerali, atque ex urina, quae et ipſa indolis alcalinae eſt. Conf. Dioſcor. lib. 5 cap. 92 et Plin. p. 621. Etſi nemo mihi ſcriptor notus eſt, qui hanc ferruminandi rationem explicaverit, tamen eam mihi perſpicere videor. Aurifices enim noſtrates ad aurum ferruminandum adhibent aurum commixtum cum parca cupri parte atque argenti, cui glutini vel ferrumini addunt boracis pulverem. Veteres autem pro cupro adhibebant ochram cupri, quae vi ignis in metallum transibat ſeu reducebatur, uti loquuntur metallurgi. Ita etiam nunc qui orichalcum optimum conficiunt, ſolent uti non cupro, ſed potius viridi aeris ſeu aerugine. Deinde loco boracis addebant veteres natrum ſeu ſalem alcalinum, qui liquationem auri et cupri ad ferruminandum neceſſariam adiuvabat, non aliter ac hodie fit boracis ope. Argentum etiam additum eſſe olim, expreſſis verbis dicit Plinius.

Sunt itaque cyanus et chryſocolla ochrae cupri, ſecundum meam ſententiam, in qua probanda nolo multus eſſe, cum non poteſt ei, qui mineralogia imbutus ipſos veterum libros legere vult, non probari. Nec nomen μέταλλον, quo noſter uſus eſt, ſententiae noſtrae refragatur, cum non ſignificat modo illud, quod mineralogi vocant metallum, ſed ſaepius etiam fodinam, unde res mineralis quaecunque eruitur. Sic Theophraſto §. 91 p. 262 μίλτου καὶ ὠχρας μέταλλα. Etiam Latinis vocem metalli pro lapicidinis fuiſſe, docent Lexicographi.

Minera, unde Demoneſii cuprum conflarunt, nuncupatur a noſtro auctore χαλκὸς κολυμβητὴς, cuius nominis cauſſam ipſe attulit; petebant nimirum vel expiſcabantur eam e mari, excurrentibus venis in mare, quod inſulam circumfluit. Neque haec res exemplo caret. Expiſcantur Angli e mari ad oppidum Harwich pyritas, unde vitriolum elixant. Vid. Kalmii *itinerarium* Germanice editum I p. 546. Illo e cupro Demoneſio conflata fuit ſtatua Apollinis, quae Sicyone erat Sicyonem, Peloponneſi urbem, diu fuiſſe officinarum omnium metallorum patriam, auctor eſt Plinius lib. 36 cap 4, qua in laude conſentit Strabo lib 8 p. 586. De Apollinis ſimulacro, quod Sicyonii a ſummis artificibus elaboratum poſuerunt, loquuntur Plinius l. c. et Pauſanias lib. 2 *Corinth.* cap. 7. Pertinent quoque huc verba e Polybii *Excerptis Peireſcianis*, quae a Valeſio edita ſunt Pariſiis 1634. 4. p. 97: ubi agit de Sicyoniis, qui Attalo τὸν κολοσσὸν αὐτοῦ τὸν δεκάπηχυν ἔσησαν παρὰ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν περὶ τὴν

τὴν ἀγοράν; itemque verba Lucii Ampelii: *Sicyone in Achaia in foro aedes Apollinis est.* Vid. Ampelii *liber memorialis* p. 18, qui Graevianae Flori editioni, Amstelodami 1702. 8. adiunctus est.

Pheneus, urbs Arcadiae, ubi ἀνδριάντες ὀρείχαλκοι fuisse leguntur, hoc est statuae ex aurichalco factae. Saepe enim Graecis ὀρείχαλκον pro ὀρειχάλκινον, ut Latinis *aurichalcum* pro *aurichalcino* seu eo, quod ex aurichalco factum est. Sic apud Suidam ὀρείχαλκος σήλη, itemque ὀρείχαλκοι κώδωνες. Atque Marcianus ICtus lib. 45 ff *de contrah. emt. Si vas aurichalcum pro auro vendidisset.* Ergo aes Demonesium fuit non cuprum purum, sed aurichalcum naturale, de quo vid. annotata ad cap. 50 et 63.

Fabulae de Hercule immorari meum non est; adeat, cui libet, Apollodori *biblioth.* lib. 2 cap. 5 et 7, 2. Pausan. V, 1. Diod. IV, 13. Mihi quidem non statim occurrit mythologus, qui fabulam de oraculo et filia Augiae ita exposuerit, ut Aristoteles eam innuere videtur. Tamen interpretationem emendabo, quantum potero. Sic mihi verba reddenda videntur: *Fuerunt etiam ex eodem metallo statuae in Pheneo orichalceae dictae, cum hac inscriptione: Hercules Amphytrionis filius, Eli capta, posuit. Potitus est enim Eli* (urbe in Peloponneso) *secundum oraculum, duce muliere, cuius patrem Augiam necaverat.*

Denique ultima verba mallem ita exponere: *Fossores metalli visum nanciscuntur acutissimum, et pili palpebrarum iis nascuntur, si his carent; quam ob caussam medici florem aeris cineremque Phrygium contra oculorum morbos adhibent.* Male Natalis de Comitibus: *et fossores palpebris carent.* Denotat βλεφαρὶς non solum palpebras, sed etiam cilia seu pilos palpebrarum. Eodem modo Plinius lib 29 cap. 6 p. 512 *palpebras* dixit pro pilis palpebrarum. Ochras et calces cupri, uti cadmiam, aes ustum, aeris florem, medici veteres medicinae oculorum utiles putarunt; documento sunt, quae leguntur apud Dioscor. lib. 5 cap. 88 p. 355 et Alex. Trallianum lib. 2 cap. 1.

De cinere quidem Phrygio nihil iam mihi constat; suspicor tamen, esse et ipsum nihil aliud, nisi terram metallicam vel cupri vel zinci, quae fornacum parietibus adhaerere et *Cadmia fornacum* vocari solet. Fuerunt saltem in Phrygia et aes et zinci ochra, quam Galmey dicimus, unde aurichalcum conflatum est, auctore Strabone, cuius verba laudabo ad cap. 63. Ista cadmia fornacum, quam cinerem Phrygium esse puto, non multum differt a *Tutia Alexandrina*, quae etiam nunc contra morbos oculorum usurpatur. Conf. quae hac de re disputavit Salmasius in *homonym.* p. 241, quae sententiae meae proxime accedunt.

CAP. LX.

Εϛι [γὰρ] αὐτόθι σπήλαιον ὃ καλεῖται γλαφυρόν· ἐν δὲ τούτῳ χιόνες πεπήγασιν ἀπὸ τινῶν ϛαλαγμῶν. ἀποδηλοῖ δὲ τοῦτο ἐν τῇ ἀναγωγῇ τῇ πρὸς τὸ ἔδαφος. ἔϛι γὰρ ταύτῃ ϛεγνότατον.

Eodem loco ſpelunca eſt, quam Glaphyram vocant, in qua columnae ex guttis deſtillantibus excreverunt, id quod apparet, quae ex imo pavimento tolluntur, ubi ſpatium etiam anguſtiſſimum.

NATALIS DE COMITIBVS.

Eſt ibidem ſpelunca, quae ſculpta nuncupatur, in qua columnae ſunt ex quibusdam guttulis. Significatur autem hoc in aſcenſu iuxta pavimentum, ubi eſt anguſtiſſimus.

Εϛι γὰρ αὐτόθι] forſan rectius ἔϛι δὲ αὐτόθι. SYLB.

χιόνες πεπήγασιν] Interpres κίονες legit, *columnae excreverunt.* NIC.

ἔϛι γὰρ ταύτῃ ϛεγνότατον] Leonicenſ et Camotii editiones ϛενώτατον; ut interpres quoque vertit *ſpatium anguſtiſſimum.* Iſing. margo: εἰϛὶ γὰρ ταύτῃ ϛενότατοι. SYLB.

columnae . . . excreverunt] *nives . . . compactae ſunt.* NIC.

id quod apparet] *id quod inde apparet, quod a ſolo exaggeratae ſunt, ubi maxime tecta eſt et clauſa.*

ubi ſpatium etiam anguſtiſſimum] Videtur oſtendere velle, ampliores fuiſſe, quam ut importari potuerint. (Haec leguntur in margine editionis Lugdunenſis, quam ad cap. 25 iam indicavimus. I. B.)

Loquitur noſter de antro, in quo deſtillantes guttae aquae tophaceae ſtirias efficiunt lapideas, quae longinquitate temporis adeo augentur, ut columnae multiformes exiſtant et pendentes et e fundo camerae aſcendentes. Huius modi lapides non exiſtunt ex ipſa aqua concreta, uti vulgus

gus putat, ſed e particulis calcariis, quas aqua per rupem calcariam ſtillans abripuit et depoſuit. Vocantur hodie a mineralogis *ſtiriae* aut *ſtalactitae*. Illo nomine veteres de aqua guttatim ſtillante et hiberno gelu concreta uſi ſunt; hoc vero primum occurrit in libris Boethii. Plinius quidem ſtirias ſalinas e chalcantho vocavit *ſtalagmias*. Ariſtoteles, ut ad eum revertamur, dicit, ortum harum columnarum ex aqua poſſe commode animadverti in introitu antri anguſtiori, cum in interioribus eius locis ob vaſtitatem camerae, oculi omnia non poſſint penitus agnoſcere. Pro χίονες legi debet κίονες, et pro σεγνότατον alia exempla habent rectius σενώτατον. Vocabatur antrum Demoneſium γλαφυρὸν, id eſt *antrum venuſtum*, puto, ob mirabiles columnarum formas. De eiusmodi antris loquitur etiam Plinius lib. 31 cap. 2 p. 550: *Deſtillantes quoque guttae in lapides dureſcunt in antris Coryciis; nam Miezae in Macedonia, etiam pendentes in ipſis cameris; at in Coryco; cum cecidere. In quibusdam ſpeluncis utroque modo, columnasque faciunt, ut in Phauſia Cherſoneſi Rhodiorum in antro magno, etiam diſcolori aſpectu.* Ergo in antro Corycio fuerunt ſtalactitae e fundo aſcendentes ſeu ſtantes; in antro Macedonico pendentes; ſed in quibusdam, inquit Plinius, ſpeluncis ſunt et ſtantes et pendentes columnae. Eiusmodi ſpeluncae multo plures recentiori tempore deſcriptae ſunt a phyſicis. Conf. Lulofs Kentniß der Erdkugel p. 203.

CAPVT LXI.

Ἐκ τοῦ ζεύγους δὲ τῶν ἀετῶν θάτερον τῶν ἀγόνων ἁλιάετος γίνεται παραλλάξ, ἕως ἂν σύζυγα γένηται. ἐκ δὲ ἁλιαιέτων φήνη γίνεται· ἐκ δὲ τούτων, οἱ περκνοὶ καὶ γύπες· οὗτοι δὲ οὐκέτι διορίζουσι περὶ τοὺς γύπας, ἀλλὰ γενῶσι τοὺς μεγάλους γύπας· οὗτοι δ' εἰσὶν ἄγονοι. σημεῖον δὲ τοῦτο, ὅτι νεοττίαν οὐδεὶς ἑώρακε γυπὸς μεγάλου.

Ex aquilarum paribus alternis haliaeetus et aquila naſcuntur, quoad par eiusdem generis coniugabile naſcatur. Ex haliaeetis fulica, ex his accipitres vulturesque generantur. Verum vultures non diverſum genus, ſed grandes rurſum vultures gignunt, eosque ſteriles; indicio eſt, quod vulturis magni nidus nemini mortalium viſus ſit.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Ex aquilarum pari, altera marina aquila fit infoecunda alternis vicibus donec coniungantur; atque ex marina aquila fit offifraga, ex his percae (percni) *et vultures. Iſti vero non etiam intra vulturum hunc terminum conſiſtunt, ſed magnos producunt vultures, qui ſunt infoecundi, cuiusce rei ſignum eſt, quod nullus unquam vidit magni vulturis nidum.*

Ἐκ τοῦ ζεύγους] Praeter Gesnerum de hoc loco omnino videatur Bochartus *Hieroz.* P. II lib. 2 c. 27 p. 314. NIC.

τῶν ἀετῶν ἄτερον] Plinius videtur legiſſe: ἐκ τῶν ἀετῶν ἑτερογόνων, dum vertit: *ex diverſo* (h. e. diverſi generis) *aquilarum coitu*, quod non displicet. Quamquam magis inclinat animus ut legatur ἄτερον τῶν ἐκγόνων, hoc ſenſu: ex coitu aquilarum, pullus alter fit haliaeetus (idque viciſſim, nunc mas ſcilicet, nunc foemina) donec utriusque ſexus haliaeeti prognati fuerint. Ex his deinde offifraga naſcitur; ex offifragis, percni, aquilarum generis, et vultures. Hi tandem etſi vultures gignant maiores, quoniam tamen ii ſteriles ſunt, οὐ διορίζουσι περὶ τοὺς γῦπας, non dicuntur peculiarem ſpeciem gignere. Speciem enim illam appello, quae poſſit ſibi ſimile procreare, inquit Gesnerus in Aquila 167, 36. SYLB.

σημεῖον δὲ τοῦτο] Rectius, opinor, σημεῖον δὲ τούτου. SYLB.

διότι νεοττίαν] Leon. et Cam. νεοττείαν. SYLB.

ἐώρακε γυπὸς μεγάλου] Pro μεγάλου alii habent μεγάλην. STEPH.

Difficilis locus, cuius explicationi, quam ſperare vix licet, immorari non libet. Etſi enim multi viri docti magnam impenderunt operam ad exponendam aquilarum vulturumque a veteribus traditam hiſtoriam, tamen vereor, ut multum effecerint. Sunt iſtae aves venatu rariores harumque multae ſpecies, quae difficillime diſtinguuntur, cum pleraeque valde ſimiles ſint, atque etiam propterea, quia pro varia aetate et colorem et totam fere corporis faciem non parum mutant. Haec mutatio veteribus errandi praebuit occaſionem, mutari ſpeciem unam interdum in alteram, ſpeciesque e coitu variorum generum oriri novas. Certum eſt etiam, neque

que a noſtris ornithologis aquilarum hiſtoriam prorſus eſſe abſolutam, nec harum nomina ſatis conſtituta, quo minus mirum ſit, neque veteres auctores ſibi in nominibus harum avium conſtare.

Haliaeetus aquilae genus, cui cervix magna et craſſa, alae curvae, clunes lati, viſus valde acutus, accolit mare et littora, unde etiam nomen; vivit venando aves marinas, quarum greges non invadit, ſed ex iis eas, quae ſolitariae vagantur. Ariſtot. *hiſt. anim.* edit. Scaligeri pag. 1071, 1078, 1079. Plin. lib. 10 cap. 3 p. 547.

Φήνη dicitur Euſtathio avis aquilae ſimilis, ἀετώδης, et Suidae: εἶδος ὀρνέου ἴσον ἀετοῦ, atque Ariſtoteli pag. 883: aquila maior, τὸ μέγεθος ἀετοῦ μείζων, colore cinereo. Eidem pag. 1077 dicitur habere viſum hebetem et ſuſcipere ſobolem eiectam ab aquila. Plinius loco, quem iam iam adſcribam, de oſſifrago ſeu oſſifraga, quam avem quosdam aquilarum generibus adiicere ſcribit, eadem enarrat, quae noſter de *Φήνη*. Idem oſſifragi ventrem arefactum contra difficultates veſicae commendat, quod Dioſcorides praedicat de ventre *φίνιδος*, atque is expreſſis verbis inquit lib. 2 cap. 58: *φίνις τὸ ὄρνεον, ὃ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν ὀσσίφραγον*. Ergo *Φήνη* Ariſtotelis eadem avis, quae *φίνις* Dioſcoridis. Quam ob cauſſam non dubito probare ſententiam Gazae, Scaligeri aliorumque, qui *Φήνην* dicunt *oſſifragum*. Sed prorſus non audiendi ſunt, qui *Φήνην* dicunt *fulicam*, uti interpres noſter. Rectius Servius ad Virg. I Georg. 363: *fulicae ſunt aves aquaticae, anatibus paullo minores, ſed corporis forma conſimiles*. De oſſifrago habes omnia in Gesneri *ornithol.* pag. 197.

Percnos (diverſus a percnoptero), quem Homerus et Plinius dicunt vocari etiam *μορφνὸν* ſeu morphnum, eſt Ariſtoteli p. 1069 et Plinio lib. 10 cap 3 p. 547, tertium aquilarum genus, ſecunda magnitudine et vi, cui vita circa lacus, et cui ingenium eſt, teſtudines raptas frangere e ſublimi iaciendo. Secundum Plinium, cuius verbis hactenus uſi ſumus, vocatur quoque plancus et anataria, quoniam circa ſtagna anates appetit et aquaticas aves. Cf. Gesneri *ornithol.* p. 190.

Denique *γύπες* ſunt *vultures* Latinorum. Quae enim de illis Ariſtoteles lib. 6 p. 663, ea de his Plinius lib. 10 cap. 6. Rapaces aves diurnas dispartiuntur veteres in tria genera: *ἀετὸς*, *aquila*, *γὺψ*, *vultur* et *ἱέραξ*, *accipiter*. Quae genera a natura ipſa adeo conſtituta ſunt, ut ea nullus non dignoſcat. Vulturum caput impenne, antice cute nuda; aquilis vero, quae in ſyſtemate Linneano *Falcones maiores* ſunt, ad quos etiam referendi ſunt veterum accipitres, caput eſt pennis arcte tectum. Plura, quibus differunt, expoſuit Buffon *hiſt. des oiſ.* I p. 221, ſeu in interpretatione Berolinenſi I p. 187. Hactenus feci, quod Lexicographis faciendum puto, in rerum naturalium nominibus, quae certo interpretari nequeunt. Debebunt de iis proferre ipſis verbis veterum ea, quibus, niſi ſpecies, tamen genus, ſin minus, tamen ordo vel claſſis, quo quaelibet res ſit referenda, poſſit definiri.

Iam vero de iis, quae noſter hoc loco memoriae mandavit, quae eadem

dem etiam a Plinio perſcripta videntur. Is enim lib. 10 cap. 3 p. 548 ita: *Haliaeeti ſuum genus non habent, ſed ex diverſo aquilarum coitu naſcuntur. Id quidem, quod ex iis natum eſt, in offifragis genus habet, e quibus vultures progenerantur minores; et ex iis magni, qui omnino non generant.* Hoc eſt e paraphraſi Harduini: Haliaeetus non ex ſui generis mare et femina progeneratur; ſed ex coitu cum diverſi generis aquila; nam quod ex haliaeeto mare ac femina gignitur, id imbecillius eſt, et a paterna deſciſcit indole degener; in offifragis ideo locum habet. Igitur parentibus nequior proles, mox datura etiam eſt progeniem vitioſiorem, vultures nempe minores, fecundos illos quidem, ex quibus alii magni, ſed iidem ſteriles, gignantur. Haec Plinius noſtro e libro hauſiſſe videtur Conrado Gesnero, qui probabili coniectura collegit, Plinium pro his verbis: ἐκ τῶν ἀετῶν θάτερον τῶν ἀγόνων legiſſe: ἐκ τῶν ἀετῶν ἑτερογόνων, itaque reddidiſſe: ex diverſo (hoc eſt, diverſi generis) aquilarum coitu. *Hoc*, inquit Gesnerus, *non displicet, quamquam magis inclinat animus ut legatur:* θάτερον τῶν ἐκγόνων; *quaſi hoc ſenſu: ex coitu aquilarum pullus alter fit haliaeetus, (idque viciſſim, nunc mas ſcilicet, nunc femina) donec utriusque ſexus haliaeeti prognati fuerint; ex his deinde offifraga naſcitur; ex offifragis perէni aquilarum generis et vultures. Hi tandem etſi vultures gignant maiores, quoniam tamen ii ſteriles ſunt,* οὐ διορίζουσι περὶ τοὺς γύπας, *non dicuntur peculiarem ſpeciem gignere; ſpeciem enim illam appello, quae poſſit ſibi ſimile procreare.* Haec interpretatio noſtra, (quam ſuam fecit quoque Sylburgius) inquit Gesnerus p. 167, ſi cui non placet, doceat meliorem.

Denique animalia coitu diverſarum ſpecierum prognata etſi non ſemper, tamen plerumque eſſe ſterilia, veteres non ignorarunt, quod vel his noſtri Ariſtotelis verbis intelligitur, qua de re vid. Halleri *elementa phyſiologiae* tom. VIII p. 104. Attamen vano argumento uſus eſt noſter, qui nidos harum avium quemquam attigiſſe negat. Sunt enim avium genera permulta, quae ex adverſo orbe advolant, nec unquam apud nos nidificant.

CAP. LXII.

Θαυμαστὸν δέ τι, φασὶν, ἐν Ινδοῖς περὶ τὸν ἐκεῖ μόλυβδον συμβαίνει. ὅταν γὰρ τακὲις ἐις ὕδωρ καταχυθῇ ψυχρὸν, ἐκπηδᾷν ἐκ τοῦ ὕδατος.

Stupenda vis apud Indos plumbi conſpecta eſt; liquefactum enim ſi aquae frigidae infundatur, exilire traditur.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Admirabile eſt illud etiam, quod accidit inter Indos, quod ad plumbum ibi naſcens ſpectat. Nam ubi in frigidam aquam liquefactum coniicitur, exilit extra aquam.

εἰς ὕδωρ καταχυθῇ] Leon. et Camot. κατασχεθῇ; parum apte. SYLB.

conſpecta eſt] *narratur.* NIC.

Hoc plumbum, quod liquefactum atque in aquam frigidam infuſum, exiliiſſe dicitur, videtur fuiſſe impurum. Habuit fortaſſe multum cuprum. Liceat hic aliquid adſpergere verbis Plinianis lib. 34 cap. 17 p. 669: *India neque aes, neque plumbum habet, gemmisque ſuis ac margaritis haec permutat.* Eadem quoque ad verbum Iſidorus lib. 16 cap. 21. Attamen habuit India plumbum, cuius noſter hic meminit; habuit quoque aes, de quo noſter cap. 50; ſed neutrius affatim; quapropter utrumque gemmis ſuis permutavit. Cuius permutationis documentum praebet Arrianus in *periplo maris Erythraei*, qui pag. 2 inter merces, quae ex Aegypto et orbe Romano in Indiam apportabantur, etiam aurichalcum et vaſa metallica nominat. Metallifodinas, quae hodie in India ſunt, annumeravit Brückmann in *Magnalibus Dei.*

CAPVT LXIII.

Φασὶ τὸν Μοσσύνοικον χαλκὸν λαμπρότατον καὶ λευκότατον εἶναι, οὐ παραμιγνυμένου αὐτῷ κασσιτέρου, ἀλλὰ γῆς τινὸς αὐτοῦ γινομένης καὶ συνεψομένης αὐτῷ. λέγουσι δὲ τὸν εὑρόντα τὴν κρᾶσιν, μηδένα διδάξαι. διὸ τὰ προγεγονότα ἐν τοῖς τόποις

Aes Moſſynoecum ſplendidiore candore eminere ferunt, non adiecto ſtanno, ſed terra quadam iſthic naſcente ſimul incoctum. Atque eius adtemperaturae primum inventorem celata arte neminem docuiſſe, et proinde priorum temporum aeramenta iis in

χαλκώματα, διάφορα· τὰ δ' ἐπιγιγνόμενα, οὐκέτι.

locis posterioribus longe praestantiora deprehensa.

NATALIS DE COMITIBVS.

Affirmant aes Mossonoecum et splendidissimum esse et candidissimum, nisi stannum illi sit admistum, sed si quaedam terra cum illo cocta fuerit, et simul existat. Asserunt illum qui primus inventor fuit, mistionem neminem docuisse, quo sit ut vasa antiqua aerea sint egregiae pulcritudinis, at quae postea confecta sunt, non item.

τὸν Μοσσύνοικον χαλκὸν] Vt Ἕλληνα πόλεμον, Σκύθην ὄιμον, et alia numero infinita. Vt non opus sit cum Berkelio ad Stephanum h. v. scribere Μοσσυνοικικόν. Quin ipse Stephanus auctor est, Κυζικηνὸς usurpari pro Κυζικηνικὸς, ut Τυρσηνὸι pro Τυρσηνικόι. NIC.

Mosynoeci fuere populi circa Pontum Euxinum, quorum meminerunt Strabo lib. 12 p. 825, Stephanus v. Μοσύνοικοι, Apollonius, Valerius Flaccus, Mela, Plinius, cui *Mossyni* dicti sunt, atque alii. Nomen scriptum modo simplici, modo duplici S adepti sunt, quia μόσυνας, id est turres, scilicet ligneas, habitarent.

Quae de aere Mosynoeco hic leguntur, occasionem praebent aurichalci notitiam, quam cap. 50 attigimus, paulo accuratius declarandi. Loquitur noster de terra, qua aeris seu cupri color mutabatur in candidum, quae vel terra arsenicalis, vel zinci ochra, quae hodie vocatur *cadmia fossilis*, Galmey, fuerit, necesse est. Nulla est enim alia terra, quae idem efficere queat. Cuprum, quod terra arsenicali album factum est, nuncupatur hodie *cuprum album*, weisses Kupfer. Equidem non credo, Mosynoecos usos esse arsenici calce, quae rarior est, cuiusque usus artificia seu encheireses exigit, quas veteres profecto ignorarunt. Zinci ochra seu Cadmia fossilis, quae multis in regionibus copiosa est, efficit cupro, pro varia ratione seu quantitate, colorem vel luteum, vel album. *Cuprum luteum* est *aurichalcum*, nobis Messing; *cuprum album* est aurichalci ea species, quae hodie plerumque *metallum principis Ruperti* seu Prinzmetall, dicitur. Hocce metallum principis veteribus aeque ac aurichalcum luteum seu vulgare notum fuisse, non solum hocce Aristotelis loco, ubi λευκότατον vocatur, sed etiam auctoritate Virgilii probatur, qui *Aen.* 12, 87 aurichalcum album commemoravit. Erravit profecto Servius,

vius, qui comparatione auri sic vocatum a poeta contendit. Haud dubie etiam candidum aes, cuius Plin. lib. 34 cap. 11 p. 661, 662 frequenter meminit in aeruginis confectione, huc pertinet. Neque unus Aristoteles terrae cuprum tingentis meminit, etiam Strabo lib. 13 p. 908 auctor est, eiusdem generis terram ad eandem rem esse adhibitam ab aliis populis. Nimirum circa Andeira, urbem Lelegum, reperiebatur terra, quae cupro addita, efficiebat τὸ καλούμενον κράμα, ὅ τινες ὀρείχαλκον καλοῦσι. Illud quidem nomen, κράμα, aurichalco inditum est, quoniam peculiari miscendi ratione vel temperatura, quae κράσις Graecis dicitur, fiebat. Ita intelligenda esse verba Strabonis, quae etiam laudavit Stephanus v. Ἀνδειρα, palam est, etsi quae ea excipiunt, intellectu difficilia sint. Norunt itaque veteres cadmiae fossilis usum ad cuprum tingendum, qui etiam nunc durat.

Verum tamen prorsus non dubito, quin aurichalcum primum quod innotuit, et plurimum quod olim in usu fuit, aurichalcum fuerit non arte factum, sed naturale. Constat enim inter omnes, in multis fodinis aerariis zincum, quod cuprum tingit, vario modo immixtum iunctumque reperiri, ita ut inde cuprum prima iam fusione luteum existat. Documento sunt minerae Goslarienses, unde eodem tempore et in eadem fornace et cuprum et zincum excoctum videmus. Huius generis minerae sunt, quarum notitiam dedit Leijel in *Commentariis academiae Suecicae* vol. 7 pag 98, itemque quas quondam iactavit C. A. Balduinus, in libello, quem inscripserat: *Venus aurea*; Heynae 1677. 12, qui etiam insertus est *Appendici anni VIII Ephemer. nat. cur.* Quo etiam referendum est *Cuprum zinco naturaliter mixtum*, quod in Americae regno Chilienſi reperitur, de quo Molina in *Saggio ſulla ſtoria naturale del Chili*. In Bologna 1782. 8. p. 99: "Nelle col-„line della provincia di Huilquilemu „ſi ritrova il rame unito al zinco, o „ſia l'ottone naturale in pezzi di dif-„ferenti grandezze aderenti ad una „ſpecie di pietra terroſa, frangibile „di colore ora giallognolo, e ora „verde bruno. — — Eſſo è di un „bel giallo, e non è meno malleabile „dell' ottone artifiziale il piu ben „cementato." Iſtius modi mineras etiam veteribus fuiſſe in uſu, probat aes Demoneſium, de quo ſupra cap. 59 egimus; probant non minus Plinius lib. 34 cap. 2 ac Iſidorus lib. 16 cap 19. Plinius quidem venas huius metalli exhauſtas queritur, *effeta*, inquit, *tellure*, quod quidam non recte intellexerunt opinantes, Plinii aetate nullum aurichalcum amplius conflatum esse. Immo conflatum est, sed non e venis propriis, sed e cupro et cadmia foſſili. Neque non erravit Pancirollus, qui aurichalcum numero rerum deperditarum habuit *tit.* 8 p. 26. Quin etiam exſtitit quondam longa diſputatio, an unquam fuerit in rerum natura aurichalcum, cum fuerint ipſos inter veteres qui negarunt. Atqui ipſe Ariſtoteles, qui frequentem aurichalci mentionem fecit, dicitur illud negaſſe, auctore ſcholiaſta Apollonii lib. 4, 972 edit. Stephani pag. 210: Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τελεταῖς φησι μηδὲ ὑπάρχειν τὸ ὄνομα, μηδὲ τὸ τοιοῦτον εἶδος· τὸ γὰρ ὀρείχαλκον ἔνιοι ὑπολαμβάνουσι λέγεσθαι μὲν, μὴ εἶναι δὲ. Ad quae verba reſpexiſſe videtur Pollux lib. 7 cap. 23

p. 761: τὸ δὲ τοῦ ὀρειχάλκου μέταλλον, οὐδέπω καὶ νῦν εἰς πίστιν ἦκει βεβαίου. *Sed aurichalci metallum, ne nunc quidem admodum receptum est.* At ipse scholiastes, qui illa philosophi verba servavit, recte eos reprehendit, qui illud non haberi dicerent, cuius nomen frequens praedicatur. Videlicet Aristoteles negavit aurichalcum esse peculiare metallum simplex sui generis; negavit reperiri propriam venam naturalem, quae daret aurichalcum, ut est quae aes praebet et argentum et caetera metalla, naturalia quae vocantur. Recte ita quidem; nam factitium est metallum, compositum vel natura vel arte e cupro et zinco.

Denique aliam etiam symbolam ad aurichalci historiam conferre volumus, quoniam ita fert occasio. Goslarienses nostri pro cadmia fossili addunt cupro scorias, quas a maioribus abiectas offendunt, quasque vocant Galmey-Schlacken, Ofen-Galmey. Liquescentibus mineris Goslariensibus calx zinci efflatur, evolatque ex ima fornace et tectis adhaerescit superioribus. Hanc calcem derasam parietibus fornacum abiecerunt maiores, qui eius indolem non perspectam habebant. Sed circa annum 1553 didicerunt Goslarienses eius usum ad conficiendum aurichalcum, ex quo tempore eam magno cum lucro adhibuerunt. Vide quae protuli in Anleitung zur Technologie pag. 415. Hanc vero calcem zinci vel cadmiam fornacum iam veteres cum noviſſe tum adhibuisse eodem modo, intelligitur e Plinii lib. 34 cap. 13 p. 665, qui eam vocavit *cadmiae favillam* et *spodon*, quo etiam *cinerem Phrygium* pertinere puto, de quo supra cap. 59. Deinde ne illud quidem silentio praetermittendum puto, quod ex Aristotelis nostri verbis cognoscitur, aurichalcum olim, antequam cadmia nota fuerit, conflatum esse e cupro et stanno, quod metallum, scilicet καττίτερον, cupro etiam efficit colorem aureum. — Postquam haec scripseram, incidi in commentationem de aurichalco veterum, quae reperitur in *Mémoires de l'académie des scienc. et belles-lettres de Bruxelles*, vol. III p. 365. Etsi Delaunay quibusdam de rebus, quae ad aurichalcum pertinent, mecum consentit, tamen non pauca omisit, quae ad rem suam convertere potuisset, sicut nec Aristotelis nostri verba nosse videtur; et videor mihi quaedam explicasse, in quibus illi aqua haesit. Nolui itaque quidquam ex ista commentatione derivare in meam, de qua iudicium esto apud viros doctos.

CAP. LXIV.

Ἐν τῷ Πόντῳ λέγουσι τοῦ χειμῶνος τῶν ὀρνέων τινὰ εὑρίσκεσθαι

Aiunt in Ponto avium quoddam genus reperiri, quae non ege-

[φωλεύονται], οὔτε δὲ ἀφοδεύοντα, οὔτε ὅταν τὰ πτερὰ αὐτῶν τίλλωσιν, αἰσθάνεσθαι, οὔτε ὅταν ἐπὶ τὸν ὀβελίσκον ἀναπαρῇ, [οὔτε ὅταν ὑπὸ τοῦ πυρὸς διακαυθῇ. πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἰχθύων λέγουσι περικοπέντας καὶ περιτμηθέντας μὴ αἰσθάνεσθαι,] ἀλλ' ὅταν ὑπὸ τοῦ πυρὸς θερμανθῶσιν.

egerant, ſineque ſenſu doloris non deplumentur ſolum, ſed obeliſco etiam ſuffigantur. Verum ex ignis admoti calore ſenſum cieri.

Natalis de Comitibvs.

In Ponto aves nonnullas per hiemem aiunt reperiri, quae neque excrementa alvi eiiciant, neque ſentiant ſi alae vellicentur, neque ſi veru quidem transfigantur, niſi ubi fuerint igne calefactae.

ἐυρίσκεσθαι φωλεύοντα] Ex veteri codice addidi hoc participium φωλεύοντα. Citat etiam Theophraſti librum περὶ τῶν φωλευόντων Athenaeus, ſi bene memini. Atque omnia verba incluſa, quae ſequuntur, ex veteri exemplari addidi. Ne autem mihi hoc incredibile videatur, facit, quod in quibusdam piſcibus in Britannia ac praeſertim Londini expertus ſum. Steph. Incluſum φωλέυοντα abeſt ab editionibus Leon. et Camotii; itidemque quae incluſa ſunt. Interpretis quoque verſio hic mutila eſt. Stephanus e vet. codice locum explevit. Περὶ τῶν φωλευόντων autem ſcripſit etiam Theophraſtus, teſte Athenaeo, et Ariſtot. ipſe *hiſt. anim.* lib. 8 cap. 13 et ſequentibus. Sylb.

quae non egerant] *quae hieme latearit, neque egerant.*

ſuffigantur] *et igne perurantur. Piſcium etiam multos occiſos et circumſectos non ſentire affirmant.* Nic.

Loquitur noſter de animalibus, quae hibernare vel per hiemem latere, φωλέυειν, dicuntur, quo tempore tam gravi ſomno premuntur, ut

ut ne vulneribus quidem excitari queant, quod Plinius lib. 8 cap. 36 p. 460 de urſis retulit, et de aliis comprobarunt phyſici recentiores. Conf. hiſtoria naturalis muris citelli, germanice conſcripta a F. G. Sulzer, mihi quondam auditore amiciſſimo. Naturgeſchichte des Hamſters, Göttingen 1774. 8. p. 169. Idem accidere non ſolum quadrupedibus ſeu mammalibus, ſed avibus etiam quibusdam, documento eſt hirundinum genus, de quibus vid. *Philoſophical Transactions* vol. 65 p. 343 et vol. 53 p. 101. Nec niſi humoris minimum in alvo horum animalium plerumque inveniri, conſtat, eaque quando paulatim refoveantur, ad vitam ſeu ſenſum redire. Neque verisimile non eſt, eſſe etiam inter eos piſces, qui per hiemem latent, quosdam, qui eodem ſomno vel torpore premantur. De ſerpentibus ſaltem et lacertis nonnullis ranisque res ſatis nota eſt, quae animalia, quando hiberno gelu adeo rigent, ut facili negotio tanquam glacies diffringi queant, tamen caloris beneficio revocantur ad vitam, quod olim memorabili chamaeleontis exemplo comprobavi in Hannöveriſchem Magazin 1767 p. 914. De ranis vid Elliſii itinerarium edit. German. p. 198 et Sammlung aller Reiſen vol. 17 p. 272. Quam ob cauſſam verba, quae editores uncinis incluſerunt, in librum ipſum recipere equidem non dubitaverim, cum praeſertim ipſe Ariſtoteles *hiſt. anim.* VIII cap. 15 piſces *φωλένοντας* recenſuit. Conf. Plin. *hiſtor. nat.* IX cap. 16 p. 509 et v. Bergen diſſert. *de animalibus hyeme ſopitis.*

CAPVT LXV.

Η μέλιττα δοκεῖ τὰς τροπὰς σημαίνειν τῷ ἐπὶ τὰ ἔργα βαδίζειν· ᾧ καὶ οἱ μελιττοπόλοι σημείῳ χρῶνται. ἠρεμία γὰρ αὐτῶν γίνεται. δοκοῦσι δὲ καὶ οἱ τέττιγες ᾄδειν μετὰ τροπάς.

Apes ſolſtitia denuntiare videntur, ſuo ad labores egreſſu, quod et melitopolis ſive apiariis certo argumento eſt, quippe quae tum quietem agant. Videntur et cicadae poſt ſolſtitia demum canere.

NATALIS DE COMITIBVS.

Videntur apes indicare ſolſtitia, cum ad opus minime accedant, quo ſigno utuntur apiarii. Tunc enim quieſcunt. Videntur etiam cicadae per ſolſtitium canere.

ἐπὶ

ἐπὶ τὰ ἔργα] Puta ad mellificium. Primo quidem vere ad opera et labores exeunt. Sed tum favos conſtruunt, domos cellasque faciunt, in primis vero ſoboli dant operam. Mella autem maxime contrahunt a ſolſtitio. NIC.

ἠρεμία γὰρ αὐτῶν] Interpres ante αὐτῶν addit adverbium temporale τότε: *quippe quae tum quietem agant.* SYLB. Pronomen ambiguum eſt. Interpres ad apes trahens, *quippe quae tum quietem agant*, vertit. Niſi ἠρεμία de ceſſatione examinum forte accipienda ſit; non video quomodo quieſcere apes dici queant eo tempore, quo mellationis opus cum maxime fervet. At contra, quum apum cuſtodes maxime occupati ſint, quamdiu illae fetum emittunt, a ſolſtitio illis quies venire dicatur, quoniam apes poſt id tempus ſobolem facere deſinunt. NIC.

Horum me verborum ſententiam non ſatis intelligere profiteor, etſi, ut verum fatear, iis immorari operae vix pretium putem. Neque inter multa praeſagia, quae veteres ab apibus ceperunt, illud invenio, de quo hic ſermo eſt. Intelligit noſter haud dubie ſolſtitium aeſtivum, cum eo tempore apes ἐπὶ τὰ ἔργα βαδίζειν ſcribit; nec ſcio, quid ſibi velit Natalis, qui temere ita reddidit: *Videntur apes indicare ſolſtitia, cum ad opus minime accedant.* Atqui apes multo iam ante ſolſtitium ad opera et labores exeunt, neque in Germania tantum, ſed citius etiam in Graecia calidiori, cum, ut recte monuit Plinius, temporum locorumque ratio non parum mutet. Recte Virgilius *Georg.* 4, 51:

Vbi pulſam hiemem ſol aureus egit
Sub terras, caelumque aeſtiva luce reclusit;
Illae continuo ſaltus ſilvasque peragrant,
Purpureosque metunt flores.

Ergo ſolſtitii praeſagium non praebent apes, quando exeunt. Conf. Plin. lib. XI cap. 6 p. 593. Neque circa ſolſtitium quieſcere licet apium cuſtodi, immo tunc debet eſſe attentus, cum multa curanda atque agenda ſunt, quae praecepit Palladius lib. 7, 7 p. 965. Sed lectores expendant velim explicationem, quam obtulit clar. Niclas, non improbabilem.

De cicadis Plinius lib. XI cap. 29 p. 609: *Locuſtae ſtridorem edunt circa duo aequinoctia maxime, ſicut cicadae circa ſolſtitium.* Solent poetae veteres cicadarum cantu mediam aeſtatem diesque caniculares declarare; ſic Heſiodus *op. et d.* 582 et Ananias jamborum ſcriptor apud Athenaeum *deipn.* lib. 7 cap. 5. Anacreonti dicitur cicada *od.* 43, 11: θέρεος γλυκὺς προφήτης. Michael Apoſtolius *proverb. cent.* 18, 39 p. 227: μετὰ θερινὰς τροπὰς, inquit, ἀπάρχονται τῆς ᾠδῆς. *poſt ſolſtitium aeſtivum canere incipiunt.* De cicadis cf. Thom. Brown in *Pſeudodoxia epidemica; or enquiries into very many received tenets* lib. 3 cap. 3.

CAP. LXVI.

Φασὶ δὲ καὶ τὸν ἐχῖνον ἄσιτον διαμένειν ἄχρις ἐνιαυτοῦ.

Echinum a cibo abſtinere ad annum usque evolutum tradunt.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama eſt echinum etiam ſine cibo per annum poſſe vivere.

Haec, quae apud alium ſcriptorem non invenio, accepit Conr. Gesnerus ita, ut de echino terreſtri intelligeret, qui zoologis hodiernis vocatur Erinaceus. At quae de hoc animali retulerunt veteres, ab iis longe abſunt, quae hic leguntur, ſcilicet praeparare illud hiemi cibos. Plinius lib. 8 cap. 37 p. 461. Ael. *hiſt. anim.* 3 cap. 10. Buffonus quidem edit. Berol. vol. 5 p. 21 hanc providentiam negat, quoniam erinaceus per hiemem torpore premitur neque cibo indiget. Aſſirmat quoque, poſſe hanc beſtiolam famem diu ſuſtinere; attamen nullum notum eſt animal mammale, quod ſine cibo annum agere queat. Equidem credo, cogitaſſe Ariſtotelem echinum marinum, veteribus probe cognitum, quo libentes veſcebantur, ſicut nec Graeci hodierni, nec Galli, qui oram Maſſilienſem accolunt, eo abſtinent. Cf. Apicius *de re coquin.* lib. 9 cap. 8. Tournefort *Voyage au Levant* I p. 42. Atque inter ea animalia marina, quibus ſanguis frigidus, vel pro ſanguine ſanies eſt, ſunt quae famem diutiſſime ferunt. Exempli gratia per annum ac diutius ſine cibo durant hirudines, ranae, piſces varii, cancri marini, ſerpentes plurimi, lacertae complures, ut crocodilus, ſalamandra, chamaeleon, etiam teſtudines. Conf. Halleri *elementa phyſiolog.* vol. 6 p. 169. Quam ob rem non eſt, quod quisquam dubitet de echini marini inedia, quam veteres, qui eum in deliciis menſarum habebant, facile experiri potuerunt.

CAP. LXVII.

Τὸν δὲ γαλεώτην, ὅταν ἐκδύηται τὸ δέρμα, καθάπερ οἱ ὄφεις, ἐπισραφέντα καταπίνειν. τηρεῖται γὰρ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, διὰ τὸ χρήσιμον εἶναι τοῖς ἐπιληπτικοῖς.

Stellionem cum exuvias more ſerpentum reiicit, mox converſum devorare aiunt; obſervari enim a medicis ſolitum, ob uſum, quem in epilepſiae curatione praeclarum habent.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Stellio, ubi exuvias eſt depoſiturus, ſicuti faciunt ſerpentes, converſus ſolet deglutire, quem venantur medici, cum ſit utilis comitialibus hominibus.

τοῖς ἐπιληπτικοῖς] Pro ἐπιληπτικοῖς legitur cap. 77 ἐπιλήπτοις. SYLB.

obſervari enim] *ſervari.* NIC.

Γαλεώτην eſſe Latinis ſtellionem, iam ad cap. 12 probavimus verbis Plinii, qui lib. 8 cap. 31 p. 456 eandem rem, quam hic legimus, litteris mandavit, ita: *Theophraſtus auctor eſt, anguis modo et ſtelliones ſenectutem exuere, eamque protinus devorare, praeripientes comitiali morbo remedia.* Theophraſti verba latine reddita adiicere volumus e fragmento libri de animalibus, quae invidere dicuntur, ed. Heinſii p. 474: *ſtellionem ferunt exutum corium vorare illud propter invidiam; iuvat enim illud comitiali morbo laborantes. — Sed id animal non facere propter invidiam perſpicuum eſt; ſed falſo hominēs accuſare. Vnde enim tanta ſapientia ratione carentibus animalibus, quam frequenti meditatione adſequuntur homines? Verum ſtellio vorat corium, naturali quodam inſtinctu, quemadmodum canes et ſues, et fere quadrupeda omnia, quae ſecundas vorant poſt partum.* Theophraſto auctore uſus eſt etiam Aelianus *hiſtor. anim.* 3 cap. 17. Stobaeus *ſerm.* 98 p. 541 ex Trophilo: Φασὶ τὸν γαλεώτην ὅταν ἐνδυῇ τὸ δέρμα καθάπερ ὁ ὄφις, ἐπιῤῥαφέντα καταπίνειν· τηρεῖσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν διὰ τὸ χρήσιμον εἶναι τοῖς ἐπιλήπτοις.

CAP. LXVIII.

Λέγουσι δὲ καὶ τὸ τῆς ἄρκτου ϛέαρ, ὅταν διαπεπηγὸς ᾖ διὰ τὸν χειμῶνα, καθ' ὃν ἂν χρόνον ἐκείνη φωλεύῃ, αὐξάνεσθαι, καὶ ὑπεραίρειν τὰ ἀγγεῖα ἐν οἷς ἂν ᾖ.

Vrſae adipem aiunt hieme, quo tempore ſomno indulgent, frigore concretam excreſcere, ſupraque vaſa, quibus repoſita fuerit, tolli.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fertur adeps urſi, ubi per hiemem fuerit congelatus, quo tempore urſi deliteſcunt, augeri et extra vaſa, in quibus fuerit, excreſcere.

Haec Theophraſtus in libro *de odoribus* p 453: Θαυμασιώτατον δὲ τῶν τοιούτων τὸ ἐπὶ τοῦ ϛέατος τῆς ἄρκτου συμβαῖνον. ὅπερ ἅμα ταῖς Φωλίαις ἐπαίρεται καὶ ἐκπληροῖ τὰ ἀγγεῖα *Omnium iſtorum admirationem facile ſuperat, quod in adipe urſino evenit, qui latebrarum tempore exundat, intumeſcensque vaſa implet.* Nae haec nimis oſcitanter legit Plinius, qui lib. 8 cap. 36 p. 460 ita: *Mirum dictu, credit Theophraſtus, per id tempus coctas quoque urſorum carnes, ſi aſſerventur, increſcere.* Verum Theophraſtus non de carnibus coctis, ſed de adipe hoc dixit. Hunc errorem Plinio iam Muretus *var. lection.* lib. 13 cap. 13 p 353 exprobravit. Veteres non ſolum carne urſina, ſed etiam adipe cum in cibis, tum in medicina utebantur; exemplum habes apud Petronium cap. 66 p. 198. Adeps valde bona eſt, liquida et indolis oleoſae, qua veſcuntur etiam nunc gentes variae. Equidem neſcio, an fieri poſſit, ut oleum hoc animale hiberno gelu ita expandatur, ut in vaſis attollatur. Conf. Muſſchenbroek *introductio in philoſ. nat.* II p. 596.

CAPVT LXIX.

Ἐν Κυρήνῃ φασὶ τοὺς ὄντας βατράχους ἀφώνους τὸ παράπαν εἶναι· καὶ ἐν Μακεδονίᾳ δὲ ἐν τῇ τῶν Ημαθιωτῶν χώρᾳ τοὺς σῦς εἶναι μώνυχας.

In Cyrene ranas mutas, et ſine voce aiunt eſſe, et in Macedonia Ematheoticis ſuibus ſolidas ungulas eſſe.

NATALIS DE COMITIBVS.

Ranae quae ſunt in Cyrene, ſunt mutae prorſus; ac ſues, qui ſunt in Emathia Macedoniae regione, integras habent ungulas.

Cyrene,

Cyrene, regio Africae, cuius iam mentio fuit cap 27. De mutis ranis Cyrenenſibus Ariſtoteles *hiſtor. anim.* lib. 8 cap. 33 p. 981: *In Cyrenenſi agro vocales ranae olim non fuere.* Plin lib. 8 cap. 58 p. 484: *Cyrenis mutae fuere ranae, illatis e continente vocalibus durat genus carum. Mutae ſunt etiam nunc in Seripho inſula. Eaedem alio translatae canunt; quod accidere et in lacu Theſſaliae Sicendo tradunt.* Ael. *hiſt. anim.* 3 cap. 35: *In Cyrene ranae omnino mutae ſunt.* Apoſtolius *cent.* 5 *prov.* 42 pag. 56: *Ranam Cyrenaeam aquae frigidae vis, vocis expertem reddit.* Conf. quae nobis mox dicenda erunt ad cap. 71.

Sues habent pedes biungulatos, ſed interdum occurrunt qui ſunt ſolidipedes, de quibus Ariſtot. *hiſt. an.* lib. 2 cap. 1 p. 167, qui tales in Illyrico et Paeonia eſſe ſcribit; Plin. lib. XI cap. 44 p. 640; Antigonus cap. 72, qui locus mutilus de ſuibus eſt intelligendus. Recentiores etiam σῦς μώνυχας commemorarunt. Viſi ſunt circa Vpſaliam, in Flandria iuxta mare, in Anglia, Sardinia, Tataria Aſiatica, Moldavia, variisque Germaniae locis. Cf. Linnei *amoen. acad.* V p. 465; Albertus lib. 2. *de animal.* tract. 1 cap. 2; Gesneri lib. 1 p. 986; Franciſci Cetti *quadrupedi di Sardegna* tom. 1 in fine. Breslauer Sammlung 1720 Sept. p. 335 et 1722 Apr. p. 411. Kantemir deſcriptio Moldaviae in Büſchingii **Magazin für die Hiſtorie**, vol. III p. 572: Die Schweine in dem Orheiiſchen Gebiet bey dem Dorfe Tohatin, zwiſchen den Flüſſen Ikiel und Reut, werden nicht mit einem zwenſpaltigen, ſondern ganzen und faſt pferdartigen Hufe gebohren, welches auch an den Ferkeln, die nach dem dritten Jahre von Säuen, welche man aus andern Gegenden hieher bringt, geworfen werden, zu geſchehen pflegt; und dieß wiederfährt nicht nur den zahmen, ſondern auch denen, die im Walde leben, davon in den Rohrbüſchen um den Niſtr eine groſſe Menge gezogen wird. Iſte Kantemirii liber prodiit etiam ſeparatim, Francof. et Lipſ. 1771. 8.

CAP. LXX.

Ἐν Καππαδοκίᾳ φασὶν ἡμιόνους εἶναι γονίμους· καὶ ἐν Κρήτῃ ἀιγείρους καρποφόρους.

In Cappadocia ferunt mulas foecundas eſſe, et in Creta alnos fructum ferre.

NATALIS DE COMITIBVS.

Mulas Cappadociae dicunt eſſe fertiles, atque alnos foecundas in Creta.

Mulae partus, quamquam in proverbio de re quae fieri nequit, tamen saepius commemoratur a veteribus, sed prodigii loco habitus. Plin. lib 8 cap. 44 p. 470: *Est in annalibus nostris peperisse mulam saepe, verum prodigii loco habitum. Theophrastus vulgo parere in Cappadocia tradit, sed esse id animal ibi sui generis.* Aristot. *hist. anim.* p. 57, 762, 785, idem *de generatione anim.* lib. 2 capite ultimo. Varro *de re rust.* lib. 2 cap. 1, 27. Columella lib 6 cap. 37, 3. Jul. Obsequ. cap. 55, 112, 125, 130. Herodot. lib. 3 cap. 151, 153 et lib. 7 cap. 57. Appianus Alex. *de bellis civil.* lib. 1 ed. Tollii p. 670. Dionis Cass. *hist.* edit. Reimari pag. 519, 1049, 1332. Alex. Aphrodis. *problem.* n. 222, 137. Livius lib 37, 3 edit. Drakenb. 5 p. 7. Sueton. *Galb.* 4 edit. Burmanni 2 p. 130. Juven. *sat.* 13, 66. Quae exempla comprobantur quoque testimoniis nostri aevi, quae passim occurrunt; e. c. Petri Borelli *observ. medico-phys.* Francof. 1670. 8. p. 268. *Memoires de Trevoux* 1705 P. I p. 121. *Nouveaux memoires de l'academ. à Berlin.* 1770. *Histoire de l'academ. à Paris* 1769 p. 47. Buffonii *histor. natur.* edit. Lipsiensis VII, 2 p. 203 eiusdemque *Hist. nat. supplem.* V p. 49. Du Halde *description de la Chine* vol. 4. Allgemeine Reisen VII p. 78. Verum tamen fieri potest, ut Aristoteles atque Theophrastus non semper cogitaverint animal illud hybridum ex asino et equa natum, sed animal aliud sui generis, similitudine tantum aliqua ad familiam asininam accedens, quale est animal, quod ill. Pallas, qui eius notitiam dedit, vocavit Hemionum. Cf. Pallasii *itin.* III p. 217. *Novi comment. Petropol.* vol. XIX p. 394 tab. 7 et Neue Nord. Beytr. 2 p. 1 tab. 1.

Pergam ad caetera et paucis absolvam. A Theophrasto lib. 3 *histor.* cap. 14 ἡ λεύκη, ἄιγειρος καὶ κερκὶς ad unum genus referuntur, quae arbores a Plinio lib. 16 cap. 23 vocantur *populus alba*, *nigra* et *Libyca*, qui cum omnia populo albae attribuit, quae Theophrastus retulit de λεύκῃ, *populus albus* sit ἄιγειρος necesse est. Neque verisimile non est, quod visum iam est Bauhinis aliisque viris et litteris Graecis et doctrina botanica bene imbutis, esse eas arbores, quae etiam nunc vocantur *populus alba* et *nigra*. At hanc sententiam infringere quodam modo videtur, quod Theophrastus ac Plinius negant, populos istas ferre fructum. At haec res nos morari non debet. Etenim veteres nondum sciebant, plantas omnes ferre et flores et fructus, sed credebant esse, quae nunquam fructum ferant; quam ob causam ne viderunt quidem flores fructusque, qui minuti et vix conspicui sunt, aut qui a forma consueta multum deflectunt. Quae cum ita sint, mirum non est, quod fructum ignorarunt populorum, qui admodum parvus est, praesertim cum hae arbores dioecae sunt. Aliae enim arbores huius generis habent solos flores masculinos, qui nunquam semina praebent; aliae solos flores femininos, qui, quando a floribus masculis pollinem acceperint, fructus seu semina soli ferunt. Qui itaque solas arbores masculas aut solas femininas vidit, ille, ut arbores omnes steriles credat, facile adduci poterit. Florum utriusque sexus fructusque iconem habes in Tournefortii *institut. rei herbariae* pag. 592 tab. 365. Nihilo minus veteres non omne semen populi nigrae ignorarunt. Theophrastus

ſtus lib. 3 *hiſt.* cap. 5 tanquam rem mirabilem tradit, eſſe in Creta complures populos nigras frugiferas, quas adeo lectoribus annumeravit. Duae ſunt, inquit, apud aditum ſpeluncae Idae, duodecim ſtant ad fontem, plures ſunt in monte Cedrio itemque circa Tereſiam caet. Idem etiam alio loco lib. 2 cap. 3 edit. Stapelii p. 77 prodidit *τὴν ἐν Κρήτῃ λεγομένην ἄιγειρον* ſterileſcere, quando transponeretur; ſcilicet arbor femina remota a maſcula ut ſterileſcat neceſſe eſt, etſi in Creta, ubi nec mares deerant, frugibus locuples fuerit. Plinius quidem, qui et ipſe II pag. 19 populos ſteriles dixit, tamen lib. 24 cap. 8 feminis populi nigrae meminit, quod comitialibus utile praedicat. Male Harduinus II p. 19 n. 3 quae noſter de populo nigra tradidit, ad *alnum* retulit; eodem modo erravit I. Bauhinus in *hiſtor. plantar.* I p. 152, a, quoniam dum ea ſcripſit, ipſa Ariſtotelis verba non legerat; rectius rem expoſuit p. 155.

CAPVT LXXI.

[Φασὶ δὲ καὶ ἐν Σερίφῳ τοὺς βατράχους ὐυκ ᾄδειν· ἐὰν δὲ ἐις ἄλλον τόπον μετενεχθῶσιν, ᾄδουσιν.

In Seripho ranas aiunt eſſe mutas, quae ſi alio transferantur, canere incipiant.

Φασὶ δὲ καὶ] Omnia quae ſunt inter vocem *καρποφόρους* et *Φασὶ δὲ καὶ περὶ* (cap. 71 et 72), ex antiquo libro itidem a me adiecta fuerunt. STEPH. Incluſa nec interpres habet, nec edit. Leon. et Camotii. Stephanus ex antiquo libro inſeruit. SYLB.

Capita 71 et 72 in plerisque editionibus uncinis incluſa deſunt in editione Graeca Michaelis Iſingrinii. Deeſſe ea quoque in interpretatione Latina affirmat Sylburgius, et deſiderantur vere tum in editione Latina, quae prodiit Lugduni 1578, tum apud Natalem de Comitibus. Sed in editione Latina Wecheliana anni 1593. 8. adſunt iſta capita, ſicut etiam in edit. Caſauboni, Duvalli et aliorum. I. B.

Seriphus, inſula una e Sporadibus in mari Aegaeo. Praeter Plinium, cuius verba iam cap. 69 adſcripſimus, ranas huius inſulae mutas eſſe, tradiderunt complures. Aelianus *hiſt. anim.* lib. 3 cap. 37. Suidas et Varinus: *Seriphiae ranae in Scyrum allatae vocem non edebant.* Antigonus cap. 4. Theophyl Simocatta *quaeſt. phyſ.* c. 18. Apoſtolius *cent* 5 *prov.* 42 p. 56: *Ranae in Seriphia non coaxant. Cuius rei cauſſa eſt aquae nimia*

mia frigiditas. Vnde fit, ut si quis ad aliud id animal transferat, statim loquax reddatur, et propriae naturae restituatur. Sic et ranam Cyrenaeam aquae frigidae vis, vocis expertem reddit. Tzetzes *chiliad.* 8 *hist.* 167 versu 95, qui et ipse nimiae aquarum frigiditati ranarum silentium tribuit. Apud Stephanum est βάτραχος Σεριφιος paroemia in homines dicendi et canendi imperitos. At Tournefort, qui insulam peragravit, neque aquam frigidam, neque ranas mutas invenit. Conf. *Voyage* I p. 70. Verum enim vero nollem equidem totam veterum de ranis mutis fabulam commentitiam praedicare, cum, quod recte monuit Plinius IX cap. 51 p. 643 (ubi etiam in Macedonia ranas mutas esse prodit), multum in animalculis refert et locorum natura. Memorabile est etiam canum exemplum, qui in variis regionibus non latrant, quod testimoniis comprobatum habes in Buffonii *hist. nat.* edit. Berolin. II pag. 114, 123 et in Andersonii Beschreibung von Grönland pag. 173. Allgemeine Reisen IV p. 251. Idem testantur quoque Ulloa in *itinerario* edit. German 2 p. 25 et Ellis in Reise nach Hudsons Bay p. 169. Deinde est inter ranas nostrates una, quae vocatur *muta*, et posset aliquis hoc e nomine coniicere, ranas Seriphias fuisse omnes istius speciei. Attamen non prorsus muta est, quae ita vocatur; modo rarius vocem emittit, neque sic coaxat, uti aliae species, sed potius grunnire videtur. Rana ista muta, quae colore fusco est et maculam habet oblongam nigram inter oculos et pedes anteriores, depicta est optime in splendidissima Roeselii *historia ranarum* p. 17 tab. 3.

CAP. LXXII.

Εν Ινδοῖς ἐν τῷ Κέρατι καλουμένῳ ἰχθύδια φασὶ γίνεσθαι, ἃ ἐν τῷ ξηρῷ πλανᾶται, καὶ πάλιν ἀποτρέχει εἰς τὸν ποταμόν.]

Piscículos esse ferunt in eo quod Ceras vocant apud Indos, qui per siccos locos oberrent, ac mox in flumen se recipiant.

Κέρας et *cornu*, quicquid prominet, atque adeo terrae prominentiae et extrema. Sic sinus Byzantinus, qui contiguus erat muro Byzantii oppidi, dicebatur Κέρας. Cf. Salmasii *exercit. Plin.* p. 116 a. Philostratus in *vita Apollonii* cap. 18 pag. 69. Indiam atque Aethiopiam vocat duo κέρατα τῆς γῆς. Eodem modo Plin. lib. 3 cap 7 Italiam *duo cornua emittere* dicit. Theophrastus, qui eandem rem tradidit, de qua noster hic loquitur, κέρας non nominavit; ita enim ille in fragmento libelli *de piscibus in sicco degentibus* p. 467: τὰ δ' ἐν Ινδοῖς ἰχθύδια, τὰ ἐκ τῶν ποταμῶν εἰς τὴν γῆν ἐξιόντα καὶ πηδῶντα, καὶ πάλιν εἰς τὸ ὕδωρ ἀπιόντα, καθάπερ οἱ βάτραχοι. *piscículi in Indiis, qui ex fluviis ad terram exeunt, et saliunt, rursusque in aquam redeunt, ranarum modo.*

Esse

Esse pisces, qui, ut ait Plinius IX cap 57 ex aqua exeunt ad pabula, pinnis gradientes, crebro caudae motu, certum est. Quorum in numero sunt anguillae aliique pisces, quos recenset Rondeletius *de piscibus* lib. I cap. 10 p. 12.

CAPVT LXXIII.

Φασὶ δὲ καὶ περὶ Βαβυλῶνα τινὲς ἰχθύδιά τινα μένειν ἐν ταῖς τρώγλαις ταῖς ἐχούσαις ὑγρότητα ξηραινομένου τοῦ ποταμοῦ· τούτους ἐξιόντας ἐπὶ τὰς ἄλως νέμεσθαι, καὶ βαδίζειν ἐπὶ τῶν πτερύγων, καὶ ἀνακινεῖν τὴν οὐρά· καὶ ὅταν διώκωνται, φεύγειν· καὶ εἰς δύντας, ἀντιπροσώπως ἵστασθαι. πολλάκις γὰρ προσιέναι τινὰς καὶ ἐρεθίζειν. ἔχουσι δὲ τὴν κεφαλὴν ὁμοίαν βατράχῳ θαλαττίῳ, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα κωβιῷ· βραγχία δὲ ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι ἰχθύες.

Circa Babylonem aiunt quidam in cavernis aquosis piscículos latere; verum arefacto flumine ad areas pastum prodire, alarum subsidio caudaeque motu, caeterum fugere persequentes, caputque humo mersum, reliquo corpore tegere, quod multi insequendo irritandoque explorarunt; caput habent ranae marinae simile, reliquum corpus gobio, branchias vero piscibus aliis.

NATALIS DE COMITIBVS.

Sunt pisciculi quidam in foveis aquam habentibus in Babylonia fluvio exiccato, quos dicunt in areas exeuntes pasci, alisque incedere, et caudam movere; ubi quis insectatur, fugere. Cavernas ingressos in faciem conversos consistere, atque quosdam saepius accessisse et irritasse. Habent caput ranae maritimae persimile, reliquum corpus gobio, at branchias reliquis piscibus.

Eadem iisdem prorsus verbis Theophrastus loco iam laudato p. 467. Quae differunt, haec fere sunt: pro τινὰ μένειν habet Theophrastus διαμένειν. Verba ἐπὶ τὰς ἄλως desunt, quae fortasse a descriptore adiecta sunt; neque scio an pro ἄλως legendum sit ἀγρούς. Pro ἀνακινεῖν habet Theophrastus ἅμα κινεῖν. Pro ἀντιπροσώπως legendum videtur, sicut apud Theophrastum ἀντιπροσώπους. Quae sequuntur in Theophrasti libro, hic praetermissa sunt. Eodem auctore usus est Aelianus *hist. anim.* lib. 5 cap. 27 atque Plinius lib. 9 cap. 57. Equidem Aristotelis verba ita reddiderim: *Tradunt circa Babylonem piscículos quosdam remanere in cavernis aquam habentibus, decedente fluvio, quos exeuntes in areas* (agros) *pabulum quaerere et incedere pinnis, caudamque movere; quando quis insequatur, fugere; contra venantes* (contra occidentes vel eos qui occidere volunt), *stare eos adversos. Quosdam saepe istos* (piscículos) *accessisse et irritasse. Habent caput simile ranae marinae, reliquum vero corpus gobio. Branchiae etiam iis sunt, ut caeteris piscibus.* — De rana marina vid. doctissimi Schneideri disputatio Aeliani *historiae anim.* adiuncta p. 567. Gronovius in *commentario in Plinii librum nonum*, Lugd. Bat. 1778. 8. pag. 191 piscem Aristotelis ranae marinae similem putat esse *Clariam siluriformem* seu *Silurum anguillarem*, cuius icon habetur in Gronovii *zoophyl.* n. 322. Degit iste Silurus in Nilo ac in rivulis Syriae.

CAPVT LXXIV.

Ἐν Ἡρακλείᾳ δὲ τῇ ἐν τῷ Πόντῳ καὶ ἐν Ρηγίῳ γίνεσθαί φασιν ὀρυκτοὺς ἰχθύας, τούτους μάλιστα κατὰ τὰ ποτάμια καὶ τὰ ἔνυδρα χωρία. συμβαίνειν δέ ποτε, ἀναξηραινομένων τῶν χωρίων, κατά τινας χρόνους συστέλλεσθαι κατὰ γῆς· εἶτα μᾶλλον ἀναξηραινομένης, διώκοντας τὴν ὑγρότητα, δύεσθαι εἰς τὴν ὕλην· εἶτα ξηραινομένης, διαμένειν ἐν τῇ ἰκμάδι,

Heracleae piscium genus aiunt esse, intra terrae cavernulas defossum, maxime circa flumina locaque humidiora. Verum arescentibus iis locis, primum contrahi aiunt, mox invalescente siccitate humorem in silvas usque persequi, donec eo quoque destituantur. Itaque latibulis vel mediocriter udis ferarum instar haerere, immotosque defixosque, caeterum

ὥσπερ τὰ ἐν ταῖς Φωλεαῖς διαρκοῦντα· ὅταν δὲ ἀνασκάπτωνται, πρὶν ἢ τὰ ὕδατα ἐπιγενέσθαι, τοτε κινεῖσθαι.

terum si ante supervenientes aquas effodiantur, moveri.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Heraclea Pontica et in Rhegio pisces aiunt effossos nasci, eosque praecipue iuxta loca aquosa et proxima fluminibus; atque aliquando contigisse per quaedam tempora, ut exiccatis locis sub terram sese contraxerint; mox etiam magis terra exiccata humorem sectantes in silvam contenderint. Postea cum illa siccata etiam fuisset in humido dicuntur constitisse, sicuti ferae quae contentae sunt in cavernis delitescentes. Vbi vero excavantur, tum moventur antequam inveniatur aqua.

ἐν Ῥηγίῳ] Codex Vindobonensis Ρυθίῳ. I. B.

Heracleae piscium genus] *Heracleae in Ponto et Rhegii pisces esse fossiles dicuntur.*

Verum arescentibus] *Verum contingere interdum, ut arescentibus iis locis, certis temporibus terram petant, mox invalescente siccitate humorem in silvas usque persequantur.* NIC.

immotosque defixosque] Sic Duval. Sed edit. latina Lugdunensis anni 1578 et edit. Wechel. et Casaub. habent: *immotasque defixasque.* I. B.

Haec Theophrastus pag. 469 ita: οἱ δ' ὀρυκτοὶ τῶν ἰχθύων (εἰσὶ γὰρ ἐνιαχοῦ καὶ τοιοῦτοι, καθάπερ τῶν περὶ Ηράκλειαν καὶ ἄλλοθι τῶν ἐν τῷ Πόντῳ) γίνονται μὲν καὶ παρὰ τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰ ἔνυδρα χωράφια. συμβαίνει δ' ἀναξηραινομένων τούτων, ἐγκαταλειπομένους κατὰ μικρὸν συσέλλεσθαι, καὶ διώκοντας τὴν ὑγρότητα, δύεσθαι κατὰ τῆς γῆς· εἶτα καταξηραινομένης, διαμένειν ἐν τῇ ἰκμάδι, καθάπερ ἂν ἐνταριχευομένους ἐν τῷ ζῆν· ἢ καὶ τοὺς ἐν ταῖς Φωλείαις διαναρκῶντας· ὅταν δ' ἀνασκάπτωνται, τότε κινεῖσθαι. *Pisces vero fossiles (sunt enim alicubi tales ut Heracleae et alibi in Ponto) oriuntur propter fluvios et loca stagnantia. Accidit autem ut his*

his exsiccatis humore privati paulatim se contrahant, et humorem quaerendo in terram condantur, quae cum sit exsiccata, maneant illi tamen in humido, perinde ac viventes sale conditi, aut in latibulis torpescentes, moveant vero sese, quando quis effodiat. Hinc eadem Plinius lib. 9 cap. 57 p. 535. Mihi quidem Aristotelis verba ita reddenda videntur: *Heracleae in Ponto et Rhegii tradunt esse pisces fossiles, praecipue iuxta fluvios et loca aquosa. Atque accidere aliquando, ut locis exsiccatis, per aliquod tempus sese contrahant sub terram; deinde terra magis exsiccata, (pisces) humidiora quaerentes se in limo abscondant; postea limo exsiccato, maneant in humido, sicut (animalia) in latibulis torpescentia. Sed quando effodiuntur, movent se iam, antequam aqua existit seu exoritur.* Pro διίεσθαι εἰς τὴν ὕλην dixit Theophrastus δύεσθαι κατὰ τῆς γῆς. Sic Aristoteles *hist. anim.* VI, 15 de gobiis: καταδύνουσιν εἰς τὴν γῆν. Interpretes nomen ὕλην reddiderunt *silvam*, sed nullus dubito, quin hic significet limum seu sedimentum ex aqua.

Ῥήγιον, inquit Stephanus, πόλις Ἑλληνὶς, quam urbem hoc in argumento neque Theophrastus neque Plinius nominarunt. De Heraclea Ponti conf. commentatores Stephani.

CAP. LXXV.

Φασὶ δὲ καὶ περὶ Παφλαγονίαν τοὺς ὀρυκτοὺς γίνεσθαι ἰχθῦς κατὰ βάθους· τούτους δὲ τῇ ἀρετῇ ἀγαθοὺς, οὔτε ὑδάτων φανερῶν πλησίον ὄντων, οὔτε ποταμῶν ἐπιῤῥεόντων, ἀλλ' αὐτῆς ζωογονούσης τῆς γῆς.

In Paphlagonia pisces alte in terram defossos aiunt, virtute praestantes, etiam si nec aquae in proximo appareant, neque illabantur flumina, sed sola nudaque terra pariantur.

NATALIS DE COMITIBVS.

Dicuntur in Paphlagonia etiam pisces defossi reperiri in locis profundis iique virtute praestantes, cum neque aquae sint propinquae palam, neque flumina influant, sed ex ipsa terra producantur.

τούτους

τούτους δὲ τῇ ἀρετῇ] τῇ ἀρετῇ expreſſit etiam interpres: *virtute praeſtantes;* idemque loquendi genus eſt etiam infra cap. 148 διὰ τὴν ἀρετὴν ἣν ἔχουσι κατα τὴν βρῶσιν. Marſilius Cognatus *obſervationum* lib. 2 cap. 16 coniicit legendum eſſe βρωτῇ ἀγαθούς, quia Plin. lib. 9 cap. 57 de foſſilibus piſcibus e Theophraſto narrans, ait eos eſſe cibis gratiſſimos. Sed an βρωτῇ pro βρῶσις in uſu ſit, valde ego ſane dubito. Βρωτὶς autem in carmine tantummodo locum habet. SYLB.

In Paphlagonia] *Circa Paphlagoniam piſces alte ex terra effodi narrant.* NIC.

Haec Theophraſtus pag. 469 his verbis: ἴδιον δὲ τὸ παρὰ ταῦτα καὶ λόγου δεόμενον, τὸ περὶ τοὺς ἐν Παφλαγονίᾳ ὀρυκτοὺς ἰχθῦς· ὀρύττεσθαι γάρ φασιν ἐκεῖ· κατὰ βάθους πλείονος ἀγαθοὺς καὶ πολλούς· τὸν δὲ τόπον, οὔτ' ἐπίκλυσιν ποταμοῦ λαμβάνειν, οὐδ' ὕδατος σύσασιν. *Verum praeter haec peculiaris naturae eſt, diſputationeque opus habet, quod habent foſſiles in Paphlagonia piſces. Effodi enim et multos et bonos ex profundioribus locis perhibent; ea vero loca neque aquarum habere ſtagna, neque etiam irrigari fluviis;* cetera. Inde Athenaeus *deipn.* lib. 8 p. 331: ἴδιον δὲ παρὰ τούτους συμβαίνει τὸ περὶ τοὺς ἐν Παφλαγονίᾳ ὀρυκτοὺς καλουμένους ἰχθῦς γινόμενον· ὀρύττεσθαι γὰρ κατὰ βάθος πλέον ἐς τοὺς τόπους, οὔτε ποταμῶν ἐπιχύσεις ἔχοντας οὔτε θερμῶν ναμάτων, καὶ εὑρίσκεσθαι ἐν αὐτοῖς ἰχθῦς ζῶντας. *At praeter hos peculiare id eſt quod foſſilibus, ut vocant, accidit Paphlagoniae piſcibus. Hos enim ex altis ſcrobibus effodiunt, magisque iis in locis ubi nullus eſt amnium affluxus, aliusve aquae, et tamen illic vivi reperiuntur.* Iuvat etiam adſcribere verba Plinii lib. 9 cap. 57 p. 535: *Tradit Theophraſtus in Paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis, terrenos, altis ſcrobibus, in his locis ubi nullae reſtagnent aquae; miratusque et ipſe gigni ſine coitu, humoris quidem vim aliam ineſſe, quam puteis arbitratur, ceu vero in nullis reperiantur piſces.* Ergo piſces τῇ ἀρετῇ ἀγαθούς dixit is *gratiſſimos cibis.* Neſcio, an eadem dictio alibi offendatur; nam ἀγαθὸς τὴν ἀρετὴν in Aeſchinis dialogo *de virtute*, huc non ſpectat.

Praeter auctores, quos iam laudavimus, etiam alii commemorarunt piſces foſſiles, quos Theophraſtus ὀρυκτούς, Polybius ὑπόγειους, ac Plinius *terrenos* vocarunt; quorum in numero ſunt Ariſtoteles *de reſpiratione* cap. 9. Polybius apud Athenaeum lib. 8 cap. 2 p. 332. Strabo lib. 4 p. 275 et lib. 12 p. m. 842. Plinius lib. 9 cap. 19 p. 512. Pomp. Mela 2, 5. Livius lib. 42 c. 2 p. m. 615, ubi piſces, qui Gallico agro, qua induceretur aratrum, ſub glebis emerſerunt, ad prodigia ſunt relati, quo pertinet etiam verſus Juvenalis *ſat.* 13, 63. Atque adeo piſces e mari in continentem eiecti in portentis fuerunt, cuius rei exempla aliquot habes in Dion. Caſſii *hiſt.* e. gr. lib. 45, 17 edit. Reimari p. 431. Seneca quidem *Quaeſt. nat.* 3 cap. 16, 17 p. 729 piſces terrenos ludibrio habuit, *mul-*

ta, inquiens, *hoc loco tibi in mentem venient, quae urbane in re incredibili fabulam dicas. Non cum retibus aliquem, aut cum hamis, ſed cum dolabra ire piſcatum.* Quamquam etiam Klein in *Hiſt. piſcium miſſu* IV p. 59 egregiam fabulam dictitavit, tamen recentiorum teſtimoniis graviſſimis comprobatum eſt, eſſe omnino piſces, qui interdum in ſiccum exeunt, et qui revera e terra effodiuntur. Ammoditae effodiuntur ſubinde aratro in littore Zelandico, teſte Gronovio in *commentario ad Plinii libr. IX.* pag. 190, qui piſces in omni fere mari Europaeo frequentes in horum fortaſſe numero ſunt, qui foſſiles dicti ſunt a veteribus. Huc etiam referendi ſunt *Cobitis foſſilis. Silurus callychthys*, de quo vid. Marggravii *hiſt. nat. Braſil.* p 151. Cf. Gesner *aquat.* p. 443. Rondelet p 11. Georg Agricola *de animalibus ſubterraneis* Nierembergii *hiſt. nat.* lib XI c. 38 p 257. Dalechamp ad Plin. lib 9 c. 57. *Memoires pour l'hiſtoire naturelle de Languedoc.* Paris 1737. 4. p 557. *Dictionnaire de l'hiſt. nat. par* Bomare, art. *Gabot.* At fabulas fictas et commentitias, quibus antiquitas piſces iſtos terrenos obruit, refellere non attinet.

CAP. LXXVI.

Τὰς ἐν Ηπείρῳ ἐλάφους κατορύττειν φασὶ τὸ δεξιὸν κέρας, ὅταν ἀποβάλωσι, καὶ εἶναι πρὸς πολλὰ χρήσιμον.

Cervos in Epiro dextrum cornu abiicientes aiunt defodere, rebus multis utile.

NATALIS DE COMITIBVS.

Cervae Epiroticae ubi cornua deiiciunt, dextrum cornu dicuntur infodere, cum rebus pluribus ſit utile.

ἀποβάλωσι] Leon. et Camot. ἀποβάλλωσι, praeſ. temp. SYLB.

Amittunt cervi quotannis cornua, ſed non ambo ſimul; occurrunt qui uno amiſſo, alterum adhuc habent, quare veteres nonnulli, qui magnam vim medicam cornibus cervinis ineſſe putabant, et in primis dextro, in eam inciderunt ſententiam, defodi illud ab invidis cervis. Cf. Ariſtot. *hiſt. anim.* lib 9 cap. 6; Theophraſti fragmentum *de animalibus, quae dicuntur invidere.* Aeliani *hiſt anim.* lib. 3 cap. 17. Solus Ariſtoteles l. c. non

non dextrum, ſed ſiniſtrum cornu dixit, quod diſſidium conciliari poteſt, dextri et ſiniſtri acceptione varia, quam expoſuit Ariſtot. lib. 2 *de coelo* cap. 2. Conf. ſupra cap. 5.

CAP. LXXVII.

Φασὶ δὲ καὶ τὴν φώκην ἐξεμεῖν τὴν πιτύαν, ὅταν ἁλίσκηται· εἶναι δὲ φαρμακώδες, καὶ τοῖς ἐπιλήπτοις χρήσιμον.

Phocam aiunt captum vomere coagulum, efficax epilepticis pharmacum.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama eſt quod vitulus marinus, ubi capitur, coagulum evomit, quod eſt ſalubre, et utile morbo comitiali laborantibus.

τὴν φώκην] Haec Stobaeus *ſerm.* 98 p. 541 ex Trophilo attulit verbotenus, niſi quod ibi: τοῖς ἐπιληπτικοῖς. NIC.

captum] *captam.* NIC.

Πιτύα, Latinis coagulum, eſt lac caſeoſum in ventriculo animalium lactentium concretum, cui olim medici multas vires attribuerunt. Phocae coagulum commendarunt complures. Theophraſtus in fragmento libri *de animalibus, quae dicuntur invidere* p. 475: ἡ φώκη, ὅταν μέλλῃ ἁλίσκεσθαι, ἐξεμεῖ τὴν πιτύαν, χρησιμεύουσαν καὶ ταύτην τοῖς ἐπιλήπτοις. Dioſcorides lib. 2 cap. 85, qui illud ἐπιληπτικοῖς utile colligendum praecipit a phocis recens natis, quae nondum cum matribus natare queunt. Aeliani *hiſtor. anim.* lib. 3 cap. 19. Plin. 8 cap. 31 p. 456. Plutarch. *de ſera vindicta num.* p. 27 edit. Wyttenb. Eſt vero phoca veterum ſine controverſia *phoca puſilla*, cuius icon habetur in Buffonii *hiſt. nat.* edit. Lipſ. VII, 1 p. 228 tab. 53 et Schreber Säugthiere 3 p. 319 n. 9 tab. 85.

CAP.

CAPVT LXXVIII.

Καὶ τὴν λύγκα δέ φασι τὸ οὖρον κατακαλύπτειν, διὰ τὸ πρὸς ἄλλά τε χρήσιμον εἶναι, καὶ τὰς σφραγίδας.

Ligiam ferunt caudam ſtudioſe contegere, cum ad alios uſus, tum maxime ſphragidis conficiendis idoneam.

NATALIS DE COMITIBVS.

Dicuntur lynces etiam urinam tegere, cum ſit tum ad reliquas res accommodata, tum ad utilitatem gemmarum.

Ligiam] *Lyncem.* caudam] *urinam.* contegere] *abſcondere.* ſphragidis] *ſigillis.* NIC. In codicis Vindobonenſis margine exponitur latine: *et ad veſtigia vulnerum.* I. B.

Lynces urinam protinus terra pedibus obruere, atque ex urina fieri lapidem lyncurium, qui ſcalpi poſſit, memoriae prodiderunt permulti. Theophraſtus in fragmento *de animalibus quae dicuntur invidere* p 475 ita: ἡ λύγξ κατακρύπτει τὸ οὖρον, ὅτι πρὸς τὰς σφραγίδας καὶ πρὸς ἄλλας χρείας ἐπιτήδειον. *Lynces urinam terra operiunt. Nam lyncurium, quod ex urina fit, ad ſigilla aliosque vitae uſus utile eſt.* Idem *de lapidibus* §. 51, 52. Dioſcor. lib. 2 cap. 100. Aeliani *hiſt. anim.* 4 cap. 17. Plutarchus *de ſolertia animal.* p. m. 962. Phile *de animal.* p. 83. Sextus Empir. lib. *pyrrh. hypot.* cap. 14 p. 17. Plinius lib. 8 cap. 38 p 464 et lib. 37 cap. 3 et cap 7 p. 769 et 772. Solinus c. 2. Ovidius *meram.* lib. 15, 413. Auctor Kiranidum p 42. Conf. Conr. Gesneri *quadrup.* p. 771. Etſi omnia fere a veteribus de lynce prodita fabuloſa ſunt, tamen vel e ſolis Aeliani verbis lib 14 cap. 6: Φασὶ δὲ αὐτὰς παρδάλεως μὲν ἔτι καὶ πλέον σιμὰς, ἄκρά γε μὲν τὰ ὦτα λασίους. *De lynce tradunt, eſſe magis ſimam quam pardalim, et ſummis hirſutam auriculis*, coniicere licet, veterum lyncem eſſe Felem lyncem Linnei, cui in auribus extremis faſciculi ſunt pilorum, ſeu auriculae apice barbatae. Quo argumento iam uſi ſunt anatomici Pariſienſes in *Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire des animaux* p. 125 edit Belg. De lapide lyncurio vide, ſi libet, quae diſputavimus nuper in Beyträgen zur Geſchichte der Erfindungen I p. 243. Quod ad interpretem noſtrum attinet, nae is dormitans legiſſe ac ſcripſiſſe videtur. Debuiſſet ita: *Tradunt etiam lyncem urinam obruere, utilem ad varios uſus, atque etiam ad ſigilla.*

CAP.

CAP. LXXIX.

Λέγεται δὲ, περὶ τὴν Ιταλίαν ἐν τῷ Κιρκαίῳ ὄρει φάρμακόν τι φύεσθαι θανάσιμον, ὃ τοιαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, ὥςε ἄν προσρανθῇ τινι, παραχρῆμα πίπτειν ποιεῖ, καὶ τὰς τρίχας τὰς ἐν τῷ σώματι ἀπομαδᾶν, καὶ τὸ σύνολον τοῦ σώματος διαῤῥεῖν τὰ μέλη, ὥςε τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος εἶναι τῶν ἀπολλυμένων ἐλεεινήν. τοῦτο δέ φασι μέλλοντας διδόναι Κλεωνύμῳ τῷ Σπαρτιάτῃ Παῦλον τὸν Πευκέςιον καὶ Γάϊον φωραθῆναι, καὶ ἐξετασθέντας ὑπὸ Ταραντίνων θανατωθῆναι.

Fertur circa Italiam, in Circeo monte, lethale venenum nasci, tanta vi ut sumptum mox pilis corpus totum nudet, ac solvat adeo membra cuncta, ut velut liquescentia cadaverum speciem miserabilem tota superficie praebeant. Hoc ferunt Pemestium Gaiumque, Cleonymo Spartiatae insidiatos esse, verum deprehensos examinatosque, a Tarquiniis supplicio affectos.

NATALIS DE COMITIBVS.

Traditur et laetiferum quoddam venenum nasci in Corcyraeo monte iuxta Italiam, quod vires sortitum est huiusmodi, ut si quis illud aliquo pacto sumpserit, continuo concidat, corporis pili delabantur, atque universa denique corporis membra defluant, atque ita ut miserabilis videatur inspectantibus corporis mortui superficies. Cum hoc Paulus Peucestius et Caius Cleonymo Spartano essent daturi, deprensi et per quaestiones convicti a Tarentinis extremo supplicio sunt affecti.

ὥςε ἂν προσρανθῇ τινι] Pro his veteris exemplaris verbis antea haec erant: ἄν ἐντὸς περανθῇ τινι. Erat et παραυτίκα pro παραχρῆμα, sed hoc leve est. STEPH. Leon. περανθῇ; Camot. et Ising. ἐντὸς περανθῇ. Veram scripturam προσραν-

προσραν9ῇ Stephanus e veteri codice nobis reſtituit. Eaedem editiones ibidem habent παραυτίκα πίπτειν ποιεῖν; levi tum ſtructurae tum ſententiae mutatione. SYLB.

διαῤῥεῖν τὰ μέλη] Maluit quidam κατὰ μέλη. I. B.

Παῦλον] non agnoſcit verſio Latina. SYLB.

ut ſumptum] *alicui aſperſum mortem praeſentem afferat.* NEC.

Etſi de populorum hiſtoria diſputare meum non eſt, tamen qualemcunque ſententiam meam lectoribus offeram, quam aequi bonique conſulant, velim. Cleonymus videtur mihi eſſe Cleonymus ille Lacedaemonius, Cleomenis regis filius, Arei regis patruus, qui patriae bellum intulit, quem poſtea Pyrrhus in regnum revocare tentavit. Hoc duce claſſem Graecorum ad Italiae littora appulſam tradit Livius lib. 10 cap. 2, huncque a Tarentinis arceſſitum eſſe, auctores ſunt Diodorus Sic lib. 20 cap. 108 p. 828; et Strabo lib. 6 p. m. 429. Factum id dicitur anno ſecundo Olympiadis CXIX. De eodem quaedam habent Plutarchus, Pauſanias in *Attic.* cap. 13 et in *Lacon.* c. 6. Athenaeus lib. 13 cap. 28. Quae ſi in eum Cleonymum vere conveniunt, de quo hic ſermo eſt, dubium non erit, quin recte legatur: ὑπὸ Ταραντίνων, etſi ſint libri, in quibus ὑπὸ Ταρκυνίων, quam lectionem accepit interpres noſter. Idem reddidit nomen gentile Πευκέσιον, neſcio qua ratione, *Pemeſtium*, ſed in Latina editione Wecheliana recte *Peuceſtium*. Ni fallor, legendum eſt Πευκέτιον. Peucetiorum meminerunt Strabo lib. 6. Plinius et Stephanus v. Πευκέτιοι. Horum regio Peucetia dicebatur, quae nunc, teſte Leandro, in Apulia *Terra di Bari* Italis dicitur ab urbe Bario. Sunt haud dubie iidem, quos Ariſtoteles infra cap. 120 vocavit *Peucetinos*, apud quos celebrat Dianae templum.

Mons Circaeus etſi hic dicitur extra Italiam eſſe, tamen ſine dubio eſt promontorium in Italia, *Circaeum iugum* Virgilio *Aen.* 7, 799. Fuit iſte mons (in quo oppidum et Circaeum dictum et Circaei) antiquiori tempore inſula, nondum ſiccatis paludibus, quae eam dividebant a continenti. Theophraſtus *hiſt. plant.* lib. 5 cap. 9: *Circaeum, in quo Circe habitavit, inſula primum fuit, nunc vero continenti adiunctum eſt; fluviorum enim eluvie ſabuloque terra exaggerata et accumulata eſt.* Quo auctore uſus eſt Plinius lib. 3 cap. 5 p. 152. Conf. Servius ad *Aen.* 3, 386 et 7, 10. Ibi Circe Solis filia creditur habitaſſe, quam veneficia nobilitarunt confecta ex herbis venenatis, quae in terris Circeiis naſcebantur, quarum in numero eſt gramen Circaeum Propertii 2, 1, 53. Straboni lib. 5 τὸ Κιρκαῖον ὄρος dicitur πολύριζον atque ſcholiaſtae Apollonii lib. 3. *Argon.* πολυφάρμακον. Conf. Cluveri *Italia antiqua* lib. 3 cap. 7 p. 992, et Bochart. *Can.* I cap. 33 p. 651. Ab his omnibus longe deceſſit Natalis de Com. qui, neſcio quam ob cauſſam, *Corcyraeum* montem dixit.

Vene-

Venenum istius montis quale fuerit, etsi coniectura vix assequi licet, tamen equidem suspicor, fuisse non vegetabile, sed animale. Puto fuisse leporem marinum, cuius vel sanies vel halitus non solum pili ut defluant, sed etiam ut totum corpus hominis intumescat, efficit, quas vires novit iam Dioscorides. Nam lib. 2 cap. 20 leporem marinum tritum tum per se, tum cum urtica marina, deglabrandi vim habere prodidit. Multi sunt medici veteres in exponendis huius veneni viribus; e. c. Dioscorides *Alexiph.* c. 30, Galenus, Nicander, Aetius lib. 12. Hunc leporem esse *Aplysiam depilantem* Linnei probavi iam in Beyträgen zur Geschichte der Erfindungen I pag. 265. Vires venenatas expertus est Bohadsch, cuius verba e libro *de animalibus marinis* p. 51 adscribam: "Nausea nobis omnibus „communis erat, ex sparso ab ani„mali odore. Mihi vero praeterea „manus genaeque intumuerunt, quo„ties vivum diutius contrectarem, et „quoties animal succum lacteum eia„culabat. Vtrum vero facies a solo „halitu intumuerit, dum diutius ac „attentius animal examinarem, ap„proximato propius ad corpus eius „vultu; an vero, quod manu muco „illo lacteo madida faciem attigerim, „asserere non valeo; cum posterius „me fecisse non meminerim. — — „Pili nonnulli e mento decidebant, „cum semel studio digito succo la„cteo humectato mentum attingebam." Hoc animal frequens est in mari mediterraneo ad littora Italiae, atque eius veneno saepe abusi sunt olim venefici. Exempla memoriae mandarunt Philostratus in *vita Apollonii* lib. 6 pag. 271 et Glycas edit. Venet. pag. 27 et pag. 185. Neque scio, an ulla planta sit in tota Italia, cuius pulvis vel succus adspersus eodem modo nocere possit.

CAPVT LXXX.

Ἐν τῇ Διομηδείᾳ νήσῳ, ἣ κεῖται ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, φασὶν ἱερόν τι εἶναι τοῦ Διομήδους θαυμαστόν τε καὶ ἅγιον. περὶ δὲ τὸ ἱερὸν κύκλῳ περικαθῆσθαι ὄρνιθας μεγάλους τοῖς μεγέθεσι, καὶ ῥύγχη ἔχοντας μεγάλα καὶ σκληρά. τούτους λέγουσιν, ἐὰν μὲν Ἕλληνες ἀποβαίνωσιν εἰς τὸν τόπον, ἡσυχίαν ἔχειν· ἐὰν δὲ τῶν βαρ-

In Diomedea insula maris Adriatici, ferunt templum quoddam et admirandum et religione sacrum, ab avibus in circulum obsideri, magnitudine vastis, rostris et praelongis et turgidis. Qui Graecis quidem accedentibus quietem agant, caeterum barbaris, qui accolunt, venientibus, subvolent, ac pedibus rostrisque capita eorum

βάρων τινὲς τῶν περιοίκων, ἀνίπτασθαι, καὶ ἀιωρουμένους καταράσσειν αὐτοὺς εἰς τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ τοῖς ῥύγχεσι τιτρώσκοντας ἀποκτείνειν. Μυθεύεται δὲ τούτους γενέσθαι ἐκ τῶν ἑταίρων τοῦ Διομήδους, ναυαγησάντων μὲν αὐτῶν περὶ τὴν νῆσον, τοῦ δὲ Διομήδους δολοφονηθέντος ὑπὸ τοῦ Αινέου τοῦ τότε βασιλέως τῶν τόπων ἐκείνων γενομένου.

lacerent, inflictisque multis vulneribus interimant. Fabulantur has quondam ex ſociis Diomedis extitiſſe, circaque eam inſulam facto naufragio, ducem amiſiſſe ab Aeneo gentium illarum rege dolo necatum.

NATALIS DE COMITIBVS.

In inſula Diomedea, quae in Adria ſita eſt, delubrum quoddam Diomedis eſſe inquiunt ſanctum et admirabile, circa quod aves ſunt magnitudine praeſtantes, quae roſtrum habent et magnum et durum. Has aves dicunt ſi Graeci in eum locum acceſſerint, quietas eſſe; at ſi quis accedat ex barbaris finitimis, advolare, easque elatas in caput eius contendere, roſtrisque vellicantes interimere. Dictum eſt in fabulis, in has aves fuiſſe converſos Diomedis ſocios, cum in inſula paſſi fuiſſent naufragium, ac Diomedes dolo fuiſſet ab Aeneo, qui tunc locis illis imperabat, interfectus.

καὶ ἀιωρουμένους] Leonici et Camotii edit. ἀιρομένους; minus belle. SYLB.

ἐκ τῶν ἑταίρων τοῦ Διομήδους] Cod. Vindobonenſ. ἐκ τῶν τοῦ Διομήδους. I. B.

ferunt templum] *ferunt Diomedis templum.*

et turgidis] *duris.* Qui Graecis] *Quae Graecis.*

ac pedibus . . . capita eorum lacerent] *ac magno cum impetu irruentes roſtris capita eorum lacerent.*

ab Aeneo] *ab Aenea.* NIC.

Fabula

Fabula de Diomedis ſociis in aves mutatis a multis auctoribus celebrata et vario modo ornata eſt. Nos nominabimus plurimos in gratiam eorum, qui harum avium characteres inquirere volunt. Strabo lib. 6 pag. 435. Aelianus *hiſt. anim.* I, 1. Antigonus Caryſt. cap. 188. Stephanus Byz. v. Διομήδεια. Lycophr. *Alex.* v. 592 - 632. Tzetzes *ad Lycophr. Alex.* v. 603. Phile V p. 12. Phavorinus. Virgil. *Aen.* XI, 271 et Servius ad Virg. Ovid. *metam.* 14, 457, 508. Plin. lib. 10 cap. 44. Solinus c. 2 p. 12. Iſidorus *orig.* lib. 12 c. 7. Auguſtinus *de civit. D.* 18, 16 et 18. Antoninus Liberalis c. 37. Ex his ad avium Diomedearum genus definiendum collegi haec. Sunt aves ſimiles fulicarum (Plin. et Sol.); aut ardearum, ἐροδίων, (Ael. et Antig. et Steph.) aut olorum (Lycophr. et Ovid.). Corpus earum colore candido. (Plin. Ovid.). Roſtrum magnum, dulum (Ariſt.), dentatum (Plin. et Sol.) Oculi igneo colore. (Plin.). Vox lacrimoſa (Ovid.) Scrobes roſtro excavant, crate conſternunt, terra operiunt, inſtruunt duplici aditu. (Plin. Sol.). Habent duos duces, alterum, qui agmen ducit, alterum qui cogit. (Plin. Sol.). Atqui haec omnia non ſufficiunt ad ſtatuendam ſpeciem, quippe cum in plurimas aves pelagicas conveniunt. Facile tamen avem cognoſcet ornithologus, cui inſulas Diomedeas adire aliquando continget. Veriſimile eſt enim, ſupereſſe adhuc ibi reliquias avium, quae fabulae ortum dederunt. De iſtis inſulis, ſicut de ipſa fabula, optime egit ill. Heynius noſter ad Virgilii *Aen.* XI, 243, a quo quaedam grato animo mutuare liceat. Obiacent littori Apuliae, contra montem Garganum, qui in promontorium ad mare procurrit, inſulae numero tres, cum tamen tertia ſaxoſa ſit, duae tantum numerari ſolent, quarum unam vetuſtas *inſulam Diomedeam* appellavit; nunc *iſola di Tremiti*, a terrae motibus, quorum veſtigia multa in ea occurrunt. At neminem novi, qui eam adiit, praeter quam *Cochorellum*, cuius deſcriptio inſulae Tremitanae laudata iam ab Heynio in *Theſauro antiquit. Siciliae* vol. 14 repetita eſt. Quae is de avibus prodidit, ea adſcribere e re fore iudico. Ita ille p. 4: "Has aves nunc Arte„nas vocant, anatibus amplitudine „paululum grandiori; plumas habent „in tergo colore glauco, vel ſubni„gro, ſub pectore autem albas; capite „ſunt groſſiore atque rotundo; ocu„lis igneis, roſtro ſubadunco; brevi„bus cruribus et pedibus croceis ac „cartilagineis inſtar anſeris, alisque „oblongis. Et quamquam alibi etiam „(ut non nulli aſſerunt) inveniantur, „maiore tamen numero et copia apud „Diomedeam inſulam habentur, ni„dificant autem in foraminibus ſaxeis „uno tantummodo ovo ſingulae con„tentae, diem, medio in pelago, „piſcando peragunt; nocte revertun„tur in cryptas, et ſub primum no„ctis crepuſculum, ſcopulos aeſtate „clamoribus implent, earum garritus „veluti vox vagientis infantuli; et „niſi quispiam ipſarum cognitionem „calleret, crederet pueros potius in „cunis vagire, quam garrire alites in „cavernis; pulli iſtarum avium ſunt „in autumno praepingues, et tunc „incolae ferreis eos aucupantur uncis; „non ad veſcendum tamen, quia ea„rum carnes gravi quodam odore „ſtomachum faciunt, ſed ad adipem „excipiendum, qui collectus et ad-

„ſervatus, languoribus plurimis in„ſervit." Hactenus Cochorellus, cuius tamen e verbis intelligi nequit, quodnam ſit avium genus. Neque multum iuvat Aldrovandus, qui iconem et deſcriptionem avis ex inſula ad ſe transmiſſae obtulit *Ornith.* vol. 3 p. 58. Videtur tamen avis eſſe, quae a Linneo vocatur *Procellaria puffinus*. Solent aves pelagicae, quae in inſulis incultis ac deſertis habitant, homines advenas primum non fugere, ita ut hi ad eas prope accedere poſſint, quae quaſi hominum ſaevitiam nondum expertae ſint. Deinde vero quando ab hominibus ſibi timere incipiunt, repentino ac vehementi impetu in eos involare, magnoque clangore, validiſſimis roſtris eos mordicus appetere ſolent, quaſi adhuc inſciae, quanta vi ipſis humanum genus praeſtet. Iuvabit legere, quae in *Commentationibus noſtrae ſocietatis ſcient. Gottingenſis*, vol. 3 p. 132 prodidit I. R. Forſter, de avibus, quae Linneo dictae ſunt *Diomedeae*, quibus Forſterus nomen novum *Aptendytarum* indidit. Haec, puto, quodam modo fabulae originem declarabunt, neque diffiteor, me parum abeſſe, quin Diomedeas ornithologorum et Graecorum easdem exiſtimem, niſi dubitarem, quin illae ad Italiam accedant, cum circulos tropicos, noſtra ſaltem memoria, non facile transvolant. Plinius I p. 568 aves iſtas vocari *catarractas* auctor eſt, id eſt, aves praedatrices, quae cum impetu in praedam ruunt. Ita Sophocles in *Lacoonte* aquilam καταῤῥάκτην, et in *Phineo* harpyias καταῤῥάκτας appellavit. In *Caſſandra* Lycophronis accipiter dicitur καταῤῥακτὴρ, a verbo καταῤῥάσσειν, quo noſter uſus eſt. Conf. Bocharti *hierozoic.* II p. 278.

Denique auctor noſter, ut ad eum revertamur, ab aliis omnibus recedit, qui aves extitiſſe ait Diomede ab Aeneo, qui rex illa loca tenebat, per inſidias occiſo. *Poteſt*, inquit Heynius p. 515, *ὑπὸ τοῦ Αινέου videri mutandum in ὑπὸ τοῦ Δαύνου; ſic enim olim nonnulli tradiderunt, v. Schol. Lycophr. ad v.* 603; *nam omnino diverſae de Diomedis morte erant narrationes, monente Strabone* p. 436. *De Aenea cogitare non licet; nam congreſſum eum cum Diomede nemo veterum tradidit Pauſania teſte lib.* I, II. Diomedis monumentum ac delubrum in iſta inſula ad ſeriorem aetatem duravit, vid. Plin. lib. 3 cap. 46. I p. 181. Inter epitaphia Homericorum heroum, quae Ariſtoteli tribuuntur, reperi hoc: Επὶ Διομήδους, κειμένου ἐν τῇ ὁμωνύμῳ νήσῳ.

Αινετὸν πάντεσσιν ἐπιχθονίοις Διομήδη
Η δ' ἱερὰ κατέχει νῆσος ὁμωνυμίη.
Laudatum cunctis Diomedem haec inſula fortem,
Quae ſimili fertur nomine ſacra tenet.

Vid. Homeri et Heſiodi certamen editum ab H. Stephano 1573. 8. p. 142.

CAP. LXXXI.

Παρὰ τοῖς Ομβρικοῖς φασὶ τὰ βοσκήματα τρὶς τίκτειν τοῦ

In Ombricis inſulis aiunt pecora annis ſingulis ternos partus edere,

ἐνιαυτοῦ, καὶ τοὺς καρποὺς αὐτοῖς τὴν γῆν πολλαπλασίους ἀνίεσθαι τῶν καταβαλλομένων. εἶναι δὲ καὶ τὰς γυναῖκας πολυγόνους, καὶ σπανίως ἓν τίκτειν, τὰς δὲ πλείους δύο καὶ τρία.

edere, terramque multiplicem ferentibus frugem reddere. Sed et mulieres foecundas vehemente, ut quae raro unos, sed plerumque geminos aut ternos enitantur.

NATALIS DE COMITIBVS.

Pecudes aiunt ter parere quotannis apud Vmbros, terramque fructus multo copiosiores producere quam seminentur; mulieres multos parere plerumque, ac unum perraro, sed maiori ex parte duos vel tres filios.

In Ombricis insulis] *Apud Vmbros.*
frugem reddere] *fructum reddere.* NIC.

Haec e nostro auctore retulit iisdem verbis Stephanus, cui et Ὀμβρικοι et Ὀμβροι dicti sunt. Gens Italica circa Adriaticum sinum, de qua conf. Cluveri *Italia* lib. 2 cap. 4 p. 593. Male interpres: *in Ombricis insulis.* At qui eandem fertilitatem attribuerit Vmbriae, novi neminem. Venetus autem ager hoc nomine celebratus est a compluribus, nec scio, an Aristoteles quae de Venetia acceperat, temere adscripserit Vmbriae. Ita enim Stephanus: *Adria, urbs, et iuxta eam, sinus Adria. Regio pecoribus est egregia, ita, ut bis pariant in anno, geminosque foetus edant; saepius etiam tres atque quatuor hoedos; interdum vero quinque ac plures. Gallinae autem bis die pariant.* Marcianus Heracleensis in Περιηγήσει de agro Veneto; διδυμοτοκεῖν γάρ φασι καὶ τὰ θρέμματα. Gallinarum Adrianarum partum quotidianum memorat etiam Aristoteles *hist. anim.* lib. 6 cap. 1; atque inde Plinius lib. 10 cap. 53. Erravit Albertus Magnus, scribens lib. 6 *de animalibus* gallinas Adrianas dici ab Adriano rege, qui post Aristotelem magno intervallo, immo post Plinium, Romae imperavit. Conf. nostri libelli cap. 140.

Ad βοσκήματα referuntur ab auctoribus geoponicis praeter bovinum genus, oves potissimum et caprae, interdum etiam sues. Conf. *geopon.* XVII, cap. 17 p. 1158. Boves singulis annis plures partus edere non posse, constat inter omnes, qui re rusti-

ruſtica vel paululum impertiti ſunt. Neque ſuillum pecus ter anno parere poteſt; nam, ut Varronis 2, 4, 14 verbis utar in re, quae non ſcriptorum, ſed ſolius naturae auctoritate agitur, *ſus quaternis menſibus fert ventrem, binis nutricat, ergo bis parit anno.* De ovibus et capris recte Ariſtoteles *hiſt.* lib. 6: *ferunt quinque menſibus, unde fit, ut locis nonnullis, in quibus caeli clementia et pabuli copia eſt, bis pariant.* Idem *problem.* lib. 10, 43 edit. Septalii 2 p. 134 oves biferas in Magneſia et Africa fuiſſe auctor eſt. Conf. Virgilii *georg.* 2, 150 et *eclog.* 2, 22. Neque hodie non biferae in Helvetia, immo Lapponia, cf. Leem *de lapponibus Finmarchiae.* At tres partus ſingulis annis fieri nequeunt. Quam ob cauſſam nullus dubito, quin apud noſtrum atque Stephanum non τρὶς, ſed δὶς legendum ſit. Etſi enim multi errores ab auctoribus commiſſi ſunt ex inſcitia rei ruſticae, tamen huius modi erroris reum facere non licet auctorem huius libelli, quicunque demum ille ſit, cum documenta dederit ſatis multa, ſe ipſum conſuluiſſe naturam. Verum eſt etiam, frequentiores eſſe tales errores in libris recentiorum, quam veterum, qui fere omnes hiſtoria naturali imbuti erant. Inter recentiores e. gr. ſaepe ita erravit Eccardus in annotationibus ad legem Salicam, ubi de ſuibus agitur. Attamen auctor noſtri libri non eſt ſolus, qui ter anno oves parere perhibuit. Ita enim Homerus de ovibus Lybicis:

τρὶς γὰρ τίκτει μῆλα τελεσφόρον
ἐις ἐνιαυτόν.

Denique huc ſpectant verba Ariſtotelis *hiſt. anim.* lib. 7 cap. 4: *Cum alia animalia ſingulos pariant, alia plures, genus humanum in ancipiti eſt. Nam quod plurimum et locis plurimis agitur, mulieres ſingulos ſingulae pariunt. Sed ſaepe et locis plerisque geminos etiam, ut in terra quoque Aegypto fieri certum eſt. Pariunt etiam tres et quatuor;* caet. Conf. Boerhavii *praelect. acad.* edit. Halleri. Tom. 5. P. 2 p. 553 et Halleri *elementa phyſiolog.* tom. VIII p. 456.

CAP. LXXXII.

Ἐν ταῖς Ηλεκτρίσι νήσοις, αἳ κεῖνται ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Ἀδρίου, φασὶν εἶναι δύο ἀνδριάντας ἀνακειμένους, τὸν μὲν, κασσιτέρινον, τὸν δὲ, χαλκοῦν, εἰργασμένους τὸν ἀρχαῖον τρόπον. λέγεται δὲ τούτους Δαιδάλου εἶναι ἔργα,

In Electridis inſulis, maris Adriatici ſinu duae ſtatuae recumbentes videntur, ad formam priſcam elaboratae, ſtannea altera, altera vero aerea, Daedali opus, ut exiſtimatur, monumentumque rerum iis temporibus geſtarum, qui-

ὑπόμνημα τῶν πάλαι, ὅτε Μίνω φεύγων ἐκ Σικελίας καὶ Κρήτης, εἰς τούτους τοὺς τόπους παρέβαλε.

quibus ipſe, Minoa ex Sicilia Cretaque fugiens, ad haec loca appulit.

Ταύτας δὲ τὰς νήσους φασὶ προκεχωκέναι τὸν Ηριδανὸν ποταμόν.

Inſulae ab Eridano praeterlabente effuſae traduntur.

Ετι δὲ λίμνη ἔοικε πλησίον τοῦ ποταμοῦ, ὕδωρ ἔχουσα θερμόν· ὀσμὴ δ' ἀπ' αὐτῆς βαρεῖα, καὶ χαλεπὸν ἀποπνεῖ· καὶ οὔτε ζῶον οὐδὲν πίνει ἐξ αὐτῆς, οὔτε ὄρνεον ὑπερίπταται, ἀλλὰ πίπτει καὶ ἀποθνήσκει. ἔχει δὲ τὸν μὲν κύκλον σταδίων διακοσίων, τὸ δὲ εὖρος, ἕως δέκα.

Praeterea et lacus iuxta flumen eſt, aqua calida fervens, tum odorem adeo exhalans foetidum, ut et armentis aquandis inutilis ſit, et aves etiam ſupervolantes necet.

Μυθεύουσι δὲ οἱ ἐγχώριοι Φαέθοντα κεραυνωθέντα πεσεῖν εἰς ταύτην τὴν λίμνην.

In hunc et Phaethonta fulmine ictum delapſum fabulantur incolae. Ambitus eſt in circulum haud minor ducentorum ſtadiorum.

Εἶναι δ' ἐν αὐτῇ αἰγείρους πολλὰς, ἐξ ὧν ἐκπίπτειν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον. οἱ δὲ λέγουσιν ὅμοιον εἶναι κόμμι, διὰ τὸ ἀποσκληρύνεσθαι ὡσανεὶ λίθον, καὶ συλλεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων διαφέρεσθαι εἰς τοὺς Ελληνας.

Tum populi arbores in eo frequentes. Vnde (quod vocamus) electrum diſtillat, gummi ſimile, eo quod ad inſtar lapidis indureſcat. Collectum autem ab incolis in Graeciam deportatur.

Εις ταύτας οὖν τὰς νήσους Δαίδαλόν φασιν ἐλθεῖν, καὶ κατασχόντα αὐτὰς, ἀναθεῖναι ἐν μιᾷ αὐτῶν τὴν αὐτοῦ εἰκόνα, καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ Ικάρου ἐν τῇ ἑτέρᾳ· ὕστερον δὲ ἐπιπλευσάντων Πελασγῶν τῶν ἐκπεσόντων ἐξ Αργους, φυγεῖν τὸν Δαίδαλον, καὶ ἀφικέσθαι εἰς Ικαρον τὴν νῆσον.

In has ergo insulas deveniſſe Daedalum, occupaſſeque ferunt; et imaginem in una ſuam, in altera Icari filii conſtituiſſe. Verum ſolventibus iam Graecis, Argosque excidentibus, Daedali ſtatuam, velut fuga ſibi conſulentem, in Icarum inſulam miraculoſe abiiſſe.

NATALIS DE COMITIBVS.

Apud inſulas Electras, quae in faucibus iacent maris Adriatici, duas ſtatuas ſitas eſſe dicunt, hanc quidem flammeam, illam aeream, quae more antiquo ſunt factae. Hae Daedali opus eſſe dicuntur, antiquarum rerum monumentum, ubi Minos ex Sicilia Cretaque profugiens in haec loca penetravit. Has ipſas inſulas Eridanum fluvium cumulaſſe dicunt. Praeterea ſtagnum quoddam non procul a fluvio conſpicitur, quod aquam habet calidam, cuius odor eſt gravis graviterque ſpirat; ac neque ullum animal ex ea bibit, neque aves ſupervolant, ſed concidunt et ſuffocantur. Habet ambitum ducentorum ſtadiorum, decem latitudinem. Fabulantur incolae Phaethontem fulmine percuſſum in hunc locum decidiſſe, in quo multae ſunt alni, ex quibus defluit nominatum electrum, quod gummi perſimile eſſe ferunt, atque fit durum tanquam lapis. Vbi vero ab incolis fuerit collectum in Graeciam deportatur. Daedalum fama eſt in has inſulas applicuiſſe; cumque illas occupaſſet in una ſuam filiique ſtatuam Icari depoſuiſſe; mox cum adnavigaſſent Pelasgi, qui ex Argo profugerant, Daedalum ferunt aufugiſſe et ad inſulam perveniſſe Icarum.

ἐν

ἐν τῷ μυχῷ] *in intimo receſſu ſinus Adriatici.* Sic Marcianus Heracleenſis in περιηγήσει, ubi Electridum inſularum ſitum finit: κείμεναι πρὸς τῷ μυχῷ. I. B.

ὅτε Μίνω φεύγων] Accuſativum Μίνω probat etiam interpres: *Minoa fugiens.* SYLB.

προκεχωκέναι] Hoc verbum hinc et ex ſcriptis libris Stephano reſtituit Berkelius, ante quem ibi legebatur προσκεχωρηκέναι. NIC. Hoc verbum retinuit Cluverus, qui in *Italia antiqua* p. 389 haec Ariſtotelis verba exſcripſit, reddiditque ita: *has inſulas ante Eridanum amnem iacere tradunt.* I. B.

ἔτι δὲ λίμνη ἔοικε] Convenientius λίμνη κεῖται, ſeu λίμνη ἐστί; ſicut interpres quoque vertit: *iuxta flumen eſt.* SYLB. Codex Vindobonenſis: ἐστὶ δὲ λίμνη, ὡς ἔοικε, πλησίον. Et paucis verbis interiectis: χαλεπὴ ἀποπνεῖ pro χαλεπόν. I. B.

ἶναι δ' ἐν αὐτῇ αἰγείρους] ſcilicet νήσῳ. Cluverus legit ἐκεῖ, uti eſt apud Stephanum. I. B.

ὅμοιον εἶναι κόμμι] Leon. et Cam. κόμμοι, rectius κόμμει. SYLB.

In Electridis] *Electridibus.* recumbentes] *dedicatae.*

Inſulae ab Eridano] *Hae vero inſulae ab Eridano aggeſtae traduntur.*

exhalans foetidum] *gravem et noxium, ut neque animal ullum inde bibat, neque avis ſupervolet, quin decidat ac moriatur. Ambitus eius eſt ducentorum ſtadiorum, latitudo vero decem.* NIC. Haec verba interpres mutilavit, maleque transpoſuit. I. B.

Tum populi arbores] *Eſſe vero populos arbores ibi frequentes, unde quod vocatur electrum deſtillet. Illi vero gummi eſſe ſimile perhibent, eo quod lapidis inſtar indureſcat, et collectum ab incolis in Graeciam deportari.* NIC.

occupaſſeque] *illasque occupaſſe.*

Verum ſolventibus] *Poſtea vero appellentibus Pelasgis, qui Argo exciderant, fugiſſe Daedalum, et veniſſe in Icarum inſulam.* NIC.

Neque huius operis, neque meum eſt, de difficillima geographiae antiquae parte, de inſulis, inquam, Ηλεκτρίσι, diſputare; erit abunde ſatisfactum officio, quod ſuſcepi, ſi lectoribus commendaverim viros doctos, qui hoc argumentum feliciſſime tractarunt. Horum in numero ſunt ill. Schlözerus noſter, qui in Allgemeiner Welthiſtorie vol. 31. p. 8 et 34 univerſam electri hiſtoriam acutiſſime ac diligentiſſime, ut ſolet, explicavit, quem ducem ſequantur, qui hac in re procedere volunt; porro

ro etiam, quos ille laudavit, Bayer in *Commentar. academ. Petropolit.* vol. 7. p. 346, sive in *Opusculis* editis a Klozio Halae 1770. 8. p. 425. Grupen in *Origin. Germaniae*, I. p. 319, quibus adiungo Cluveri *Italiam antiquam* p. 387. et *Parerga historica* edita Dantisci 1782. 4, p. 166, 167. Vt vero eorum saltem, qui istis libris carent, levem inopiam, paucis referam, quae a Schlözero meo accepi. Electri nomen variis quidem rebus tributum legimus in libris antiquis, quas operose expiscatus est Gesnerus in *Commentariis societatis regiae scientiarum Gottingensis;* tom. III, 1753 p. 88, sed plerumque hoc nomine intelligitur idem illud bitumen minerale, quod etiam nunc electrum vel succinum vocatur. Hoc nusquam gentium tam copiose quam in Borussia provenire, pervulgatum est, unde etiam ab omnibus retro saeculis, quidquid in usu fuit, petitum est. Primi illud advexerunt Phoenices, qui num ipsi Borussiae littus, electri natale, adierint, an potius illud ab aliis gentibus interiectis mercati sint, ignoratur. Quacunque demum via ad Graecos pervenerit ista merx, eadem quoque acceperunt narrationem, etsi non accuratam, tamen aliquam, de terra electri natali, de gente eam inhabitante, atque de mari seu flumine quodam, cuius ad littus vel ostium electrum nasci dicebatur. Ita acceperunt Graeci *Venedorum* vel *Vinidorum* atque *Eridani* nomina. Illud quidem gentis erat, quam antiquissimo tempore ad Borussiae oras habitasse, probavit Schlözerus; hoc fluvii, qui usque ad nostram memoriam nomen vetustum *Raddune* retinuisse creditur. Hanc sententiam iam obtulit Cluverus lib. I. pag. 391. Scilicet Graeci nomen inflectendo ex barbaro Graecum fecerunt, ut hodie, inquit Gesnerus, in nostris faciunt Galli. Successit illud tempus, cum in potestatem Persarum regum venit, cum vastata pene ad internecionem est ab illis, sua cum Sidone, Phoenice; et nondum recreata erat, cum funditus eam delevit Alexander. Ab eo tempore, tantum abfuit, ut meliorem de electri patria notitiam acceperint Graeci, ut potius vel eam, quam olim acceperint, amiserint. Quo-factum est, ut, qui postea maiorum de electro narrationes referre et explicare conati sunt, in varios ac prodigiose absurdos inciderint errores. Tunc Venedorum nomen mutatum est in *Venetos*, qui ad mare Adriaticum habitantes Graecis innotuerant. Atque hoc modo electri natale male traiectum est in Italiam, quo facto Eridanum, cuius nomen magis Graecum quam barbarum iam Herodoto visum erat, fluvium putarunt Italiae, *Padum* nimirum, qui hodie *Po* vocatur. Itaque multa, quae de Venetis et Eridano vera innotuerant, vel quae de Eridano Italiae fabulati erant poetae, attributa sunt regioni isti septemtrionali, quae electrum miserat. Quae cum ita sint, oleum et operam perditurus videatur, qui his in rebus diutius morari et, quae vera insint, subtilius enodare tentaret. Paucis igitur absolvam, quae reliqua sunt.

Fabulam de Phaëthonte, Solis filio, qui etiam Eridanus dictus est, multi auctores vario modo enarrarunt atque ornarunt. Plurimi referunt Phaëthontem fulmine ictum cecidisse in Padum, quem amnem Graeci hanc ob caussam Eridanum vocarunt. Sorores

rores autem, interitum fratris deflentes, in arbores populos verſae, harumque lacrimae in electrum duratae dicuntur. Conf. Plin. lib. 37 cap. 2. Ovid *met.* lib. 2. Diodorus lib. 5. Polybius lib. 2. Lucianus *de aſtrologia* Hygini *fabulae* cap. 154 et qui auctores ad hunc locum laudati ſunt in *Mythographis Latinis*, editis ab Aug. a Staveren p. 266. Ab his autem diſcedit Ariſtoteles, qui non in fluvium, ſed in lacum flumini illi vicinum decidiſſe Phaëthontem ſcribit. Conſentit tamen ſcholiaſtes Lycophronis Iſacius Tzetza, cuius verba latine reddita adſcribere iuvat: *Aornus et Aornis, lacus eſt circa Cumas. Dicitur autem Aornis, quod nulla avis eum ſupervolare poteſt; quia caliginoſus eſt atque magnus. Ac Lycophron quidem Aornum vocat lacum; alii vero circa Padum aiunt eſſe lacum fervidum gravevolentem, quem nullum animal deguſtet, quin moriatur ſtatim. Hoc loco accidiſſe aiunt, quae de Phaëthonte narrantur.* Arbores, unde electrum deſtillare ſcribitur, vocantur *αἰγείροι* Polybio, Luciano, Marciano Heracleenſi, qui in *περιηγήσει* ita:

Ηριδανός. ὅς κάλλιϛον ἤλεκτρον φέρει·
Ὃ φασιν εἶναι δάκρυον ἀπολιθούμενον
Διαυγὲς, αἰγείρων ἀποσάλαγμά τι.

Eridanus, qui optimum fert electrum,
Quod lacrimam aiunt eſſe in lapidem converſam,
Atque perlucidum, populorum quaedam deſtillatio.

Latini arbores nominarunt *populos*; conf. quae de his diſputata nobis ſunt ad cap. 70. Noſtra memoria poſtquam mineralogi ſumma diligentia in electri naturam inquiſiverunt, perſuaſum eſt plurimis, ortum eſſe illud omnino e ſucco arboris cuiusdam, non autem e gummi, ſed reſina, neque e populorum, ſed e pinorum reſina, quam per multa ſaecula in terra marique commutatam eſſe in bituminis mineralis indolem, veriſimile eſt.

Lacum, in quem decidiſſe Phaëthontem ſcribit noſter, eſſe *Aponum fontem*, graviſſimis rationibus confirmavit Cluverus *Ital.* lib. 3 p. 148. Vicus eſt in agro Patavino hodie quatuor millia paſſuum a Patavio verſus meridiem diſſitus, vulgari vocabulo *Abano* et corruptiore *Ebano*. Hinc a 500 paſſibus ad radices montium conſpiciuntur fontes calidarum aquarum, quae a dicto vico cognominantur vulgo *Bagni d'Abano*. Hae dicuntur Plinio *Patavinae aquae*, Claudiano vero aliisque *Aponus fons*. Sed, quod recte iam docuit Cluverus, multa quae olim de lacu Averno fabulata erat antiquitas, poſtea traducta ſunt ad Aponum fontem. Tanti enim ambitus calidus lacus nunquam circa Padum fuit, quanti fuiſſe Phaëthontis lacus hic legitur. Avernus lacus Ἄορνου cognomen habuit, quia exhalationem tam peſtilentem aiebant eſſe, ut aves ſupervolantes illico necaret. Praeter Stephanum Byzant. qui fere haec omnia e noſtro libro in ſuum derivavit, pertinent huc e fragmentis Sotionis *de fluminum, fontium ac lacuum miraculis* haec: Περὶ τὸν Ηριδανὸν ποταμὸν ἐϛι λίμνη κατὰ τὰς Ηλεκτρίδας νήϛους, ὕδωρ ἔχουϛα θερμὸν, ὀϛμὴν δὲ βαρεῖαν, ἀφ' ἧς οὐδὲν ζῶον γεύεται. *Circa Padum eſt lacus iuxta Electridas inſulas, aquam habens calidam gravis odoris, quam nullum animal deguſtat.*

Fabulam de Daedalo eiusque filio Icaro habes apud Diodor. Sic. lib. 4 p. 277. Pausan. I, 4 p. 531. Palaephat. cap. 13. Apollodor. 3. Ovid. *met.* et lib. *de arte amandi.* Serv. ad Virg. *Aen.* 6, 14. De Daedalo etsi omnia satis vulgata sunt, tamen nescio, an multi, qui de fabula egerunt, haec Aristotelis verba in rem suam converterint. Plurimi, quos adii, de Daedali fuga in insulas Electrides et in insulam Icariam nihil habent quidquam, sed Bannier in *mytholog.* edit. Germ. 4 p. 454 aliique contendunt, Daedalum in Sicilia usque ad mortem mansisse. Palaephatus auctor est, Icarum a fluctibus eiectum, sepultum esse iuxta patrem; at locum non indicavit, cum plurimi Icarum in Icaria sepultum esse volunt. Est vero *Icaria* vel *Icarus* insula una Cycladum, Samo proxima, de qua Cellar. *geogr.* 2 p. 22. Strabonis aetate fuit deserta, hodie dicitur *Nicaria.* Neque praeter nostrum et Stephanum, qui illo auctore usus est, invenio quemquam, qui de hisce statuis Daedali loquutus sit. Probe scio, me non eum esse, qui his de rebus vel plurima vel multa sciens putari possim; at nec Francis. Junius in *Catalogo artificum* pag. 69 quidquam attulit, praeterquam verba Aristotelis. Vna statua dicebatur stannea, fortasse propterea, quoniam insulae Cassiterides, unde stannum petebatur, insulis Electridibus vicinae existimabantur, id quod multorum auctoritate, e. gr. Herodoti lib. 3 comprobatur. Conf. quae ad cap. 51 annotavimus.

CAP. LXXXIII.

Ἐν τῇ Σικελίᾳ τῇ καλουμένῃ Αἴτνῃ, σπήλαιόν τι λέγεται εἶναι, περὶ ὃ κύκλῳ πεφυκέναι φασὶ τῶν τε ἄλλων ἀνθέων πλῆθος ἀνὰ πᾶσαν ὥραν, πολὺ δὲ μάλιστα τῶν ἴων ἀπέραντόν τινα τόπον συμπεπληρῶσθαι· ἃ τὴν σύνεγγυς χώραν εὐωδίας πληροῖ· ὥστε τοὺς κυνηγοῦντας, τῶν κυνῶν κρατουμένων ὑπὸ τῆς ὀδμῆς, ἐξαδυνατεῖν τοὺς λαγὼς ἰχνεύειν.

In Aetna Siciliae monte est, ut inquiunt, spelunca, quam circa florum omnigena copia crescit omni tempore, tum violis immensum quoddam spatium obtegitur. Quae finitima loca adeo fragrantia sua replent, ut occupati hac suavitate odoris venatici canes, lepores vestigare nequeant.

Ac

Διὰ δὲ τούτου τοῦ χάσματος, ἀσυμφανής ἐστιν ὑπόνομος· καθ' ὃν φασι τὴν ἁρπαγὴν ποιήσασθαι τὸν Πλούτωνα τῆς Κόρης.

Ac sub eodem hiatu obscurum quoddam antrum latet, quo Proserpinam rapuisse Pluto fertur.

Εὑρίσκεσθαι δὲ φασιν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ πυρούς, οὔτε τοῖς ἐγχωρίοις ὁμοίους οἷς χρῶνται, οὔτε ἄλλοις ἐπεισάκτοις, ἀλλ' ἰδιότητά τινα μεγάλην ἔχοντας. καὶ τούτῳ σημειοῦνται τὸ πρῶτον παρ' αὐτοῖς φανῆναι πύρινον καρπόν. ὅθεν καὶ τῆς Δήμητρος ἀντιποιοῦνται, φάμενοι παρ' αὐτοῖς τὴν θεὸν γεγονέναι.

Triticumque reperitur nec domestico quo utuntur, neque alii importato simile, sed peculiari proprietate insigne. Quo argumento contendunt illic primum omnium triticum conspectum esse; et proinde Cererem etiam sibi, ut apud se natam, vendicant.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Sicilia Aetna nominata speluncam quandam esse inquiunt, circa quam tum aliam florum copiam nasci dicunt singulis anni temporibus, tum locum quendam immensum violis repleri, ex quo finitima regio odore repletur, ita ut venatorii canes odore impediantur, quo minus valeant leporum sequi vestigia. Per huiusmodi hiatum cuniculus est obscurus, per quem Proserpinam a Plutone raptam deportatam fuisse affirmant. Dicunt in hoc loco triticum inveniri non illi simile quo incolae utuntur, neque adventicio, sed propriam quandam magnitudinem habens, quo argumento utuntur, quod triticeus fructus apud ipsos primum apparuerit. Efficitur etiam idcirco, ut Cererem suam esse indigentem (indigenam) *contendant, cum illam inquiant apud se fuisse natam.*

Ἐν τῇ Σικελίᾳ τῇ καλουμένῃ Αἴτνῃ] In veteri libro haec duo vocabula non habentur τῇ Σικελίᾳ, quem ego ſequutus, ea ſuſtuliſſe debueram. Si quis tamen illa retinere velit, addat praepoſitionem περὶ aut παρὰ ante τῇ καλουμένῃ. STEPH. Commation iſtud, τῇ Σικελίᾳ, Stephanus a ſuo libro vetere abeſſe ſcribit; quapropter ſi quis id nolit tollere, vel cum eodem Stephano legere poterit: ἐν τῇ Σικελίᾳ παρὰ τῇ καλουμένῃ, vel ἐν τῆς Σικελίας τῇ καλουμένῃ. Porro quod hic de Aetnaea ſpelunca narratur, confirmari videtur etiam a Silio Italico lib. 14, 238. ubi canit:

Aetna Deum lucis ſacram dedit ardua dextram.
Hic ſpecus, ingentem laxaus telluris hiatum,
Caecum iter ad manes tenebroſo limite pandit;
Qua novus ignotas hymenaeus venit in oras.
Hac Stygius quondam, ſtimulante cupidine, rector,
Auſus adire diem; moeſtoque Acheronte relicto,
Illicitas egit currum per inania terras.
Tum rapta praeceps Aetnaea virgine ceſſit,
Attonitos caeli viſu, lucemque caventes
In Styga rurſus equos, et praedam condidit umbris.

Confirmari idem videtur etiam his Claudiani:

Aetnaeae Cereri proles optata virebat.

et rurſum

Aetnaeos apices ſolo cognoſcere viſu,
Non aditu tentare licet; pars cetera frondet
Arboribus, nullo teritur cultore cacumen.

Sed Ciceronis potius ſequenda videtur auctoritas, qui *Ennam* nobis hic pro *Aetna* ſuggerit lib. 4 in Verrem, de Sicilia verba faciens. SYLB. Ἔννῃ Sylburgius emendavit veriſſime. Dici non poteſt quam ſaepe *Aetna* et *Enna* a librariis permutatae ſint. NIC. Etiam in codice Vindobonenſi: ἐν τῇ καλουμένῃ. I. B.

ἀπέραντον] Leonici editio ἀπάρατον; minus uſitate. SYLB. Edit. Aurel. Allobrog. 1606. 8 ἀπέραντων. I. B.

σημειοῦνται τὸ πρῶτον] Leon. et Cam. πρώτως. Poſſemus etiam legere τὸν πρῶτον. SYLB. Etiam codex Vindobon. πρώτως. I. B.

florum omnigena] *florum cum aliorum.*

triticumque reperitur] *Inveniri vero eo loco triticum perhibent.* NIC.

Prima

Prima verba iam Sylburgius emendavit in hunc modum: ἐν τῇς Σικελλιας τῇ καλουμένῃ Εννῃ, quam emendationem comprobatam a Cluvero in *Sicilia antiqua* lib. 2. cap. 7 p. 317 veram omnino esse, apparebit abunde ex aliorum auctorum verbis, quae iam iam adscribamus. Fuit autem Enna seu Henna Siciliae urbs antiqua et percelebris, vulgo nunc incolis *Castro Janni*. Omnia quae hic relata legimus de raptu Proserpinae atque de fertilitate regionis, memoriae mandavit quoque Diodorus Sic. sub initium libri 5, cuius verba latine adiicere, e re fore putamus. *Rapta Proserpina dicitur in vicinis Ennae pratis, qui locus prope urbem est; violis aliisque florum generibus renidens et spectatu dignus. Tantaque illic odorum fragrantia est, ut canes, ad feras indagandas emissi, facultate sensus impedita, odoratu feras investigare haud posse dicantur. — — In propinquo vasta specus est, in qua hiatus est subterraneus, septemtrionibus obversus; per quam Plutonem curru ad auferendam Proserpinam exiisse fabulantur. Caeterum violae caeterique flores odoriferi per totum annum florent.* Eadem Cicero orat. in Verrem 4: *Fruges in Sicilia primum repertas, arbitrantur; raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore. — — Enna autem, ubi ea, quae dico, gesta esse memorantur, est loco praecelso atque edito; quo in summo est aequata agri planities et aquae perennes; tota vero urbs omni aditu circumcisa atque dirupta est, quam circa lacus lucique sunt plurimi et lectissimi flores, omni tempore anni; locus ut ipse raptum illum virginis declarare videatur. Etenim propter est spelunca quaedam, conversa ad aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstitisse, abreptamque ex eo loco virginem secum absportasse.* Conf. Solinus cap. 11. Columella *de re rustica*, lib. 10. Ovidius *fastor.* 4 et *metamorph.* lib. 5, et auctores reliqui, quos laudarunt Cluverus, Cellarius in *Geograph.* et Spanhemius ad Callimachi *hymn. in Cerer.* 15 p. 759.

Esse τὸν πυρὸν triticum nostrum, persuasum est omnibus, sin minus, quam plurimis et botanicis et philologis, iisque summis; e. gr. Hallero *histor. stirp.* II p. 208, et Heynio in prolusionibus, in quibus repetuntur origines panificii frugumque inventarum initia 1768. Confer. Heynii *opuscula academica.* I pag. 330-382. Omnes stirpes, sicut animalia, ita a natura comparatae sunt, ut salvae esse et durare possint sine procuratione hominum, quos ultimos a Deo creatos esse, credimus gravissimis sanctissimisque auctoribus. Omnes igitur aliquo tempore et loco silvestres seu spontaneae fuerint, necesse est. Atqui adsunt historici, qui loca, in quibus sponte provenerunt cereales, (de quibus solis iam loquor) nominarunt. Triticum fuisse spontaneum in Sicilia, quae semper optimo frumentorum genere abundavit, probant, quos laudavimus, auctores. Diodorus lib. 5 c. 2 p. 287 narrat in Leontino agro aliisque Siciliae locis pluribus etiam nunc triticum nasci agreste. μέχρι τοῦ νῦν φύεσθαι τοὺς ἀγρίους ὀνομαζομένους πυρούς. Huc spectare *Odysseae* locum 9, 110, ubi in terra, sub Aetnae radicibus sita, quam Cyclopes habitabant, dicuntur nasci πυροὶ καὶ κριθαί, monuit ill. Heyne. Eximium hanc in rem Berosi frag-

mentum teſtatur, Babyloniam, hoc eſt, terram inter Tigrim et Euphratem, tuliſſe vetuſtiſſimo tempore triticum agreſte et hordeum. Servavit verba Syncellus Chronogr. pag. 28: *φύειν δὲ αὐτὴν πυροὺς ἀγρίους καὶ κριθὰς* caet. Deinde et Creta triticum ſilveſtre habuiſſe dicitur Diodoro, quapropter Cretenſes ſibi perſuaſerunt, triticum primum a Cerere in Creta inventum fuiſſe. Plato, modo recte intelligam, in *Menex.* p. 518 vult, Atticam primum *τῶν πυρῶν καὶ κριθῶν καρπὸν*, *triticum atque hordeum*, tuliſſe. Neque ſcio, an huc referendum ſit *γένος ἀγρίων κριθῶν*, *genus hordei ſilveſtris*, quod in Baetris provenire auctor eſt Theophraſtus *hiſt. plant.* lib. 4 cap. 5 p. 347. Neque recentiores non fuerunt, qui frumentorum ſilveſtrium genera variis in locis reperiſſe ſibi aliisque viſi ſint. Linneus ex Joh. Gotfr. Heinzelmanni, qui circa annum 1736 in Sibiria peregrinatus eſt, *Flora Tatarica*, nondum edita, refert, *triticum aeſtivum* et *hordeum diſtichum* ſponte creſcere in campis Baschkirzorum; neque *ſecale cereale* non ſpontaneum eſſe in Sibiria. Vid. Linnei *amoen. acad.* VII p. 453. Triticum ſilveſtre in Creta adhuc anno 1596 ſe inveniſſe ſcripſit Honorius Bellus Cluſio, cui etiam ſemina miſit. Herba eſt, inquit, tritico ſimilis, folia et caules tritici ferens, ſpicasque aliquantulum aſperas, nigriores et ariſtas breviores, eius grana minora ſunt tritico ſativo et altera parte obtuſa, ita ut ſecalis grana potius quam tritici aemulentur. Vide epiſtolam adiectam libro quinto Cluſii *rariorum plantarum hiſtoriae* p. CCCXII. Hordeum etiam in Atholia Scotiae ſponte creſcere, auctor eſt Cardanus *varietat.* p. 109. Verum enim vero haec teſtimonia ad unum omnia in controverſiam vocari queunt, cum nemo botanicus, qui noſtro aevo iſtas terras peragravit ac perquiſivit, frumentum ibi invenerit ſilveſtre. Nihilo ſecius recuſare debebimus iudicium eorum, qui negant, gramen cereale unquam fuiſſe ſilveſtre, quod fecit in primis Buffonus *hiſt. nat.* edit. Lipſienſ. vol. 3, 1 p. 109 et Epochen der Natur 2 pag. 168. Poteſt enim fieri, quod quibusdam animalibus eveniſſe affirmavimus iam ad cap. I, ut nullae cerealium plantarum ſilveſtrium reliquiae ſuperſint; ſed poteſt etiam accidere, ut botanici, quando gramina cerealia ſine hominum cultu ſuccreſcentia repererint, ſibi perſuaſerint, non vere ſilveſtria eſſe ea, ſed potius prognata e ſeminibus, quae forte e manibus exciderint, ſeu caſu quodam neglecta atque diſperſa ſint. Quod ſi coniectura aſſequi licet, quod ab experientia expeti nequit, cum Linneo, cuius doctrina ac familiaritate per annum me uſum eſſe gaudeo, ita ſentio. Genus humanum, quod agriculturam omnesque artes, quibus hodie carere nequit, ſero admodum invenit, ab initio rerum tali in terra commoratum ſit, neceſſe eſt, qualis ipſa, ſine ullo cultu, quaecunque ad vitae ſuſtentationem neceſſaria erant, protulerit. Nulla eſt autem orbis terrarum pars, quae commodius genus humanum, rerum omnium adhuc rude, alere potuit, quam zona, quae eſt intra duos circulos tropicos; ibi enim palmae, ex quibus, ut Plinii verbis utar, vina, gentiumque aliquibus panis, plurimis etiam quadrupedum cibus, immo ex quibus omnia ad vitam neceſſaria. Valent de ſolo natali, ſive de iſta telluris par-

parte, palmetis consita, ubi nostrum genus creatum est, quae cecinit Ovidius *met.* I, 101 de aurea aetate:

Ipsa quoque immunis, rastroque intacta, nec ullis
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus.

Et quamdiu homines illic manserunt, tam diu etiam facile erant

Contenti – – – cibis nullo cogente creatis.

Sed quam primum extra patriam homines dispergebantur, aetas argentea successit:

Semina tum primum longis Cerealia sulcis
Obruta sunt, pressique iugo gemuere iuvenci.

Nimirum sicut animalibus extra patriam, quando vivere coguntur, cura hominum praebere debet, quae ad vivendum sunt necessaria; ita homines prudentia ipsis a numine indita sibi ipsi, extra patriam quando degere volunt, parare necessaria et sciunt et debent, quae in loco, ubi primi creati sunt, tanquam in horto, (quem paradisum vocat Moses) parata offendebant. Igitur circa confinia istius zonae cereales plantas primum crevisse, persuasum mihi est. Harum semina secum portarunt homines in regiones exteras, in quas commigrarunt. Quo longius autem a solo natali generis humani, id est, a tropicis discedunt, eo difficilior fit cultus harum stirpium. Sed revertamur ad Aristotelem.

Tanta, inquit, *ibi florum copia est, ut venatores, quia canes hac odoris suavitate correpti sunt, lepores vestigare nequeant.* Hanc florum vim plures auctores comprobarunt, in primis rei venaticae doctores, qui hanc ob caussam canibus ver adversari dictitarunt. Oppianus *de venat.* lib. I, 459. Xenophon *de venat.* p. m. 627. Theophrastus *de causis plant.* lib. 6. cap. ultimo p. 388. Pollux lib. 5 c. 6 p. 502. Plutarchus *quaest. nat.* vol. 2 p. 917: *διὸ περὶ τὴν Αἰτνην ἐν Σικελίᾳ φασὶ μηδένα κυνηγεῖν· πολὺ γὰρ ἀναφύεσθαι καὶ τεθηλέναι δι' ἔτους ὂιον ὀρεινὸν ἐν τοῖς λειμῶσι. καὶ τὸν τόπον εὐωδίαν ἀεὶ κατέχουσαν, ἁρπάζειν τὰς τῶν θηρίων ἀναπνοάς. Itaque apud Aetnam in Sicilia nemo canes ad venandum educit, quod ibi multum floreat ac toto anno pullulet origanum, locique assiduus odor bonus abripiat ferarum vestigia.* Num vel hoc loco etiam pro *Αἰτνην* legendum sit *Εννην*, hac de quaestione penes criticos esto iudicium. Nobis monere saltem liceat, tanta stirpium florumque lectissimorum copia et varietate abundare etiam nunc Aetnam, quantam omnes physici, qui montem conscenderunt, mirati sint, e quibus nominasse satis erit Brydone Reise durch Sicilien und Malta. I p. 204. Denique in ea re, de qua iam disputamus, venatores nostri aevi non dissentiunt a priscis. Testimonium habes e. gr. in Krünitz-Encyclopädie vol. 22 p. 126. Neque mirum potest videri, quod subtilissimae leporum exhalationes heberentur odoribus, qui multo acriores afflantur e floribus, cum et maius lumen obfuscet minus. Conf. Caelii Rhodigini *lection. antiq.* lib. 24 cap. 20 p. 1458.

CAP. LXXXIV.

Εν Κρήτῃ, λύκους καὶ ἄρκτους, τοὺς τ' ἔχεις, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις θηρία οὔ φασι γίνεσθαι, διὰ τὸ τὸν Δία γενέσθαι ἐν αὐτῇ.

In Creta lupos, urſos, viperas aliasque id genus noxias feras nullas naſci dicunt, Jovis beneficio, qui iſtic natus perhibetur.

NATALIS DE COMITIBVS.

Neque lupos neque urſos, neque viperas, neque reliquas huiusmodi feras in Creta reperiri aiunt, quod Jupiter ibi ſit natus et educatus.

Eadem memoriae mandarunt Diodorus Sic. lib. 4 p. m. 225. Aelianus *hiſt. anim.* 5 cap. 2. Antigonus Caryſt. cap. 10. Plutarchus *de capienda ex hoſtibus utilitate* vol. 2 p. 86. Apoſtolius *cent.* 6 *proverb.* 41. Plin. lib. 8 cap. 58 p. 485 et lib. 10 cap. 26. Solinus cap. 11. Neque ſerpentes in Creta eſſe, praeter noſtrum, perhibent Diodorus et Solinus. Plinius auctor eſt, ibi omnino nullum animal maleficum eſſe, praeter phalangium, quod aranei genus ibi reperiſſe ſibi viſi ſunt et Bellonius *itin.* lib. 1 cap. 12 et Pococke vol. 2 p. 369. Sed is quidem ſimul etiam animalia quaedam malefica. De Jove, qui in Creta natus dicitur, conf. viri docti ad Callimachum 1, 4. Diodoro quidem non Jupiter, ſed Hercules inſulam animalibus nocivis purgaſſe dicitur. Caeterum varia loca alia commemorantur, in quibus nec ſerpentes, nec alia animalia venenata, de quibus conf. J. C. Wernsdorfius *de antiquitatibus Balearicis.* Brunſwigae 1760. 4 pag. 22.

CAP. LXXXV.

Εν τῇ θαλάσσῃ τῇ ἔξω Ηρακλείων στηλῶν, φασὶν, ὑπὸ Καρχηδονίων νῆσοι εὑρεθῆναι ἐρήμην, ἔχουσαν ὕλην τε παντοδαπὴν, καὶ ποταμοὺς πλωτοὺς, καὶ τοῖς

Extra columnas Herculis, aiunt in mari a Carthaginienſibus inſulam fertilem deſertamque inventam; ut quae tam ſilvarum copia, quam fluminibus navigationi ido-

λοιποῖς καρποῖς θαυμασὴν, ἀπέχουσαν δὲ πλειόνων ἡμερῶν· ἐν ᾗ ἐπιμισγομένων τῶν Καρχηδονίων πλεονάκις, διὰ τὴν εὐδαιμονίαν, ἐνίων γε μὴν καὶ οἰκούντων, τοὺς προεσῶτας τῶν Καρχηδονίων ἀπείπασθαι θανάτῳ ζημιοῦν τοὺς εἰς αὐτὴν πλευσομένους, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας πάντας ἀφανίσαι, ἵνα μὴ διαγγέλλωσι, μηδὲ πλῆθος συτραφὲν ἐπ' αὐτῶν ἐπὶ τὴν νῆσον κυρίας τύχῃ, καὶ τὴν τῶν Καρχηδονίων εὐδαιμονίαν ἀφέληται.

idoneis abundet, cum reliquis fructibus floreat vehementer, distans a continente plurium dierum itinere; in qua cum Carthaginienses quidam ob soli fertilitatem connubia agitare ac habitare coepissent, ferunt, praesides, ne quis deinceps insulam ingrederetur, poena capitis interdixisse, incolasque eiecisse, ne coitione (si habitare istic pergerent) facta, insulae principatum consequerentur, et Carthaginienses ea felicitatis parte privarent.

NATALIS DE COMITIBVS.

In mari quod est extra columnas Herculis insulam desertam a Carthaginiensibus inventam fuisse ferunt, quae silvas habeat multiplices, fluminaque navigiis apta, et ob alios fructus sit admirabilis. Distat autem per plurium dierum itineris spatium, in qua pluribus Carthaginensibus saepius ob loci felicitatem cum incolis admistis, Carthaginensium duces mortis poenam constituerunt iis, qui eo adnavigassent, omnesque ibi habitantes dimiserunt, ne illic degerent, et ne multitudo ipsorum insulae imperio potirentur, reliquorumque Carthaginensium quietem infestarent.

ὕλην τε παντοδαπῆ] forsan rectius ὕλην τε παντοδαπήν. SYLB. Atque hoc accepit Casaubonus.

τοῖς λοιποῖς καρποῖς] καρποῖς deest in codice Vindobon. I. B.

ἐν ᾗ ἐπιμισγομένων] *in quam cum crebro commearent Carthaginienſes.* Ita apud Dion. Caſſium edit. Reimari p. 1188: πρὸς τοὺς Ροξολάνους ἐπιμίγνυσθαι, *Roxolanos commerciorum cauſſa adire.* Idem pag. 721: κατὰ τὴν ἐπιμιξίαν, *commercii gratia.* I. B.

θανάτῳ ζημιοῦν] Hic ex veteri libro alia lectio adnotata non eſt; niſi tamen ἀπείπασθαι novam aliquam ſignificationem hic habeat, ponenda eſt poſt ipſum hypodiaſtole, et pro ζημιοῦν legendum ζημιοῦντας. STEPH.

πάντας ἀφανίσαι, ἵνα μὴ διαγγέλλωσι] Haec verba ex veteri exemplari repoſui in locum illorum, πάντας ἀφεῖναι, ἵνα μὴ διατελῶσι. Haec autem ἐπ' αὐτῶν, quae habes verſu proxime ſequenti, ſi corrupta non ſunt, praepoſitio ἐπὶ hic ita accipitur, ut cum dicitur ἐπὶ ἄρχοντος Ναυσικλέους. STEPH. Stephani lectio e vetere libro deſumpta, convenientior eſt. ἐπ' αὐτῶν autem, ſequenti verſu, ſi mendo careat, Stephanus accipiendum putat pro: *ſub ipſorum imperio; ipſis imperium tenentibus.* SYLB. Maluit quidam pro ἐπ' αὐτῶν legere ἀπ' αὐτῶν. I. B.

incolasque eieciſſe] *omnes e medio ſuſtuliſſe, ne divulgarent, neve coitione* — — NIC.

Res ſane memorabilis, de qua viri eruditi exquiſite diſputarunt, ſed non multum effecerunt. Neque eſt enim ulla inſula, in quam ea, quae hic leguntur, cadant. Fuerunt tamen, qui continentem intelligi voluerint, quam Americam vocamus; e. gr. Joh. Goropius Becanus in *Originum Antwerpianarum* lib. 3 p. 304 edit. Plantin. Adrianus Turnebus lib. 20 *Adverſariorum* cap. 11. Jacobus Pamelius in annotationibus ad Tertulliani *Apologeticum.* Eras. Schmidius in oratiuncula de America, quae adiuncta eſt carminibus Pindari. pag. 260. Sed Joh. Voſſius Britanniam fuiſſe credit in lib. *de ſcientiis mathematicis* cap. 42 §. 10 pag. 245. Bocharto vero in *Geograph. ſacra* lib. 1 cap. 38 p. 716 ſuſpecta omnia viſa ſunt. Conf. Gesneri Gottingenſis praelectio ſecunda de navigationibus extra columnas Herculis, quae adiuncta eſt Orphei *argonauticis* p. 457; itemque Cellarii *geograph.* II p. 253. Ceterum eiusdem generis eſt Diodori Siculi enarratio de inſula, navigatione aliquot dierum verſus occidentem a Libya remota, fertiliſſima, pulcerrima, a Phoenicibus tempeſtate eo delatis detecta, quam ſibi Carthaginienſes ſervaverint perfugium rebus ſuis forte perditis, ideoque excluſerint colonos alios. Vid. lib. 4 pag. 300 edit. Wechel. Confer. Jackſon chronologiſche Alterthümer pag. 951.

CAP.

CAP. LXXXVI.

Ἐκ τῆς Ἰταλίας φασὶν ἕως τῆς Κελτικῆς καὶ Κελτολιγύων καὶ Ἰβήρων εἶναί τινα ὁδὸν Ἡράκλειαν καλουμένην. δι' ἧς ἐάν τε Ἕλλην, ἐάν τε ἐγχώριός τις πορεύηται, τηρεῖσθαι ὑπὸ τῶν παροικούντων, ὅπως μηδὲν ἀδικηθῇ. τὴν γὰρ ζημίαν ἐκτίνειν καθ' οὓς γένηται τὸ ἀδίκημα.

Ex Italia ferunt viam adusque Celtas Gallos et Celtiberos protendi, Heracleam vocant, in qua et Graeci et indigenae transeuntes, ab incolis observantur, ne quid iis male forte accidat, quippe quod poenas ii pendunt, damnumque lege farciunt, in quorum finibus datum fuerit.

NATALIS DE COMITIBVS.

Viam quandam esse inquiunt ex Italia in Celtarum usque regionem et in Celtiberorum ac Iberorum, quae Heraclea nuncupatur, per quam sive Graecus aliquis sive indigena proficiscatur, custoditur ab accolis nequid patiatur, quoniam sicut constata sit iniuria poenas dat is, apud quem facta fuit iniuria.

τῆς Κελτικῆς] Interpres videtur legisse τῆς Κελτικῆς καὶ τῶν Κελτιβήρων, *adusque Celtas Gallos et Celtiberos.* SYLB.

καθ' οὓς γένηται] Leon. et Camot. καθ' οὗ, parum convenienter. SYLB. Codex Vindob. οὓς ἂν γένηται. I. B.

Gallos et Celtiberos] *Celtoligures et Iberos.*

ne quid iis male] *ne quid iis mali forte accidat, nam poenas* -- -- NIC.

Iberia, Ἰβηρία Graecis scriptoribus est Hispania, ab Ibero fluvio denominata, unde Hispani Ἰβηρες, quasi Iberes, quod in decomposito nomine Celtiberorum, qui nobilissimus populus fuit Hispaniae, superfuisse observatur. Celtae quidem Galliam inhabitarunt, sed horum nomen Graeci antiqui latius extenderunt, ut et Hispanos atque non raro omnes Germa-

Germaniae occidentalis nationes comprehenderint; quem ad modum Scythas vocaverunt omnes Germaniae septemtrionalis gentes, quarum fines ignorarunt. Κελτολιγύων infrequens nomen occurrit apud Strabonem lib. 4 p. 311. *Hos antiqui Graecorum Ligyas* (Λίγυας) *vocarunt, et regionem quam tenent Massilienses, Ligusticam* (Λιγυστικήν)*; posteriores Galloligures* (Κελτολίγυας) *eos dixerunt, campestremque iis regionem omnem usque ad Rhodanum adsignarunt.* De iis separate nec Cellarius nec Cluverus egerunt. Graeci, quibus Germaniae et totius Europae septemtrionalis descriptio parum cognita erat, videntur gentes inter Celtas atque Lygias appellasse Celtolygias, quem ad modum gentes inter Celtas Scythasque nominarunt Κελτοσκύθας, quod nomen legitur apud Plutarchum in *Mario*. Isti Λίγυες seu *Ligures* distinguendi sunt a *Lygiis*, quorum sedes fuit ad Vistulam fluvium, de quibus conf. Cluver. *German. ant.* lib. 3 c. 33 pag. 624 et Spener *notit. German.* lib. 5 cap. 5 p. 112. De Heraclea nihil quidquam certi habeo; liceat modo interrogare viros doctos, num sit Ηράκλεια Κελτικῆς apud Stephanum, de qua urbe Plinius lib. 3 cap. 4 p. 146 loqui videtur: *sunt*, inquiens, *auctores, et Heracleam oppidum in ostio Rhodani fuisse.*

Hospitalitas maiorum nostrorum, quam auctor laudat, comprobatur testimoniis totius antiquitatis. Potissimum huc spectant de Celtis verba Nicolai Damasceni in libello *de moribus gentium*, quae servavit Stobaeus pag. 305. μείζω δ' ἐστὶν ἐπιτιμία κατὰ τοῦ ξένον ἀνελόντος, ἢ πολίτην. ὑπὲρ τοῦ μὲν γὰρ θάνατος ἡ ζημία· ὑπὲρ τοῦ δὲ πολίτου φυγή. *Graviorem etiam poenam apud eos luit, qui peregrinum, quam qui civem interemerit. Illi enim mors irrogatur, isti exilium indicitur.* Libellus Nicolai adiunctus est Aristotelis *politicis* ed. Heinsii p. 1011. Diodorus lib. 5 de Celtiberis, Hispanica gente: *Quod ad mores attinet, erga maleficos et hostes sunt crudeles; erga hospites vero mites atque humani; peregrinis enim omnibus hospitium ultro obferunt; hospitalitatisque inter se officiis certant. Quos peregrini comitantur, eos laudant, diisque caros arbitrantur.* Idem paulo ante de Gallis simul et Germanis: *Ad convivia peregrinos quoque vocant; coenaque finita, tum demum qui sint, quidque petitum venerint, sciscitantur.* Caesar *de B. G.* lib. 6 cap. 23: *Hospites violare, fas non putant; qui quaque de caussa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent sanctosque habent: iis omnium domus patet, victusque communicatur.* Tacitus de moribus German. cap. 21: *Convictibus et hospitiis non alia gens effusius indulget. Quemcumque mortalium arcere tecto, nefas habetur; pro fortuna quisque apparatis epulis excipit. Cum defecerit, qui modo hospes fuerat, monstrator hospitii et comes, proximam domum non invitati adeunt, nec interest; pari humanitate accipiuntur. Notum ignotumque, quantum ad ius hospitii, nemo discernit.* Pertinet etiam huc lex Burgundionum p. 282: *Quicunque hospiti venienti tectum aut focum negaverit, trium solidorum in latione mulctetur.* caet. Itemque lex Slavorum in Helmoldi *chron. Slavorum* lib. 1 cap. 82: *Si quis, quod rarissimum est, peregrinum hospitio removisse deprehensus fuerit, huius domum vel facultates incendio consumere licitum*

est,

est, atque in id omnium vota pariter conspirant. Conf. Mela lib. 3 cap. 3. Cluverus l. c. lib. 1 cap. 9 p. 139. *Histoire des Celtes par* Pelloutier, à la Haye 1750. 1 pag. 530. Perizonius ad Aeliani *var. hist.* lib. 4 cap. 1 p. 296.

CAP. LXXXVII.

Φασὶ δὲ παρὰ τοῖς Κελτοῖς φάρμακον ὑπάρχειν τὸ καλούμενον ὑπ' αὐτῶν τοξικόν· ὃ λέγουσιν οὕτω ταχεῖαν ποιεῖν τὴν φθοράν, ὥστε τῶν Κελτῶν τοὺς κυνηγοῦντας, ὅταν ἔλαφον ἢ ἄλλό τι ζῶον τοξεύσωσιν, ἐπιτρέχοντας ἐκ σπουδῆς ἐκτέμνειν τῆς σαρκὸς τὸ τετρωμένον, πρὸς τὸ τὸ φάρμακον μὴ διαδοῦναι, ἅμα μὲν τῆς προσφορᾶς ἕνεκα, ἅμα δὲ ὅπως μὴ σαπῇ τὸ ζῶον. εὑρῆσθαι δὲ τούτῳ λέγουσιν ἀντιφάρμακον, τὸν τῆς δρυὸς φλοιόν· οἱ δ' ἕτερόν τι φύλλον, ὃ καλοῦσι κοράκιον, διὰ τὸ κατανοηθῆναι ὑπ' αὐτῶν κόρακα, γευσάμενον τοῦ φαρμάκου, καὶ κακῶς διατιθέμενον, ἐπὶ τὸ φύλλον ὁρμήσαντα τοῦτο, καὶ καταπίοντα, παύσασθαι τῆς ἀλγηδόνος.

Apud Celtas venenum reperiri tradunt, quod Xenicum ipsi appellant, tanta celeritate inficiens necansque, ut venatores Celtae cum cervum iaculo tincto percusserint, festinato adcurrant, carnemque vulneratam exsecent, ne veneno promeante animal putrefiat, alimentoque inutilis caro reddatur. Verum inventum esse huic antipharmacum corticem quercinam, aut, ut volunt alii, folium quod κοράκιον ab ipsis appellatur, inde nimirum quod observatione compertum sit, corvum ex gustato veneno male affectum herbam eam adiisse, moxque ut glutivisset, doloribus liberatum esse.

NATALIS DE COMITIBVS.

Dicunt et venenum apud Celtas reperiri, quod peregrinum ſit dictum, ita celerem facit internecionem, ut venantes Celtae ubi cervum vel aliud animal iaculis percuſſerint, ſedulo accurrant, carnemque vulneratam excidant ne diffundatur venenum; quod quidem partim cibi cauſſa, partim ne animal putreſcat, efficiunt. Huic rei remedium inventum eſſe corticem quercuum aſſerunt, alii aliud folium dicunt, quod vocatur corvacium, quoniam ab ipſis cognitum eſt quod corvus remedium illud deguſtaverit, qui male affectus ad ipſum folium irruit, atque cum ipſum ediſſet ſtatim liberatus eſt dolore.

ὑπ' αὐτῶν τοξικὸν] Leon. et Cam. ξενικὸν, parum convenienter. SYLB.

ἢ ἄλλό τι ζῶον τοξεύσωσιν] *aut aliud animal.* Codex Vindob. τοξεύσουσιν. I. B.

πρὸς τὸ τὸ φάρμακον μὴ διαδοῦναι] Malim πρὸς τὸ τὸ φάρμακον μὴ διαδῦναι, *ne venenum penetret.* SYLB.

ἕτερόν τι φύλλον] ſi hic et paulo poſt φυτὸν malis pro φύλλον, per me licet. SYLB.

quod xenicum] *toxicum.* promeante] *ſerpente.*

Caeſar *de bello Gallico* lib. 6 cap. 21 de maioribus noſtris: *vita omnis in venationibus ac ſtudiis rei militaris conſiſtit;* et lib. 4 cap. 1. Iſidorus *orig.* lib. 9 cap. 2 p. 210 *Germaniae gentes*, inquit, *venatu vivebant.* Conf. Tacitus *de mor. German.* cap. 15 et Arrianus *de venatione*, qui Celticos et venatores et canes paſſim laudat. Hae gentes in venatu ſagittas veneno tingere ſolebant, ſed venenum, quo utebantur, non ſatis conſtat, cum auctores diſſentiunt, quorum ipſa verba adſcribere e re fore iudicavimus. Plin. lib. 27. cap. 11 p. 433: *Limeum herba appellatur a Gallis, qua ſagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum cervarium vocant.* Idem lib. 25 cap. 5 p. 368: *Galli ſagittas in venatu elleboro tingunt, circumciſoque vulnere teneriorem ſentiri carnem affirmant.* (Propterea, puto, quoniam venenum putredinem maturabat). A. Gellius *noct. Attic.* lib. 17 cap. 15: *Praeterea ſcriptum legimus, Gallos in venatibus tingere elleboro ſagittas; quod his ictae exanimatae ferae teneriores ad epulas fiant; ſed propter*

ptér ellebori contagium vulnera ex sagittis facta circumcidere latius dicuntur. Celsus *de medicina* lib. 5 cap. 27: *venatoria venena, quibus Galli praecipue vtuntur, non gustu, sed in vulnere nocent.* Strabo lib. 4. p. m. 304: καὶ τοῦτο δὲ τῶν πιστευομένων ἐστὶν, ὅτι ἐν τῇ Κελτικῇ φύεται δένδρον, ὅμοιον συκῇ, καρπὸν δ' ἐκφέρει παραπλήσιον κιονοκράνῳ Κορινθιουργεῖ· ἐπιτμηθεὶς δ' οὗτος, ἀφίησιν ὀπὸν θανάσιμον πρὸς τὰς ἐπιχρίσεις τῶν βελῶν. *Creditum est id quoque, in Gallia arborem nasci ficus similem, quae fructum edat forma capituli columnae Corinthiaci, qui fructus incisus succum emittat, iaculis inunctus qui sit lethalis.* Ibi non Κελτικῇ, sed Βελγικῇ legendum esse, monent editores. Conf. Theophr. *hist. plant.* lib. 9 cap. 15 p. 1116. Venenum, quod Celtis in vsu fuit, Toxicum nominatum esse, complures, praeter nostrum, confirmarunt auctores. *Toxicum,* inquit Festus, *dicitur cervarium venenum, quo quidam perungere sagittas soliti sunt.* Etymon nominis recte attulit Nicolaus Leonicenus in libro *De erroribus medicorum,* pag. 48. *Toxicum,* inquit, *genus est veneni, quo sagittae ab antiquis tingebantur; hinc enim illi apud Graecos nomen, quoniam missilia, quae ipsi toxeumata appellant, hoc potissimum medicamine inficerentur.* Hoc etymon approbatum etiam a Mercuriali lib. 2 *de venenis* cap. 10, docuit iam Dioscorides *alexiph.* cap. 20 p. 409: τὸ δὲ τοξικὸν δοκεῖ μὲν ὠνομάσθαι ἐκ τοῦ τὰ τόξα τῶν Βαρβάρων ὑπ' αὐτοῦ χρίεσθαι. *Toxicum ex eo appellatum creditur, quod Barbarorum sagittae eo illinerentur.* Scythicum etiam illud vocatum esse, auctor est scholiastes Nicandri ad *alexiph.* v. 207. Is hoc venenum potu necare perhibet, quod affirmat et ipse Dioscorides l. c. etsi Celsus contendat, venatoria venena non potu nocere. Non audiendus est Plinius lib. 16 cap. 10 p. 10, existimans, quod ex arbore taxo sagittae fierent, quae venenis tingebantur, inde iis taxicorum sive toxicorum inditam esse appellationem. Ceterum sagittas veneno tinctas venatoribus circa Massiliam in vsu fuisse medio adhuc saeculo XIV, probatur in *Histoire de Marseille par* A. de Ruffi II p. 283, his verbis: "J'ai „vû des titres qui m'aprenent qu' „environ le milieu du quatorzième „siècle le Viguier permettoit de chas„ser aux chevreuils, aux cerfs et aux „sangliers avec la fléche empoison„née".

Sed quale fuerit Toxicum, non facile apparet. Sunt qui illud proprium veneni genus putant, simplex scilicet, seu e planta quadam expressum, quam sententiam probare videtur Dioscorides in prooemio lib. 6 seu *alexiph.* atque Galenus lib. 2 *de antidot.* ex Asclepiadis sententia Toxicum venenis simplicibus annumeravit. His argumentis adductus Conr. Gesnerus credidit toxicum fuisse Toram, id est plantam olim ad Aconita relatam, de qua iam egimus ad cap. 6. Conf. Gesneri *hist. quadrup.* I. p. 372 et 746. Equidem eis assentior, qui cuncta venena venatoria seu cervaria existimant vocata esse eo nomine, quae vero e variis stirpibus confecta esse constat, cum auctores et aconitum et elleborum et pardalianchem, immo serpentium saniem nominaverint; conf. infra cap. 153.

Verum dubitare licet, an Aristoteles scripserit τοξικόν. Etenim inter-

terpres noſter illud venenum *Xenicum* appellari auctor eſt, et Natalis de Comit. nomen Graecum reddidit Latine *peregrinum*. Atque Conr. Gesnerus, qui haec Ariſtotelis verba ſaepius repetiit, ſemper Xenicum, nunquam Toxicum reddidit. Quin etiam vir eruditiſſimus Plinium ex Ariſtotelis noſtri verbis emendandum exiſtimat, ita vt loco iam laudato legendum ſit non Limeum, ſed Xenicum. Verum adſcribam ipſa viri verba, quae ab Harduino praetermiſſa video. *Limeum Plinii*, inquit, *videtur idem quod Ariſtotelis Xenicum, et forte ita legendum erat. Nam cur Limeum dicatur, ratio nulla ſe offert, Xenicum vero tanquam arſenicum ab eadem veneni vi dictum aliquis coniecerit.* Sylburgius etiam teſtatur, eſſe in vetuſtiſſimis exemplis huius libri ξενικὸν, quod ipſe in editione Aldina anni 1495 pag. 410. b. invenio.

Duplex remedium contra illud venenum habebant Celtae; alterum erat cortex quercina, φλοιὸς δρυὸς, quam eodem nomine laudarunt Dioscorides *alexiph.* cap. 20 p. 409, et *parabil.* lib. 2 cap. 139 p. 121, atque Aetius *tetrab.* 4 *ſerm.* 1 cap. 70. Alterum remedium vocat noſter φύλλον, folium, ſed quodnam hoc ſit, ignoratur. Afferam tamen coniecturam, quam a Conr. Geſnero accepi, qui *hiſt. quadrup.* p. 372. ſuſpicatur, intelligi debere herbam, quam pentaphyllum vocarunt veteres. Saltem a Dioſcoride in *Alexiph.* vbi remedia contra toxicum recenſet, laudatur ἡ τῆς πενταφύλλου ῥίζα. De nomine Coracion Geſnerus l. c. ita: *alludit ad coracion aliquo modo vocabulum tora, cuius antipharmacum hodie antoram, quaſi antitoram appellant.*

CAP. LXXXVIII.

Εν τῇ Ιβηρίᾳ λέγουσι τῶν δρυμῶν ἐμπρησθέντων ὑπό τινων ποιμένων, καὶ τῆς γῆς διαθερμανθείσης ὑπὸ τῆς ὕλης, φανερῶς ἀργύρῳ ῥεῦσαι τὴν χώραν, καὶ μετὰ χρόνον σεισμῶν ἐπιγενομένων, καὶ τῶν τόπων ῥαγέντων, πάμπληθες συναχθῆναι ἀργύριον. ὃ δὴ καὶ τοῖς Μασσαλιώταις πρόσοδον ἐποίησεν οὐ τὴν τυχοῦσαν.

In Iberia aiunt combuſtis aliquando a paſtoribus ſylvis, calenteque ex ignibus terra, manifeſtum argentum defluxiſſe. Cumque poſtmodum terrae motus ſupervenisſent, eruptis hiatibus magnam copiam argenti ſimul collectam, atque inde etiam Maſſilienſibus proventus non vulgares obtigiſſe.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama eſt quod locus arboribus conſitus a nonnullis paſceribus fuit incenſus, mox cum terra ſub ſilva fuiſſet calefacta, argenti rivi palam defluxerunt, terrae motuque poſt non nulla tempora facto locisque disruptis plurimum collectum fuit argentum, quod non mediocrem proventum auxit Maſſilienſibus.

συναχθῆναι ἀργύριον] Codex Vindobon. ἄργυρον. I. B.

eruptis hiatibus] *patentibus ibi hiatibus.* NIC.

Metallorum inventionem retulerunt veteres ad ſilvarum exuſtionem, factamque inde metallorum colliquationem, putantes nimirum, metalla, quae in venis terrae diſperſa iacebant, confluxiſſe in vnam maſſam, quam cum laevem ſplendidamque viderint homines, ſuſtulerint experturi, cui vſui res iſta tam nitida inſerviret. Ita inventionem eleganter admodum expoſuit Lucretius lib. 5, 1240. Atque Seneca *ep.* 90 p. 575: *incendio ſilvarum*, inquit, *aduſta tellus, in ſummo venas iacentes liquefacta fudit.* Neque ſolus Ariſtoteles eſt, qui in Hiſpania eodem modo metalla inventa eſſe, tradidit. Conſentiunt enim Strabo lib. 3 p. 218, qui Poſidonio auctore vſus de metallis Turditaniae loquitur; Athenaeus lib. 6 cap. 4 p. 233, ſed qui de Galliae montibus loquitur; Diodorus Sic. lib. 5 p. 310; Iuſtinus lib. 44 cap. 3. Clemens Alexandr. *ſtromat.* lib. 1 p. 335 edit. quae prodiit Coloniae 1688, τὸν Ἰδηϛ ἐμπρησμὸν καὶ τὴν ἔυρεσιν τοῦ σιδήρου enarrans eandem inveniendi occaſionem indicare videtur. Plurimi id in montibus Pyrenaeis accidiſſe volunt, quos ſilvis conſitos fuiſſe probant auctores. Silius lib. 3, 415: *At Pyrenaei frondoſa cacumina montis.* Tamen in eo ſaltem erraſſe noſtrum credo, quod ſilvas Pyrenaeas habuiſſe quercus ſcripſerit, cum, ni fallor, ex pinorum genere arbores ibi proveniunt. Rectius itaque Strabo lib. 3 p. 245: αὐτῆϛ δὲ τῆϛ Πυρήνηϛ τὸ μὲν Ἰβηρικὸν πλευρὸν εὐδένδρόν ἐϛι παντοδαπῆϛ ὕληϛ, καὶ τῆϛ ἀειθαλοῦϛ. *Ipſius Pyrenes Hiſpanicum latus arborum dives eſt, omnis generis ſilvam habet, etiam perpetuo virentem.* Scilicet non quercus, ſed pini atque abietes ſemper virent. Probant etiam ſententiam noſtram, quae Silius lib. 3, 442 de Annibale:

Iamque per et colles et denſos abiete lucos
Bebryciae Poenus fines tranſcenderat aulae.

Caſaubonus ad Strabonem lib. 3. p. 217 contendit, fabulae anſam dediſſe nomen πυρήνηϛ, cum Graeci ſibi perſuaſerint, ἀπὸ τοῦ πυρὸϛ vocatam eſſe τὴν Πυρήνην. Sed de nominis origine vide varias coniecturas in Bocharti *geograph.* p. 693. Fabuloſam

etsi rem esse non negamus, tamen scriptores adeo recentiores protulerunt exempla eiusdem generis, qualia collegit Goguet I. p. 143, 146 edit. German. Fabulae probabilitatem aliquam conciliare videntur Strabo ac Diodorus, qui tam largam auri copiam in Hispania fuisse tradunt, vt illud non raro repertum sit in summa tellure, seu summo terrae corio, vti loquitur Plinius. Neque soli silvarum exustioni tribuit noster auri inventionem, sed terrae motum etiam in caussa fuisse narrat, quo fortasse montium fissurae et avulsiones exstiterunt.

Μασσαλία, Massilia, vrbs Galliae Narbonensis, portu et emporio celeberrima, Phocaeensium, Ioniae civitatis colonia. Μασσαλιώτας, quod nomen apud Stephanum simplici σ scriptum occurrit, condiderunt in Hispania aliquot vrbes, e. c. Emporium, quam vrbem in ora maritima Catalauniae, Strabo atque Stephanus vocant κτίσμα Μασσαλιωτῶν, *opus Massilienſium*. Ita iis, qui in Hispania mercaturam faciebant, magna e metallis Hispanicis pecunia rediit. Conf. *Provinciae Massilienſis annales* auctore I. B. Quesnay. Lugduni 1657. fol. p. 15. *Hiſtoire de la ville de Marſeille par* A. de Ruffi. A Marſeille 1696. fol. I pag. 18.

CAP. LXXXIX.

Ἐν ταῖς γυμνασίαις ταῖς κειμέναις νήσοις κατὰ τὴν Ἰβηρίαν μετὰ τὰς λεγομένας ἑπτὰ, αἱ μέγισται δοκοῦσιν εἶναι, φασὶν ἔλαιον μὴ γίνεσθαι ἐξ ἐλαιῶν, ἐκ δὲ τῆς τερμίνθου κομιδῇ πολὺ, καὶ εἰς πάντα ἁρμόττον.

In Gymnasiis insulis, quae ad Iberiam sitae sunt, post septem illas, maximae, aiunt oleum non ex olivis, sed e terebintho magna copia reddi, ad vsus omnes accommodatum.

NATALIS DE COMITIBVS.

In gymnasiis insulis iuxta Iberiam adiacentibus, quae maximae, videntur esse post septem vocatas, oleum non nasci ex olea dicunt, at plurimum fieri ex terebintho et ad omnia accommodatum.

Ἐν

Εν ταῖς γυμνασίαις] Sic Leon. et Cam. itidemque interpres: *in Gymnaſiis inſulis.* Noſtra ſcriptura per η, extat etiam apud Stephanum Byzantium, qui nomen iſtud formatum ſcribit ab appellativo γύμνης γύμνητος, propterea quod aeſtate nuda incederet ea gens; alio vocabulo dictos eſſe Baleares. SYLB. Codex Vindob. Γυμνησίας. I. B.

τῆς τερμίνθου] C. Vindob. τερβίνθου. I. B.

Gymneſiae inſulae, quae etiam Baleares dictae. Illud nomen ſortitae dicuntur, vel quod aeſtate harum incolae nudi incederent, vel quod Boeotorum aliqui facto naufragio illuc nudi appulerint. Conf. Euſtathius in Dionyſium 456 et Iſacius in Lycophronis *Caſſan.* 633. Potiſſimum huc ſpectant verba Strabonis lib. 14 p. 967: ὧν (τῶν Γυμνησίων) τὴν μείζω Φησὶ Τίμαιος μεγίσην εἶναι μετὰ τὰς ἑπτὰ, Σαρδὼ, Σικελίαν, Κύπρον, Κρήτην, Εὐβοιαν, Κύρνον, Λέσβον· οὐτ' ἀληθῆ λέγων· πολὺ γὰρ ἄλλαι μείζους· Φασὶ δὲ τοὺς Γυμνητὰς ὑπὸ Φοινίκων Βαλεαρίδας λέγεσθαι, διότι τὰς γυμνασίας βαλεαρίδας λεχθῆναι. *Harum, quae eſt grandior, eam Timaeus omnium inſularum maximam aſſerit poſt ſeptem has: Sardiniam, Siciliam, Cyprum, Cretam, Euboeam, Corſicam, Lesbum; ſed falſum dicit, cum ſint aliae multo maiores. Gymnetas aiunt a Phoenicibus Baleárides vocatos, quod gymnaſias* (exercitationes corporis) *ii dicant baleáridas.* Eadem refert Diodorus lib. 5. Nominis igitur rationem ſic expoſuit I. C. Wernsdorf in *exercitatione de antiquitatibus Balearicis* p. 12: "Non „aliam, inquiens, notionem Gymne„ſiarum, quam Balearium, eſſe, cre„do, idque nomen tributum eſſe in„ſulis a Graecis, ut proprium earum „et vernaculum exprimerent. Scili„cet Strabone recte obſervante, γυμ„νητες a Graecis dicti ſunt, qui Phoe„nicum lingua Baleares dicebantur, „atque Γυμνησιαι απο των γυμνητων. „Γυμνητες autem Graecis ſunt omnes „levis armaturae milites, praeſertim „funditores, quod praeter fundam „vix aliud telum gerebant, et, quo „expeditiores eſſent in acie, haud „multis corporum munimentis vte„bantur. Conf. Heſychius. Gymne„ſiae igitur a Graecis perinde, ut „Baleares a Romanis, ab vſu fundae, „quo incolae pollebant, dictae ſunt."

Diodor. Sic. lib. 5 p. 297 auctor eſt, oleam non provenire in Balearibus, habere tamen Pityuſam, ſeu Ebuſum, oleas oleaſtris inſitas, τὰς ἐλαίας ἐμπεφυτευμένας ἐν τοῖς κοτίνοις. Sed oleum ex oleaſtro dicitur tenue eſſe, multoque amarius quam oleae, tantum ad medicinam vtile. Plin. lib. 15 cap. 7. Fructus vero oleae oleaſtro inſitae, licet grandiores ſint, parum dant olei. Conf. Plin. 15, 3, vbi de olivis, quae phauliae dicebantur, quas eſſe olivas oleaſtro inſitas, probat Pollux lib. 7 cap. 9 ſect. 46. Propter hanc olei penuriam, terebinthi oleum in vſum receperunt. Atque etiam nunc incolas Balearis minoris oleo maſtichino in cibis aliisque rebus plurimum vti, enar-

enarrat Georgius Cleghorn in Beſchreibung der Inſel Minorka p. 305, qui libellus adiectus eſt volumini octavo der Göttingiſchen Sammlung merkwürdiger Reiſen. Τέρμινθος eſt arbor Linneo dicta *Piſtacia terebinthus*, quae a ſcriptoribus recentioribus plerumque vocatur τερέβινθος, quamquam hoc nomen etiam ſemel, ſed incuria deſcribentium, apud Theophraſtum *hiſt. pl.* 3, 15 occurrat. Τέρμινθός ἐσιν, ἣν καλοῦμεν τερέβινθον, *Geopon.* lib. 10 cap. 73 p. 751. Haec arbor, quae provenit plurimis Luſitaniae, Hiſpaniae et Galliae Narbonenſis locis, auctore Cluſio *hiſt. plant. rariorum* lib. 1 p. 15, praebet reſinam, quae Graecis dicitur ῥητίνη τερμίνθινη, Latinis Terebinthina, unde hodie conficitur oleum terebinthinae, quod veteres ignorarunt, quippe quod arte deſtillatoria elicitur. Oleum vero, quo vſi ſunt Baleares, fuit oleum e fructu expreſſum, cuius conficiendi modum viresque medicas docet Dioſcorides lib. 1 cap. 50 p. 28. Hodie illud negligitur. Solebant vero Baleares ſibi corpora inungere oleo, quod adipe ſuillo miſcebant, auctore Diodoro, qui tamen non terebinthinum, ſed lentiſcinum, ſeu maſtichinum, oleum dixit. Sed terebinthus atque lentiſcus arbores eiusdem generis adeo ſimiles ſunt, ut facile commutentur. ἐλαίου δὲ παντελῶς σπανίζοντες, κατασκευάζουσιν ἐκ τῆς σχίνου, καὶ μιγνύντες ὑείῳ ςέατι, τὰ σώματα ἀυτῶν ἀλείφουσι τούτῳ. *Magna olei inopia laborant; ideo expreſſam e lentiſco pinguedinem cum ſuillo adipe commiſcent, hisque corpora ſua inungunt.* Diod. lib. 5 p. 297. De hoc ungendi more optime egit, quem modo laudavimus, Wernsdorf.

CAP. XC.

Λέγουσι δὲ ὕυτω τοὺς οἰκοῦντας ἀυτὰς Ἰβηρας καταγύνους εἶναι, ὥςε ἀντὶ ἑνὸς σώματος θηλυκοῦ διδόναι τοῖς ἐμπόροις τέτταρα καὶ πέντε σώματα ἄῤῥενα. στρατευόμενοι δὲ παρὰ Καρχηδονίοις, τοὺς μισθοὺς ὅταν λάβωσιν, ἄλλο μὲν ὐδὲν (ὡς ἔοικεν) ἀγοράζουσι, γυναῖκας δέ. οὐ γὰρ χρυσίον ὐδὲ ἀργύριον ἔξεσι παρ'

Porro ipſos Iberos in mulieres adeo pronos (eſſe), ut pro uno femineo corpore, quatuor aut quinque maſcula cum mercatoribus commutent. Quocirca Carthaginienſibus militantes ſtipendia in feminarum coemptionem tantum impendunt, cum poſſidere iſthic argentum non liceat. Hinc orta receptaque le-

ge,

αὐτοῖς οὐδένα ἔχειν. ἐπιλέγεται οὖν τι τοιοῦτον ἐπὶ τῷ κωλύειν χρήματα εἰσάγειν αὐτοὺς, ὅτι τὴν στρατείαν Ηρακλῆς ἐποιήσατο ἐπὶ τὴν Ιβηρίαν, διὰ τοὺς τῶν ἐνοικούντων πλούτους.

ge, quod Hercules aliquando bellum Hiſpaniae intuliſſet, divitiis incolarum invitatus.

NATALIS DE COMITIBVS.

Ita vero Iberos incolas feminarum ſtudio detineri inquiunt, ut quatuor vel quinque mares, pro una femina dent mercatoribus; qui ubi militantes ſtipendia capiunt a Carthaginenſibus, nihil aliud, niſi feminas, emunt, non enim licet apud illos aurum vel argentum poſſidere. Dicitur illud denique quod idcirco prohibiti ſint pecuniam in patriam importare, quod Hercules divitiarum cauſſa ipſorum incolarum in Iberiam militaverit.

τοὺς οἰκοῦντας αὐτὰς] *Dicunt vero incolentes eas* (inſulas Gymneſias) *Iberos adeo eſſe muliebrioſos, —*

καταγύνους] Leon. et Cam. καταγύναικας; poetice. Quae hic incluſa ſequuntur, abſunt ab eisdem editionibus. SYLB.

argentum non liceat] *aurum aut argentum.*

Ad haec explicanda ſufficient verba Diodori Sic. lib. 5 p. 297, quae Latine adſcribamus. *Maxime omnium in amorem feminarum (φιλογύναιοι) ſunt effuſi Gymneſiarum incolae, quas tanti aeſtimant, ut cum mulieres a piratis captae illuc advehuntur, tribus aut quatuor viris unam aliquam redimant. — — Argenteis vero aureisque nummis haudquaquam utuntur; ſed et importari horum quicquam adſe vetant. Cuius hanc cauſſam afferunt. Quod Hercules quondam Geryoni Chryſaoris filio bellum propterea intulerit, quia magnam argenti et auri vim poſſideret. Ut tutas ergo ab inſidiis facultates ſuas retineant, nihil cum auri argentique divitiis ſibi commune fore ſanciverunt. Iuxta hoc igitur decretum, cum Carthaginienſibus olim militarent, nihil in patriam ſtipendiorum referebant, ſed in mulierum atque vini*

ni emtionem id totum insumebant. De Herculis in Iberiam itinere ad Geryonem, filium Chrysaoris, qui ἀπὸ τοῦ πλούτου τὴν προσηγορίαν habuisse dicitur, vid. Diodor. Sic lib. 4 cap. 17 p. 224. Conf. ill. Heynius ad Apollodorum p. 390 et Bochart. geogr. p. 729. Nescio, an haec vetustissima lex Iberorum in caussa sit, cur in Baleari minori seu Minorca multi quidem nummi Romani, sed omnes aenei, nulli aurei vel argentei, reperiantur. Vid. Armstrong Beschreibung der Insel Minorca, pag. 243.

CAP. XCI.

Ἐν τῇ τῶν Μασσαλιωτῶν χώρᾳ περὶ τὴν Λιγυστικὴν φασὶν εἶναί τινα λίμνην, ταύτην δὲ ἀναζεῖν καὶ ὑπερχεῖσθαι, καὶ τοσούτους ἰχθῦς ἐκβάλλειν τὸ πλῆθος, ὥστε μὴ πιστεύειν. ἐπειδὰν δὲ οἱ ἐτησίαι πνεύσωσιν, ἐπιχώννυσθαι τὸ ἔδαφος ἐπ' αὐτῆς, καὶ τοιοῦτον κονιορτὸν γίνεσθαι αὐτόθι, καὶ ἀποξηρεῦσθαι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτῆς, ὡσανεὶ ἔδαφος· τοῖς δὲ τριόδουσι διακόπτοντας τοὺς ἐγχωρίους, ἑτοίμως ὅσους ἂν βούλωνται ἰχθύας ἐξαίρειν ἐξ αὐτῆς.

In finibus Massilienſium circa Ligyſticam, lacus eſſe fertur, qui ebulliens effuſusque, piſcium multitudinem immenſam, verique fidem ſuperantem eiiciat. Ceterum flantibus Eteſiis tantum pulverem concitari, ut coacervata in lacum humo ſicca, ſuperficiem obtegat, inque formam redigat areae; vnde indigenis licet pertuſa ſiccitate in triviis quotcumque libitum eſt piſces citra negotium eximere.

NATALIS DE COMITIBVS.

In regione Maſſilienſium circa oram Liguſticam ſtagnum quoddam eſſe ferunt ebulliens, quod effluat extra, tantamque piſcium copiam emittat, ut credi non poſſit, verum ubi flaverint Eteſiae ſupremam

mam partem ita pulvere obduci, tantumque pulveris ibi exiſtere, ut ſuperficies occultetur, appareatque pavimentum ac terra ſolida. Mox cum incolae tridentibus diſruperint pavimentum, perfacile eſt illis quot-quot voluerint piſces eximere.

ἀποστερεοῦσθαι] verbum ἀποστερεόω, *firmo, conſolido,* quod in Lexicis deſideratur, recurrit cap. 146 eodem ſenſu. I. B.

τὴν ἐπιφάνειαν] Cod. Vindob. ἐπίφασιν. Idem quoque εἰς ἔδαφος. I. B.

τοῖς δε τριόδουσι] Interpres τριόδοις, *in triviis* legit, ſine ullo ſenſu, *ſiccitate tridentibus pertuſa.* NIC.

ἐξαίρειν ἐξ αὐτῆς] Malim ἐξαιρεῖν. SYLB. Cod. Vindob. ἐξ αὐτοῦ. I. B.

De piſcibus, qui foſſiles dicuntur, iam cap. 75 abunde diſputavimus. Rem, quam hic relatam legimus, commemorarunt complures. Athenaeus lib. 8 p. 332 ita: *Polybius ſcribit, iuxta Pyrenaeos montes Narbonam usque campos eſſe, per quos Iliberis et Ruscino fluvii iuxta civitates eiusdem nominis a Celtis habitatas decurrunt, ac in iis campis foſſiles quos vocant piſces reperiri. Eius enim loci tenue ſolum eſſe, ac ſubnaſcente multo gramine herboſum; ſub eo vero, cum ad duos tresve cubitos arenoſa terra ſit, quam admovent aquam fluvii, labi, et cum effuſa illa piſces ſub terra meantes pabuli cauſſa, quod radice graminis impenſe delectentur ſubterraneis piſcibus univerſam oram illam replere, quos egeſta humo capiunt.* A Polybio etiam acceꝑiſſe videtur Strabo, quae retulit lib. 4 p. 275: *E Pyrena fluunt Ruſcino et Ilybyrris; uterque urbem habens cognominem. Ruſcinoni etiam lacus eſt propinquus, ac paulo ſupra mare locus aquoſus, plenus ſalinarum. Is etiam foſſiles habet mugiles. Ubi enim duos aut tres pedes foderis, immiſſo in aquam limoſam tridente, configere licet piſcem iuſtae magnitudinis, is alitur limo ſicut anguillae.* Mela lib. 2 cap. 5 in fine. *Ultra eſt Leucata, litoris nomen, et Salſulae fons, non dulcibus, ſed ſalſioribus etiam, quam marinae ſint, aquis defluens. Iuxta campus minuta arundine gracilique perviridis, ceterum ſtagno ſubeunte ſuſpenſus. Id manifeſtat media pars eius, quae abſciſſa proximis, velut inſula natat, pellique ſe atque attrahi patitur. Quin et ex iis quae ad imum perfoſſa ſunt, ſuffuſum mare oſtenditur. Unde Graïs noſtrisque etiam auctoribus, verine ignorantia, an prudentibus etiam mendacii libidine, viſum eſt tradere poſteris, in ea regione piſcem e terra penitus oriri, qui ubi ex alto huc usque penetravit, per ea foramina ictu capulantium interfectus extrahitur.* Haec tanta diligentia perſcripta ſunt, ut facile appareat, auctorem ipſum haec littora luſtraſſe. Neque enim du-

dubium est, quin haec omnia in oram maritimam comitatus Rosilionis conveniant. Neque pleraque loca non retinuerunt vetusta nomina. E *Ruscino* enim factum est *Rosilio* et *Roussillon*. *Leucata* hodie dicitur *Leucate; Salsula* est *Salses* solumque paludosum hodie vocatur *l'étang de Salses et de Leucate*, quod nomen in chartis geographicis, praesertim antiquioribus, annotatum videmus. Inter recentiores istam paludem descripserunt Maria *Hispan.* lib. 1 cap. 6. et Astruc in *Memoires pour l'histoire naturelle de la province de Languedoc* p. 558: "Quant à présent, il est certain que „les poissons de l'étang s'engagent „dans les cavernes qui sont sous les „bords, et qu' il arrive qu' on en „prend souvent dans les crevasses, qui „se forment quelquefois asses loin de „l'étang même." Atque Athenaei verbis haec adscripsit Casaubonus: *Prope munitissimas arces Salsas et Locatam in solo paludoso, arbuscularumque plurimarum suspensis radicibus, aquis pervio, pisces etiam hodie reperiuntur.* Ceterum quae hic de palude tradita sunt, maxima ex parte in lacum prope pagum Cirknitz etiam cadunt, cuius notitiam magna diligentia obtulit vir mihi amicus Hacquet in *Oryctographia Carniolica.* De Ligustica ora, quo nomine Plin. lib. 3 cap. 5 p. 149 vsus est, conf. Cellarii *geogr.* I. p. 653. Τριόδους ad instrumenta piscatoria refertur a Polluce lib. 10, 30 p. 1314.

CAP. XCII.

Λέγεται δέ τινας τῶν Λιγυστίων οὕτως σφενδονᾶν, ὥστε ὅταν πλείους ἴδωσιν ὄρνιθας, διερίζεσθαι πρὸς ἀλλήλους, ποῖον ἕκαστος παρασκευάζεται βαλεῖν, ὡς ἑτοίμως ἁπάντων τευξομένων.

Quidam Ligystorum adeo dextre solerterque fundam agitare feruntur, ut conspectis avibus singulas ictibus singulis destinent, tanquam certi momento omnes casuras.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama est quosdam Ligures ita fundis perite uti, ut ubi plures aves conspexerint, inter se constituant, quam avem singuli sint percussuri et capturi, ut omnibus recte iaculantibus.

διερίζεσθαι] Leon. et Cam. διερεθίζεσθαι. SYLB. Ita quoque cod. Vindob. I. B.

βα-

βαλεῖν] Leon. et Cam. λαβεῖν. Si quis ibidem futuro tempore malit παρασκευάσεται, facile feram. SYLB.

Ligyſtorum] *Ligyſtiorum — — ut pluribus conſpectis.* NIC.

Dicuntur quidam Ligyſtiorum ita funda uti, ut, quando plures videant aves, inter ſe conſtituant, qualem quisque debeat percutere, ita ut ſtatim omnes caſurae ſint. Vſus fundae atque inſignis iaculandi dexteritas gentem inprimis Balearicam reddidit celebrem, et fuerunt, qui ei vel inventionem fundae tribuerint, uti Vegetius *de re milit.* lib. 1 cap. 16. Baleares ab ineunte aetate uſu fundae exercebantur. Ligno enim erecto panem imponebant matres, quem puer ieiunus et cibi avidus aſſiduo ictu peteret, neque cibum acciperet, niſi quem matre monſtrante percuſſiſſet. Hoc memorant Lycophr. ſchol. Strabo, Diodorus Sic. Vegetius et Florus lib. 3 cap. 8, qui, *certos*, inquit, *eſſe quis miretur ictus, cum haec ſola genti arma ſint; id unum ab infantia ſtudium?* caet. At qui Ligyſtios funditores eodem nomine laudaverit, praeter noſtrum, novi neminem. Conf. Lipſii *poliorcet.* lib. 4 p. 160.

CAP. XCIII.

Ἰδιον δὲ φασι καὶ τοῦτο παρ' αὐτοῖς εἶναι· αἱ γυναῖκες ἅμα ἐργαζόμεναι τίκτουσιν, καὶ τὸ παιδίον ὕδατι περικλύσασαι, παραχρῆμα σκάπτουσι, καὶ σκάλλουσι, καὶ τἆλλα οἰκονομοῦσιν, ἃ μὴ τικτούσαις ἦν πρακτέον.

Peculiare autem eſt huic genti, quod mulieres opus facientes, pariunt, lotoque infante, ad ſarculum mox foſſionemque redeunt, ac alia obeunt munia puerperis minime uſitata.

NATALIS DE COMITIBVS.

Apud quos illud etiam dicunt eſſe peculiare, quod mulieres opera agentes pariunt, puerosque aqua luentes continuo fodiunt ac ſarriunt, caeteraque faciunt, quae parientibus minime conveniunt.

σκάπτουσι] σκάπτειν, *fodere.* σκάλλειν, *ſarculare.* Etiam Pollux lib. 1 p. 136 haec duo verba coniunxit. I. B.

Ἰδιον hoc non fuiſſe Ligurum mulieribus, ſed commune Hiſpanorum, Gallorum, Germanorum, Thracum atque Scytharum feminis, comprobavit auctorum teſtimoniis Cluverus in *Germania ant.* lib. 1 cap. 21 p. 149, et in *Italia* p. 53, quibus plura addere poſſumus. Strabo lib. 3 p. 149: *Poſidonius tradit, ſibi in Liguria hoſpitem ſuum narraſſe, cum a ſe ad foſſionem quandam conducti eſſent viri pariter ac feminae; inter has quandam, doloribus partus correptam, non longe ab opere receſſiſſe; editoque foetu, ad opus rediiſſe, ne mercedem amitteret. Quam ipſe, cum aegre opus facere videret, primoque cauſſam ignoraret, tandem re cognita, mercede data dimiſit. Mulierem ad fonticulum quendam extuliſſe infantem, lotumque et pannis, quos habebat, involutum, domum incolumem detuliſſe.* Eandem rem commemoravit Diodorus Sic. lib. 4. Verum hoc non uni mulieri apud Ligures accidiſſe, ſed vulgare fuiſſe etiam inter reliquas huius gentis feminas, probat Ariſtoteles, Poſidonii aetate multo prior. Clemens Alexandr. *ſtromat.* lib. 4 p. 498: *Scio etiam feminas Iberiae propinquas, et factis et laboribus virilibus utentes, etiamſi uterum geſtent et iam parturiant, nihil de iis, quae ſunt agenda, remittere, ſed ſaepe in ipſa laborum contentione, mulier quae peperit, infantem ſublatum domum portat.* Varro *de re ruſtica* lib. 2 cap. 10 p. 300: *In Illyrico vidi praegnantem ſaepe, cum venit pariendi tempus, non longe ab opere diſcedere, ibique enixam puerum referre, quem non peperiſſe, ſed inveniſſe putes.* Abluiſſe vel immerſiſſe iſtas gentes frigida aqua pueros recens natos, conſtat inter omnes. Conf. praeter caeteros Ariſtotelis *politic.* lib. 8 cap. 17 p. 899, ubi de Celtis, ſed philoſophum non ſolos Gallos, ſed etiam Germanos intellexiſſe, monuit iam Cluverus. Nec deſunt exempla recentiora mulierum, quae ſine dolore pariunt, et a partu illico ad conſuetos labores redeunt. Conf. Piſo *hiſt. nat. et med.* lib. 1 pag. 13. *Relation of two voyages to New England by* I. Ioſſelyn p. 127. *Deſcription de la nouvelle France* vol. 3 p. 288. *France antartique par* Thevet p. 79. Egede *gamle Groenland* p. 81. Allgemeine Reiſen vol. 18 pag. 103. Bosmann Reiſe nach Guinea p. 153. *Natural hiſtory of Barbados* pag. 92. Allgemeine Geſchichte von Amerika vol. 2 pag. 879. Allgemeine Welthiſtorie XXIII p. 143. Aegyptiorum etiam uxores ſtatim a partu ſurrexiſſe ad domeſtica munia obeunda, auctor eſt Aelianus *hiſt. anim.* lib. 7 cap. 12. Scilicet mulieres inter gentes barbaras duro labore exercitatae contemnunt dolores leviores, qui mulierculas delicatiores debilitant et proſternunt; deinde etiam iſtis plerumque partus ſecundum naturam contingit, qui noſtratibus ob mollitiem, qua langueſcunt, ſaepius difficilior eſſe ſolet. Conf. Halleri *elementa phyſiologiae* vol. 8 pag. 434. Mulieres Celtarum, Ligurum atque gentium iis affinium res domeſticas agrorumque culturam adminiſtrabant. Vid. Strabo lib. 3 p. 250 et lib. 4 p. 301. Iuſtinus lib. 44 cap. 3. Cluveri *German. ant.* pag. 133.

CAP.

CAP. XCIV.

Θαῦμα δὲ καὶ τοῦτο παρὰ τοῖς Λίγυσι· φασὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς ποταμὸν εἶναι, οὗ τὸ ῥεῦμα αἴρεται μετέωρον καὶ ῥεῖ, ὥστε τοὺς πέραν μὴ ὁρᾶσθαι.

Admiratione et hoc apud Ligyos (Ligures) dignum eſt, quod fluvius quidam fertur curſu in ſublime attolli, adeo ut ex oppoſito ſtantes nequeant conſpici.

NATALIS DE COMITIBVS.

Illud eſt etiam admirabile apud Ligures, quod apud eos fluvium eſſe dicunt, cuius unda in ſublime tollitur, atque ita fluit, ut qui ultra fluvium ſunt videri non poſſint.

Haec etiam Strabo lib. 5 pag. 340 de fluvio Arno, qui nomen etiam nunc retinet, et de amne, qui Auſar ſive Auſer (hodie Serchio) vocabatur, quique in illum apud Piſas confluebat. Ita enim ille: *Sita eſt Piſa inter duorum amnium Arni et Auſaris confluentes; quorum alter a montibus Apenninis defertur; ubi in unum confluunt; alter alterius violento incurſu adeo ſe invicem attollunt, ut, qui utrimque in ripis conſiſtant homines, alter alterum conſpicere nequeat; unde ſubvectionem a mari neceſſe eſt difficilem fieri.* συμπεσόντες δ' εἰς ἓν ῥεῖθρον, μετεωρίζουσιν ἀλλήλους ταῖς ἀντιπαῖς ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε τοὺς ἐπὶ τῶν ἠϊόνων ἑστῶτας ἀμφοτέρων, μηδ' ἕτερον ὑπὸ θατέρου κατορᾶσθαι. Veterem horum amnium concurſum magna diligentia expoſuit Gio. Targioni Tozzetti in *Relazioni d' alcuni viaggi fatti in diverſe parti della Toſcana*; edit. ſec. vol. 2 pag. 146. Sed rem quidem ipſam a noſtro et Strabone traditam, falſam eſſe omnino multis rationibus probavit Lor. Guazzeſi in *diſſ. intorno ad alcuni fatti di Annibale.* Vid. *Tutte le opere del cav. Lorenzo Guazzeſi.* Piſa 1766. 4 vol. in 4. vol. 1 pag. 65. Quae res etſi adeo incredibilis eſt, ut facile conficiatur, tamen verba viri eruditiſſimi adſcribere volumus, cum liber non ubique obvius ſit. "Primieramente io ſtimo queſto avve-
„nimento tanto ſtraordinario, che oſo
„dire, che poſſa impunemente negar-
„ſi, come affatto impoſſibile. Non
„ſò come poſſa accadere, che le ac-
„que di un fiume ſi innalzino tanto
„ſopra il piano del ſuo alveo, che
„impediſcano per la lora altezza per-
„pendicolare la libera corriſpondenza
„de i raggi viſuali, a chi è ſituato
„ſulle due rive. E proprietà de i
„fluidi, quando non ſono ritenuti da
„i laterali impedimenti, l' appianarſi,
„per quanto e poſſibile a tenore delle
„leggi Idroſtatiche, ed occupare in
„ogni parte un luogo egualmente
„diſtan-

„distante dal punto della comune ten-
„denza. Quì non si parla del Para-
„guai, o del rio della Plata fiumi
„vastissimi, ne i quali, a somiglianza
„di ciò che succede nel mare, la sferoi-
„dale figura della terra possa in tanta
„distanza impedire il passo a quei
„raggi, la direzione de i quali si con-
„cepisca parallela alla tangente ori-
„zontale, o inclinata sotto di essa;
„si parla dell' Arno e del Serchio, de
„i quali a bastanza è nota l' estensione
„e la copia delle acque, anche verso
„la loro foce. Questi due fiumi ad-
„unque, o erano riserrati da altri ar-
„gini, e grottoni alle rive, o nò.
„Se nò, l' acque dovevano stendersi
„in piano orizontale, sicchè per quan-
„to elevate fossero per la loro copia,
„dovevano mantenere a destra nel
„mezzo, e a sinistra lo stesso livello,
„e chi ponevasi da una delle loro ri-
„ve, doveva liberamente vedere, chi
„era situato nell' altra, non potendo-
„si concepire tra spazi sì angusti, che
„le acque nel mezzo dell' alveo for-
„massero all' insù un piano più alto
„delle rive, senza rinnovare i mira-
„coli del Mar Rosso, e del Giordano
„sopra le ordinarie leggi della Natu-
„ra; se poi detti fiumi erano circon-
„dati da argini più alti de i campi
„adiacenti, chi era nel piano de i
„campi sarà stato impedito di vedere
„dall' altra riva, non già dall' altezza
„dell' acqua, ma da quella degli ar-
„gini, anche quando i detti fiumi
„stati fossero del tutto asciutti. Se
„poi saliva sull' argine, l' acque in-
„termedie, non potevano certamente
„impedirgli la vista dell' altra riva
„come che in ogni punto sempre più
„bassa della direzione de i suoi sguar-
„di. Avranno dunque creduto una
„tal cosa Aristotile, e Strabone?
„Aristotile, veramente era filosofo;
„ma chi sà se si pose ad esaminare
„il racconto di un avvenimento, che
„succedeva in paese da lui tanto lon-
„tano? Egli poi non dice di credere,
„che ciò succedesse, nè altro argo-
„mento riporta, che l' autorità de i
„relatori; ed è noto di più agli eru-
„diti, che il libro de mirab. auscul.
„non è sicuro parto di Aristotele, on-
„de si può francamente negare, che
„un filosofo sì rinomato, prestasse fe-
„de a simil novella. Strabone poi,
„come meno fisico l' averà facilmente
„creduto, sì per averla letta nel libro
„attribuito ad Aristotele, sì per non
„averla stimata tanto impossibile quan-
„to la favoletta raccontata da i Pisa-
„ni del patto fatto tra l' Arno ed il
„Serchio la prima volta, che si uni-
„rono insieme, di non sommergere
„Pisa." — Ceterum his adiicere li-
ceat, quod monuit iam Cluverus in *Italia antiqua* lib. 2 cap. 2. p. 462, nimirum neque Rutilium, qui omnes res memorabiles in itinere suo per istam regionem v. 566 sedulo perscripsit, hac de re quidquam commemorasse.

CAP.

CAP. XCV.

Εν δὲ τῇ Τυρρηνίᾳ λέγεταί τις νῆσος Αἰθάλεια ὀνομαζομένη, ἐν ᾗ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μετάλλου πρότερον μὲν χαλκὸς ὠρύσσετο, ἐξ οὗ φασι πάντα κεχαλκευμένα παρ' αὐτοῖς εἶναι, ἔπειτα μηκέτι εὑρίσκεσθαι· χρόνου δὲ διελθόντος πολλοῦ, φανῆναι ἐκ τοῦ αὐτοῦ μετάλλου σίδηρον, ᾧ νῦν ἔτι χρῶνται Τυρρηνοὶ, οἱ τὸ καλούμενον Ποπλώνιον οἰκοῦντες.

In Hetruria ferunt insulam esse, quam Aethaliam hodie vocant, in qua aerifodina est, unde aes eruitur, omne scilicet illud, ex quo isthic aerea vasa conflantur; deficere autem, nec reddere quicquam aliquamdiu, ceterum temporum procursu, non aes, ut ante, sed ferrum provenire, id nempe quo etiamnum utuntur, Poplonium incolae vocant.

NATALIS DE COMITIBVS.

Insula quaedam Thalia nomine apud Tyrrhenos esse dicitur, in qua ex eadem metalli fodina prius aes excavabatur, ex quo omnia aerea vasa apud illos facta esse dicunt, postea non amplius aes fuit inventum. Mox longo temporis spatio ex eadem fodina excavatum fuit ferrum, quo nunc etiam utuntur Tyrrheni, quod Poparvum incolae appellant.

Αἰθάλεια] Vulgatae editiones hoc in loco habent Θάλεια; at infra cap. 113 Αἰγιάλεια; corrupte, ut monuit Petrus Victor. *var. lect.* lib. 32 cap. 23. Stephanus Byz. hanc Tyrrhenorum insulam triplici modo nominatam tradit: Αἰθάλην, Αἰθάλειαν et Αἰθαλίαν, Latinis *Ilva* dicitur. SYLB.

ὠρύσσετο] Cod. Vindobon. ὀρύσσεται. I. B.

παρ' αὐτοῖς] alii παρ' αὐτοῦ, sed rectius αὐτοῖς, ut interpres quoque vertit *istic*. SYLB.

Ποπλώνιον] Vulgatae editiones habent Πωπάνιον (ſic etiam codex Vindob.), itidemque interpres; ego Victorium ſequi malui. SYLB. Errorem praebuit interpres *ferrum*, vertens, *provenire*, *id nempe quo etiamnum utuntur, Poplonium incolae vocant*, ut vel ipſe Bochartus tradat *Can.* I, 33 p. 647 hoc nomen ferri eſſe in Aethalia, cum ſit nomen urbis ſatis notae, de qua vid. de Pinedo ad Stephanum. NIC.

unde aes eruitur] *unde olim aes erutum ſit.*

conflantur] *ſunt conflata: poſtea autem defeciſſe, nec reddidiſſe quicquam.*

provenire] *proveniſſe, id nempe quo etiam nunc utuntur Tyrrheni, urbem Populonium incolentes.* NIC.

Τυρρηνία, Romanis *Tyrrhenia* ſeu *Turrhenia* et *Etruria*, eſt regio, quae a Marca fluvio, Liguriae fine, ad Tiberim usque patet. *Aethalia* Graecis eſt inſula, quae olim *Ilva* vocabatur, hodie vulgo *Elba*, de qua vid. Cluveri *Italia antiqua* pag. 502 et Dempſteri *Etruria regalis* vol. 2. p. 228. Plin. lib. 3 cap. 6: *Ilva, a Graecis Aethalia dicta.* Haec inſula ob ferri metalla, quibus etiam nunc abundat, iam olim celebris fuit. Plinius l. c. atque lib. 34 cap. 14: *ferri metalla ubique propemodum reperiuntur, quippe inſula etiam Italiae Ilva gignente.* Virgilius *Aen.* 10 v. 174: *Inſula, inexhauſtis chalybum generoſa metallis.* Conf. Sil. Ital. lib. 8; Solinus cap. 3 et Rutilii *itinerarium* v. 351: *Occurrit chalybum memorabilis Ilva metallis.* Strabo lib. 5 p. 343 auctor eſt, in Aethalia loca, unde metalla eruta ſunt, rurſus longo temporis tractu impleri. τὰ ὀρύγματα ἀναπληροῦσθαι πάλιν τῷ χρόνῳ τὰ μεταλλευθέντα. Atque Servius ad locum Virgilii iam excitatum ita: *Plinius ſecundus dicit: cum in aliis regionibus effoſſis metallis terrae ſint vacuae, apud Ilvam hoc eſſe mirum, quod ſublata renaſcuntur, et rurſus de eisdem locis effodiuntur.* Sed haec verba in libro Plinii hodie deſiderantur; neque Servii in laudandis auctoribus ſatis eſt explorata fides. Noſter quidem Ariſtoteles rem paulo aliter notavit. Neque enim dicit renaſci metalla, ſed in inſula antiquiori tempore erutum eſſe aes, quod tandem defeciſſe; poſtea ſatis longo intervallo ferrum ibi eſſe repertum atque effoſſum. Haec relatio omnis comprobatur a recentioribus, qui inſulam peragrarunt, cum et Koeſtlin et Pini cupri mineras locumque, ubi olim effoſſae videntur, invenerunt. Vid. *Lettres ſur l' hiſtoire naturelle de l' isle d' Elbe par* C. H. Koeſtlin. Vienne 1780. 8 p. 14. *Oſſervazioni mineralogiche ſu la miniera di ferro di Rio ed altre parti dell' iſola d' Elba di* Erm. Pini 1777. 8 cuius interpretatio germanica prodiit Halae 1780. 8 pag. 73. Neque vulgus hodie non credit, renaſci metalla ferraria in Elba; vid. Koeſtlin p. 73 et potiſſimum Pini pag. 41, qui contra *Coudray*, ferrum renaſci contendentem, erudite diſputat et exponit quid huic fabulae originem dederit. Conf. *Mémoire ſur la maniere dont on extrait en Corſe le fer de la mine d' Elbe. Par* Tronſon du

du Coudray. 1775. 8. *Iſto ferro, quod Aethalia fert, utuntur*, inquit noſter, *qui Populonium inhabitant*, quae verba uterque interpres falſo reddidit. Ποπλώνιον, *Populonium*, Tyrrhenorum oppidum, quod Virgilio *Populonia*, et Livio *Populonii* plurali numero, uti pleraque Etruriae oppida apud Latinos, dicitur. Huius urbis hiſtoriam diligenter admodum ſubtexuit G. Targioni Tozzetti in *Relazioni d' alcune viaggi fatti in Toſcana* vol. 4 pag. 258. Quaedam quoque lectu digna diſputavit de eadem Mazzocchi in diſſ. de Tyrrhenorum origine, inſerta vol. tertio *commentationum Academiae Etruſcae, quae Cordonae eſt*, pag. 61; itemque Dempſterus l. c. vol. 2 p. 56. Conf. quoque Zuſätze zur algemeinen Welthiſtorie vol. 3, 2. p. 60 et 68. Secundum Strabonem ferri metallum non excoquebatur in ipſa inſula Aethalia, ſed transferebatur in continentem, et Populonii cogebatur in ſtricturas; lib 5 p. 342. Eadem tradidiſſe Varro dicitur Servio, qui l. c. *Varro*, inquit, *naſci quidem illic ferrum, ſed in ſtricturam non poſſe cogi, niſi transvectum in Populoniam Tusciae civitatem, ipſi inſulae vicinam.* Caſaubonus iam ad Strabonem notavit, verbum συλλιπαίνεσθαι non eſſe liquari, ſed cogi in ſtricturam, quamquam inter hoc ac illud non magnum interſit diſcrimen. Neque noſtra aetate minerae ferri excoquuntur in inſula, non ſolum ob ligni, ſed etiam ob aquae penuriam, ad rotas machinarum exercendas neceſſariae. Attamen ſunt ſane excocta metalla antiquiori tempore in ipſa inſula. Cui rei indicio ſunt ſcoriarum acervi adhuc reliqui, quos cognoverunt et Pini p. 37 et Koeſtlin p. 75. Videtur igitur inſula habuiſſe quondam ſilvam, quam fortaſſe furni abſumſerunt. Aquam vero metallici veteres non magnopere deſiderabant, nondum inventis machinis, quarum rotae hodie ab impetu fluminis percutiuntur et circumaguntur. Sic ob Ilvae viciniam Populonienſes ferro divites fuerunt, qui, cum Etruriae populi, pro ſuis quisque facultatibus, Scipionem conſulem adiuturos polliciti erant, ferrum dederunt, auctore Livio lib. 28 cap. 45.

CAP. XCVI.

Εσι δέ τις ἐν Τυρρηνίᾳ πόλις Οιναρέα καλουμένη, ἣν ὑπερβολῇ φασὶν ἰσχυρὰν εἶναι. ἐν γὰρ μέσῃ αὐτῇ λόφος ἐστὶν ὑψηλὸς τριάκοντα σταδίους ἀνέχων ἄνω, καὶ κάτω ὕλην παντοδαπῆ καὶ

In Hetruria urbem ferunt, quam Oenaream vocant, ſupra modum munitam eſſe; quippe cuius medium tumulus occupat ad triginta ſtadiorum altitudinem ſurgens, et omnigena materie et

ὕδατα. Φοβουμένους οὖν τοὺς ἐνοικοῦντας λέγουσι, μὴ τις τύραννος γένηται, προϊσασθαι αὐτῶν τοὺς ἐκ τῶν οἰκετῶν ἠλευθερωμένους· καὶ οὗτοι ἄρχουσιν αὐτῶν, κατ' ἐνιαυτὸν δ' ἄλλους ἀντικαθίσανται τοιούτους.

aquis abundans. Vnde metuens ſibi a tyrannide populus, ſervos manumiſſos ſummae rerum in annum praeficit, quo evoluto alios eiusdem ſortis ſurrogat.

NATALIS DE COMITIBVS.

Eſt civitas quaedam in Tyrrhenia Anarea nuncupata, quam egregie munitam eſſe dicunt, cuius in medio collis eſt perarduus, qui ad triginta ſtadiorum altitudinem conſurgit, habetque ſilvam multiplicem et aquas. Cum timeant igitur incolae ne quis tyrannus efficiatur, praeficiunt familiares libertate donatos, qui ipſis praeſunt per anni ſpatium, et ſic mox alios illis praeficiunt.

Οἰναρέα] Victorius legit Οὐλατέῤῥα. SYLB. Apud Stephanum, huc provocantem, eſt Οἶνα. Quod vero Berkelius Cluverium affirmat eius mentionem non feciſſe, errat. Nimirum *Ital. ant.* p. 513 Οὐολατέρα, *Volaterra* ei vera ſcriptura videtur. Rationes non improbabiles ex eo ipſo cognoſcantur. Idem iam Victorio placuit. NIC.

ἦν ὑπερβολῇ] Quidam codices habent καθ' ὑπερβολήν. SYLB.

καὶ κάτω ὕλην παντοδαπῆ] κάτω abeſt a quibusdam editionibus. Convenientius fortaſſe nominandi caſu legeris ὕλη παντοδαπή. SYLB. Codex Vindobon. habet καὶ ὕλην παντοδαπήν. I. B.

προϊσασθαι] Victorius legit active προϊσάναι. SYLB. Cod. Vindob. πρὸς κτᾶσθαι. I. B.

τοιούτους] Hoc exprimit etiam interpres: *alios eiusdem ſortis ſurrogant*; aliqui maluerit fortaſſe aliquis τούτοις. SYLB.

et omnigena] *et ima ſui parte omnigena* — NIC.

Haec

Haec verba penitus deſcripta ſunt a Stephano Byz. ſed cui urbs non Οἰναρέα, ſed Οἶνα dicitur. Ibi quoque e noſtro reſcribendum eſt ὀχυρὰ pro ἐχυρὰ, quod notavit iam Holſtenius. Quaenam fuerit civitas, aut quo auctore coeperit deſieritve, non ſatis conſtat; complures tamen credunt, intelligi Volaterram, urbem celeberrimam, et legendum eſſe Οὐολατέρα, quod nomen deſcribentium incuria corruptum videatur. Optime etiam quae hic leguntur, conveniunt cum iis, quae de Volaterrae ſitu et colle celſo, in quo arx fuit, tradidit Strabo lib. 5 p. 154. Neſcio, an quisdam alius ſcriptor de mirabili rempublicam adminiſtrandi modo, quod Volaterrani ſervos manumittere quotannis ſolerent, qui ſummae rerum per annum praeeſſent, mentionem fecerit. Conf. Dempſteri *Etruria regalis* vol. 2 p. 145, 280 et Cluveri *Italia* p. 513, et Petrus Victorius.

CAP. XCVII.

Ἐν τῇ Κύμῃ τῇ περὶ τὴν Ἰταλίαν δείκνυταί τις, ὡς ἔοικε, θάλαμος κατάγειος Σιβύλλης τῆς χρησμολόγου· ἣν πολυχρονιωτάτην γενομένην, παρθένον διαμεῖναί φασιν, οὖσαν μὲν Ἐρυθραίαν, ὑπό τινων δὲ τὴν Ἰταλίαν κατοικούντων, Κυμαίαν, ὑπὸ δέ τινων Μελάχραιναν καλουμένην. τοῦτον δὲ τὸν τόπον λέγεται κυριεύεσθαι ὑπὸ Λευκαδίων.

In Cuma circa oram Italiae ferunt thalamum ſubterraneum Sibyllae fatidicae eſſe, eius ſcilicet, quae aetate quamlibet provecta virginitatem ſervaſſe impollutam traditur. Erythraea fuit haec, ſed a quibusdam Italiae incolis Cumana, ab aliis vero Melachraena nuncupatur. Locum hunc a Leucadiis occupatum aiunt.

NATALIS DE COMITIBVS.

Thalamus quidam ſubterraneus in Cuma Italiae civitate oſtenditur ſibyllae fatidicae, quam diutiſſime virginem extitiſſe aiunt, quae cum ſit Erythraea ab aliis Italiam incolentibus Cumaea dicitur, ab aliis Melachrena. Hic locus ſub Leucadum imperio eſſe fertur.

πολυχρονιωτάτην] Mille annis vixiſſe fertur. Vid. Gallaeus p. 116. NIC.

Ερυθραίαν] Erythris, quae una ex duodecim Ioniae urbibus eſt, in peninſula ſita, orta putabatur. Qua relicta Cumas veniſſe dicitur. Vnde eadem Cumaea et Cumana audit. Vid. Gallaeus p. 117. Erythraei apud Pauſan. *Phoc.* c. 12 p. 827 civem ſuam Herophilen appellant. Aliorum teſtimonia apud Gallaeum p. 113 videantur. NIC.

κατοικούντων] Cod. Vindob. οἰκούντων.

Μελάχραιναν] Μελάχραιναν habet etiam interpres. Suidas Sibyllam Cumanam nominatam ſcribit Amaltheam et Herophilen. SYLB. Optimi codices Μελάχραιναν; at du Vallius Μελάγχραιναν dedit. NIC.

Λευκαδίων] Rectius fortaſſe Λευκανῶν, *Lucanorum*. Leucadii enim longius a Cumis abſunt. SYLB.

In Cuma] *Cumis oſtendunt — — Sibyllae fatidicae, quae aetate — —* NIC.

Κύμη, Latinis plerumque numero plurali *Cumae*, urbs Campaniae, cuius in hiſtoria exponenda multus eſt Cluverus *Ital. antiq.* pag. 1102. E verbis veterum a viro doctiſſimo collectis facile cognoſcitur, duo diverſa Sibyllae antra commemorari a poetis; alterum quod ad ipſam erat urbem Cumas, ex quo de rebus futuris vaticinabatur Aeneae; alterum ad lacum Avernum quod ianua credebatur orci. Ariſtoteles auctor eſt, hanc Sibyllam oriundam Erythris, Aſiae civitate, non longe a Chio, vocatam eſſe ab Italis Κυμαῖαν, quoniam Cumis commorata eſt ibique futura praedixit haec *longaeva ſacerdos*. Verum operae pretium eſt de hoc nomine conferre quae viri eruditi annotarunt ad Gratii *cynegeticon* v. 35. in *Scriptoribus venaticis et bucolicis*, editis Lugduni 1728. 4 p. 24. Quod noſter vocat θάλαμον κατάγειον, vocat Solinus cap. 2 p. 10 *ſacellum*. Eſt enim θάλαμος et Graecis et Latinis non raro locus, ubi aliquis habitare conſuevit, etiam ſanctior et interior templi locus. De antro, quod hodie Sibyllae fuiſſe vulgo creditur, vid. Blainville Reiſen vol. 3 p. 393. Servius ad Virgilium unam e Sibyllis nominat *Maltheam*, Tibullus *Amaltheam*, quod nomen Sibyllae Cumanae fuiſſe docet Suidas. Num ex his nominibus factum eſt nomen, quod hic habemus? — Verum nulla mihi res cum Sibyllis, quarum notitiae qui aliquam aviditatem habent, eos oportet adire Fabricii *bibliothecam Graec.* vol. 1 pag. 167 - 231. S. Gallaei *diſſ. de Sibyllis*. Amſtel. 1688. 4 pag. 99. Petiti *de Sibylla libros tres*, Lipſiae 1686. 8, lib. 2 cap. 9. p. 211. atque Baniers Götterlehre I pag. 748 caet. Unum modo adiiciamus, Ariſtotelem de Sibylla huiusque vaticiniis mentionem feciſſe etiam in *Problem.* ſect. 30 prob. 1.

CAP.

CAP. XCVIII.

Εἶναι δὲ λέγουσιν ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις περὶ τὴν Κύμην ποταμόν τινα Κετὸν ὀνομαζόμενον· εἰς ὃν φασι τὸ ἐμβληθὲν πρῶτον περιφυεσθαι, καὶ τέλος ἀπολιθοῦσθαι.

Porro circa Cumam fluvium esse inquiunt (Cetes ab ipsis appellatur); in quem iacta quaecunque fuerint, enascantur, ac postremo in lapidem indurescant.

NATALIS DE COMITIBVS.

Ibi iuxta Cumam fluvium quendam Cetum vocatum esse aiunt, in quod res iniectas primum pullulare inquiunt, ac demum in lapides converti.

Κετὸν] Olim scriptum erat Μακέπαν. STEPH. Interpres legit Κέτην, *Cetes ab ipsis appellatur.* Quosdam codices Μακέπαν habere, testatur Henr. Stephanus. SYLB. Eum esse, quem alii Silarum vocant, Bochart. *Phal.* 3, 5 p. 180 censet. Aliorum eadem de re testimonia apud Cluverium *Ital. ant.* p. 1253 extant. Sed idem tamen incolas hoc pernegare affirmat. NIC. Codex Vindobonensis primitus habuit κακέπαν pro Μακέπαν (quae est varia lectio ad oram editionis adnotata pro Κετὸν), sed duabus primis litteris κα linea perpendiculari sectis a recentiori manu, reliquum correctum est in Κετόν. I. B.

enascantur] *primo materia quadam obducantur.* NIC.

Cluverus *Ital. antiq.* p. 1253 enarrat, se, quando per Campaniam peregrinatus esset, audivisse incolas negantes, esse istic fluvium eius indolis, quam noster commemoravit. Sed res neque incredibilis, neque eximia est. Namque facile apparet, sermonem esse de aqua tophacea, cuius naturam exposuerunt Wallerius in *Hydrologia* edit. German. p. 60 et F. A. Cartheuser in *rudimentis hydrologiae systematicae* pag. 23. Huius generis aquae virgulta, folia, ligna immersa lapideo cortice obducunt, ita ut tandem, postquam quidquid vegetabile fuit, putredine consumtum est, tota res in lapidem abiisse videatur. Particulae calcariae, quae aquae insunt, paulatim ad res immersas subsident, ut crusta lapidea circa eas enata videatur, quod Aristoteles verbo περιφύεσθαι significavit, cuius vim interpretes non adse-

adſecuti videntur. Talem aquam tophaceam complures auctores veteres notarunt; e. gr. Plinius lib. 2 cap. 103 p. 120. Vitruvius lib. 8 cap. 3 p. 255. Ovidius *met.* 15, 313. Seneca *quaeſt. nat.* lib. 3 cap. 20 p. 732, qui rem ſatis bene expoſuit. *Aqua*, inquiens, *ſi ſolidum tetigit, haeret et affigitur. Inde eſt, quod res abiectae in eundem lacum, lapideae ſubinde extrahuntur. Quod in Italia quibusdam locis evenit, ſive virgam, ſive frondem demerſeris, lapidem poſt paucos dies extrahis. Circumfunditur enim corpori limus, alliniturque paullatim.* Strabo lib. 13 p. 933, 934. De Silaro fluvio in confinio Campaniae et Lucaniae Silius Ital. lib. 8:

Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt
Duritiem lapidum merſis inoleſcere ramis.

De eodem fluvio eadem Strabo lib. 5 p. 385.

Difficilior quaeſtio de fluvio Ceto, qui interpreti Cetes ſcribitur, num ſit idem Silarus. Cluverus dubitat, an nomen recte ſcriptum ſit. Sed ſunt alii, qui ex eodem nomine coniecturas duxerunt, non valde probabiles; eos dico, qui primos Italiae incolas oriundos a Kittim, Iavani filio, ſtatuunt. Iſti in rem ſuam convertunt non ſolum nomen fluvii Ceti, ſed etiam nomen urbis Latii veteris, quae a Dionyſio Halicar. vocatur Ketea; utuntur etiam auctoritate Suidae, cui primi Latii incolae Cetii dicuntur. Qua de ſententia conf. Allgemeine Welthiſtorie vol. 10 pag. 24.

CAP. XCIX.

Ἀλκισθένει τῷ Συβαρίτῃ φασὶ κατασκευασθῆναι ἱμάτιον τοιοῦτον τῇ πολυτελείᾳ, ὥστε προτίθεσθαι αὐτὸ ἐπὶ τῇ ἐν Λακινίῳ πανηγύρει τῆς Ἥρας, εἰς ἣν συμπορεύονται πάντες Ἰταλιῶται· τῶν τε δεικνυμένων μάλιστα πάντων ἐκεῖνο θαυμάζεσθαι. οὗ φασι κυριεύσαντα Διονύσιον τὸν πρεσβύτερον ἀποδόσθαι Καρχηδονίοις ἑκατὸν καὶ εἴκοσι ταλάντων. ἦν δ' αὐτὸ μὲν ἀλουργὲς, τῷ μεγέθει

Alcistheni Sybaritae veſtem tradunt tanta magnificentia confectam eſſe, ut cum in Laciniae Iunonis panegyri, ad quam tota confluere ſolet Italia, propoſuiſſet ſpectandam, omnium oculos a reliquis in ſe converterit. Hanc aiunt Carthaginienſibus emptam a Dionyſio ſeniore tum regnante, centum viginti talentorum pretio. Purpurea erat tota, amplitudine quindecim cubitorum, (*utrimque*) animal-

πεντεκαιδεκάπηχυ, ἑκατέρωθεν δὲ διείληπτο ζωδίοις ἐνυφασμένοις, ἄνωθεν μὲν Σούσοις, κάτωθεν δὲ Πέρσαις· ἀνὰ μέσον δὲ ἦν Ζεὺς, Ηρα, Θέμις, Αθηνᾶ, Απόλλων, Αφροδίτη. παρὰ δὲ ἑκάτερον πέρας Αλκισθένης ἦν, ἑκατέρωθεν δὲ Σύβαρις.

animalculis intertextis distincta, superne quidem Susis, inferne vero Persicis (Persis). In medio autem Iupiter, Iuno, Themis, Minerva, Apollo, Venus, elucebant, ad latera Antisthenes, utrimque autem Sybaris.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama est ab Alcisthene Sybarita tantae magnificentiae vestem confectam fuisse, ut eam in Iunonis Laciniae conventu proposuerit, ad quam confluxerunt omnes Itali, ac praeter omnium quae ostentabantur, maxime illius detinebantur admiratione, cuius pretium Carthaginiensibus Dionysius senior centum ac viginti talenta tradidit. Erat ipsa quidem vestis purpurea magnitudine quindecim ulnarum; quae ex utraque parte animalia habebat intertexta, superius Susa, inferius Persas; in medio Iupiter, Iuno, Themis, Pallas, Apollo, Venus; ac in utraque extremitate Antisthenes aderat, Sybarisque utrimque.

Αλκισθένει] Pro Αλκισθένει scriptum erat Αλκιμένει. Illam lectionem si retineas, nimirum et infra, pro Αντισθένης itidem Αλκισθένης legendum fuerit. STEPH. Codex Vindobon. Αλκιμένει. I. B.

τῆς Ηρας] Abest in illo Codice.

Αλκισθένης] Ising. et Stephan. hoc loco habent Αντισθένης, et initio historiae Αλκισθένει; itidemque interpres. Leoniceni et Camotii editio utrobique Alcisthenem vocat. Henr. Stephanus etiam tertiam lectionem adnotat, Αλκιμένει. SYLB. Cod. Vind. Αντισθένης ἦν, ἔνθεν ἑκατέρου δὲ Σύβαρις. I. B.

confectam esse, ut cum] *ut in Laciniae Iunonis panegyri, ad quam tota confluere solet Italia, spectanda proposita, omnium oculos a reliquis in se converteret. Qua potitum Dionysium seniorem, eam Carthaginiensibus centum viginti talentis vendidisse traditur.* NIC.

elucebant] *erant.*

Sybaris urbs Graeciae magnae, accurata atque ambitiosa luxuria notabilis. Vestes Sybaritarum sumtuosas notavit inter alios Maximus Tyrius in libro: *quis sit philosophiae finis.* Plutarchus in VII *sapientum convivio* p. 147: *Sybaritae feruntur toto ante anno mulieres invitare soliti, ut eis liceret per otium vestibus auroque ornatis ad coenam venire.* Lacinium, promontorium et urbs Calabriae, ubi templum urbe nobilius Laciniae Iunonis erat, sanctum omnibus circa populis, et inclitum etiam divitiis, quas recensent Livius lib. 24 cap. 3 et Strabo lib. 6. Conf. Servius ad Virg. *Aen.* 3, 552; Dionysius *de situ orbis* 372 et ibi scholiastes. Banier Götterlehre 3 p. 160. Historiam de panno isto mirabili Alcisthenis, nostri auctoris verbis retulit etiam Athenaeus *deipn.* lib. 12 cap. 11. p. 541, qui addidit haec: *ἱστορεῖ δὲ καὶ Πολέμων περὶ αὐτοῦ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πέπλων. Mentionem eius fecit Polemon in libro, qui inscribitur: De Carthaginis peplis.* Sed num vestimenti, an Alcisthenis mentionem iniecerit Polemon, non liquet. Ceterum vestimenta figuris animalium intertextis decorata commemorantur iam ab Homero; exempli gratia indico vestitum Ulyssis ad Troiam abeuntis *Odyss.* lib. 19. Conf. Vales. ad Ammian. Marcell. p. 26. a, Salmasius ad *Histor. Aug.* vol. 2 p. 300 Reiskius ad *Ceremoniale aulae Byzantinae* p. 70. a.

CAP. C.

Περὶ τὴν ἄκραν τὴν Ἰαπυγίαν φασὶν ἔκ τινος τόπου, ἐν ᾧ συνέβη γενέσθαι (ὡς μυθολογοῦσιν) Ἡρακλεῖ πρὸς γίγαντας μάχην, ῥεῖν ἰχῶρα πολὺν, καὶ τοιοῦτον ὥστε διὰ τὸ βάρος τῆς ὀσμῆς ἄπλουν εἶναι τὴν κατὰ τὸν τόπον θάλασσαν. λέγουσι δὲ, πολλαχοῦ

Circa Iapygiam promontorium, ubi inter Herculem Gigantesque depugnatum fabulae testantur, fontem esse tradunt, qui cruore defluens ea parte mare innavigabile reddat foetoris gravitate. Ferunt et passim etiamnum in Italia Herculis monumenta exsta-

τῆς Ιταλίας Ηρακλέους εἶναι πολλὰ μνημόσυνα, ἐν ταῖς ὁδοῖς ἃς ἐκεῖνος ἐπορεύθη.

exstare, iuxta vias, quas ille transivit.

Natalis de Comitibvs.

Ad Iapygiae promontorium in loco quodam pugnam accidisse fabulantur et ab Hercule contra gigantes fuisse commissam, atque tantam inde saniem talemque effluxisse, ut ob molestiam eius odoris mare ibi non sit navibus pervium. Dicunt praeterea multis in locis Italiae multa Herculis monumenta in viis reperiri, per quas ille profectus est.

τὴν ἄκραν] Nota hic et paulo post cap. 102 ἄκραν Ιαπυγίαν; at infra cap. 121 ἄκρα τῆς Σικελίας; quae variatio est etiam apud Dionysium Halicar. prius loquendi genus 9, 41 et 10, 21; posterius 41, 26. Sylb.

promontorium, ubi] *ex loco quodam, — — — ichor fluere tanta copia dicitur, ut ea parte mare innavigabile sit — —* Nic.

Iapygium promontorium in Calabria, idem quod Sallentinum, hodie accolis vulgo dictum *Capo di S. Maria di Leuca*, ab oppido, quod adiacet. Ακραν Ιαπυγίαν vocarunt Thucydides lib. 6. Ptolemaeus lib. 3 cap. 1, atque inter Latinos Plinius lib. 3 cap. 10 p. 166 et Solinus *Acran Iapygiam* scripserunt. Conf. Cluveri *Italia* p. 1239. Fontis foetentis aquae meminit etiam Strabo lib. 6 p. 430, ubi de Leuca loquitur, affertque foetoris eandem caussam. Noster quidem ἰχῶρα dixit, Straboni autem πηγὴ ὀυσώδους ὕδατος scribitur. Hac de pugna Herculis cum Gigantibus et de loco, ubi ea accidisse fertur, multa collegit Natalis Comes in *mythologia* lib. 6 cap. 21 p. 641. Liceat suspicari, aquam ochra martiali tinctam et sulphure seu sulphuris hepate commixtam fabulae praebuisse originem. Sunt vero etiam lacus, quorum aqua subinde rubescit materia quadam vegetabili subtili. Exemplo est lacus Strausee, prope urbem Brandenburgicam, quae Strausberg dicitur, de quo disputavit Achard in Chemisch-physischen Schriften et in Historischen Beyträgen die Preussischen Staaten betreffend. Vol. 2 P. 2 p. 365. Aliud exemplum habes in Chemischen Annalen 1784 p. 513, et in *Miscellaneis Bero-*

Berolinenſibus. Contin. 2. p. 49–64. Fabulam ei ſimilem, quam noſter tradidit, attigit etiam Pauſanias IV cap. 35 p. 370: ξανθὸν δὲ ὕδωρ, οὐδέν τι ἀποδέον τὴν χρόαν ἅιματος, Εβραίων ἡ γῆ παρέχεται πρὸς Ιόππῃ πόλει. Quo in fonte Perſeum interempto ceto, cui Cephei filia fuerat expoſita, cruorem abluiſſe, fabulabantur indigenae.

CAP. CI.

Περὶ Πανδοσίαν τῆς Ιαπυγίας ἴχνη τοῦ θεοῦ δείκνυται, ἐφ' ἃ οὐδενὶ ἐπιβατέον.

Et circa Iapygiae Pandoſiam veſtigia eius apparere, quae nequeas pedibus calcare.

NATALIS DE COMITIBVS.

Iuxta Pandoſiam Iapygiae dei oſtenduntur veſtigia, ad quae nemini fas eſt accedere.

Περὶ Πανδοσίαν] Περὶ δὲ Πανδοσίαν Cod. Vindob.

apparere] *monſtrantur, quae nefas eſt* — NIC.

Pandoſia Bruttiorum oppidum ad Acherontem fluvium. In mythologia etiam Chriſtiana celebrantur veſtigia ſanctorum et virorum et animalium, lapidibus vel terrae impreſſa, quae usque ad noſtram memoriam durare ſibi perſuadet et ſtupet vana ſuperſtitio, quae hominum imbecillitatem occupavit. Exemplum habemus iam in Sulpicii Severi *hiſtoria ſacra* lib. 2 cap. 49 p. 372. *Illud mirum*, inquit, *quod locus ille, in quo poſtremum inſtiterant divina veſtigia, cum in coelum Dominus nube ſublatus eſt, continuari pavimento, cum reliqua ſtratorum parte, non potuit. Siquidem quaecunque applicabantur, inſolens humana ſuſcipere terra reſpueret, excuſſis in ora apponentium ſaepe marmoribus. Quin etiam calcati Deo pulveris adeo perenne documentum eſt, ut veſtigia impreſſa cernantur. Et cum quotidie confluentium fides certatim Domino calcata diripiat, damnum tamen arena non ſentiat; et eadem adhuc ſui ſpeciem, velut impreſſis ſignata veſtigiis, terra cuſtodit.* Conf. *Relation d'un voyage fait au Levant par* M. de Thevenot. Paris 1665. 4 p. 369, 229, 319, 320, 324 et paſſim. In primis huc pertinent, quae leguntur in *Memoires pour ſervir à l'hiſt. eccleſ. par* Tillemont I p. 54. In Ciceronis libro tertio *de natura deorum*, deridet Cotta veſtigium ungulae Caſtoris equi, quod in ſilice apud Regillum apparere, credebat vulgus.

CAP.

CAP. CII.

Ἐστι καὶ περὶ ἄκραν Ἰαπυγίαν λίθος ἁμαξιαῖος, ὃν ὑπ' ἐκείνου ἀρθέντα μετατεθῆναί φασιν, ἀφ' ἑνὸς δὲ δακτύλου κινεῖσθαι συμβέβηκεν.

Sed et in eadem insula lapis invenitur plaustrali magnitudine, quem Hercules sublatum transtulisse fertur, digito uno mobilis.

NATALIS DE COMITIBVS.

Praeterea circa summum Iapygiae promontorium ad plaustri onus lapis accedens conspicitur, quem ab eo sublatum et translatum esse affirmant, quem uno digito moveri contigit.

κινεῖσθαι συμβέβηκε] Interpres ad praesens tempus extendit: *digito uno mobilis.* Sed videtur potius ad Herculis aetatem restringenda historia, ut significet, lapidem istum, cum ab Hercule tolleretur, et transferretur, uno digito fuisse motum, licet plaustralem. SYLB.

Sed et in eadem] *Et circa-idem promontorium lapis extat.*

digito uno mobilis] *digito autem uno motus est.* NIC.

Interpres lapidem, licet plaustralem, digito uno mobilem adhuc esse vult. Sylburgius autem lapidem digito motum esse ab Hercule putat. Cui sententiae etsi refragari nolo, tamen lectoribus indicabo exemplum rupis, quae, etiamsi eius pondus 60000 libras excedere aestimatur, nihilo secius vi humana, neque ea vehementi, vere movetur, rupem dico, quae stat in vicinia Castri Albiensium (Chartres in Occitania Galliae), de qua multa diligenter disputavit Marcorelle in *Melanges d' histoire naturelle*, quae Germanice reddita leguntur im Naturforscher vol. 4 pag. 259. Etiam in Galliae Britannia inferiori prope *Huelgouet* rupes mobilis est, cuius pondus 219, 912 ℔ aestimatur, de qua conf. Monnet in *Journal de physique par* Rozier 1784. Atque huc referenda est etiam rupes *the logging-stone* dicta in promontorio Cornvalliae seu Cornubiae. Conf. Ferbers Oryktographie von Derbyshire p. 34 et Schaller Topographie des Königreichs Böhmen vol 2 p. 152, ubi plura exempla. Quae cum ita sint, qui Aristotelis narrationem probatum ibit, poterit contendere, rupem

pem eadem ratione mobilem dediſſe originem huic fabulae. Eius modi exemplum iam Plinius lib. 2 cap. 96 p. 116 annotavit: *Iuxta Harpaſa oppidum Aſiae cautes ſtat horrenda, uno digito mobilis; eadem ſi toto corpore impellatur reſiſtens.*

CAP. CIII.

Εν τῇ τῶν Ορχομενίων πόλει τῇ ἐν Βοιωτίᾳ, φανῆναί φασιν ἀλώπεκα, ἣν κυνὸς διώκοντος εἰσδῦναι εἴς τινα ὑπόνομον, καὶ τὸν κύνα συνεισδῦναι αὐτῇ, καὶ ὑλακτοῦντα ἦχον μέγαν ποιεῖν, ὡσανεὶ εὐρυχωρίας τινὸς ὑπαρχούσης αὐτοῖς· τοὺς δὲ κυνηγέτας ἔννοιαν λαβόντας δαιμονίαν, ἀναῤῥήξαντας τὴν εἴσδυσιν, συνῶσαι καὶ αὐτούς. ἰδόντας δὲ διά τινων ὀπῶν εἰσερχόμενον ἔσω φῶς, εὐσυνόπτως τὰ λοιπὰ θεάσασθαι· καὶ ἐλθόντας ἀπαγγεῖλαι τοῖς ἄρχουσιν.

In Orchomenia Boeotiae urbe vulpeculam viſam tradunt, quae cum canem perſequentem fugiens ad ſubterraneum meatum decurriſſet, ſimul ingreſſus ille latransque ſonitum edidit, perinde ut in patenti campo reſonantem. Vnde venatores numinis aliquid reſidere iſthic arbitrati, aditu erupto ingreſſi ſunt ipſi quoque; illuceſcenteque per hiatus, ceu feneſtras, lumine, oculis etiam reliqua ſubiecta ſunt, quae regreſſi magiſtratibus expoſuerunt.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Boeotia Orchomeniorum civitate vulpem apparuiſſe aſſerunt, quam cum canis inſectaretur in cuniculum ingreſſam fuiſſe autumant canemque una cum illa, eumque latrantem permagnum ſonitum feciſſe, quaſi locus ibi eſſet ſpatioſus et amplus. Cum hac de cauſſa venatores opinionem cepiſſent divini alicuius loci, aditumque fregiſſent, et ipſi ſunt ingreſſi. Cum vero per quaedam foramina lumen exiens conſpexiſſent, reliquaque aperte vidiſſent exeuntes, principibus explicarunt.

ἐν

ἐν Βοιωτίᾳ] ἐν Βοιωτοῖς. Cod. Vindob.

ὑπαρχούσης αὐτοῖς] forsan rectius adverb. αὐτοῦ, *ibi.* SYLB.

ἔννοιαν λαβόντας] ἔννοιάν τινα Cod. Vindob. Sic Aelianus *var. histor.* 2 cap. 31: οὐδεὶς ἔννοιαν ἔλαβε τοιαύτην, *nemo talem cogitationem in animum induxit.* I. B.

διά τινων ὀπῶν] ὀπὴ foramen, per quod videmus. Conf. Kühne ad Polluc. I. p. 179. I. B.

ἔσω φῶς] τὸ φῶς. Cod. Vindob.

In Orchomenia] *In Boeotia, in Orchomeniorum urbe hoc accidisse narratur: vulpecula canem persequentem fugiens specum subterraneum subiit, in quem ille simul irruens latrando magnum edidit sonitum, perinde* — — NIC.

numinis aliquid] *numen aliquod.*

erupto] *patefacto.* illucescenteque] *immissoque.*

Orchomenus, civitas Boeotiae, cuius incolae οἱ Ορχομένιοι nomen acceperunt ab Orchomeno, Minyae filio, auctore Pausan. lib. 9 cap. 36. In regione montosa reperiri antrum, non est mirum. Neque a veterum sententiis abhorret venatorum ἔννοια δαιμόνια. Veteres enim omne eximium diis dicabant, quibus et antra consecrabant, ante templa condita, quod confirmat inter alios Porphyrius, ubi de antro Nympharum loquitur. De antro Trophonii hic non cogitandum est, quod ὀυκ αὐτόματον, ἀλλὰ σὺν τέχνῃ ᾠκοδομημένον dixit Pausanias lib. 9 cap. 39.

CAP. CIV.

Εν τῇ Σαρδοῖ τῇ νήσῳ κατασκευάσματά φασιν εἶναι, ἐις τὸν Ελληνικὸν τρόπον διακείμενα τῶν ἀρχαίων, ἄλλα τε πολλὰ καὶ καλὰ καὶ θόλους περισσοῖς τοῖς ῥυθμοῖς κατεξεσμένους. τούτους δ' ὑπὸ Ιολάου τοῦ Ιφικλέους κα-

In Sardinia insula structuras ferunt esse antiquorum, vetusto Graecorum more compositas, et cum alia plura eximia, tum tholos rhythmis innumeris exornatos. Existimantur ab Iolao Iphiclis filio omnes extructae, qui Thespiadis Her-

τασκευασθῆναι, ὅτε τοὺς Θεσπιάδας τοὺς ἐξ Ἡρακλέους παραλαβὼν, ἔπλευσεν ἐις ἐκείνους τοὺς τόπους ἐποικήσων, ὡς κατὰ συγγένειαν αὐτῷ τὴν Ἡρακλέους προσήκοντας, διὰ τὸ πάσης τῆς πρὸς ἑσπέραν κύριον Ἡρακλέα γενέσθαι. αὕτη δὲ ἡ νῆσος, ὡς ἔοικεν, ἐκαλεῖτο μὲν πρότερον Ἰχνοῦσα, διὰ τὸ ἐσχηματίσθαι τῇ περιμέτρῳ ὁμοιότατα ἀνθρώπου ἴχνει.

Herculis nepotibus assumptis ad ea loca traiecit occupaturus, quippe qui ob cognationem Herculis, cui tum totus parebat Occidens, ea iure aliquo ad se pertinere arbitrabatur. Ichnusa primum appellata est, a vestigii, ut videtur, humani similitudine.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Sardo insula aedificia esse aiunt ad Graecorum antiquorum consuetudinem extructa, et alia complura perpulcra, testudines quia magnificis ordinibus expolitas, quae dicuntur ab Iolao Iphiclis filio fuisse aedificatae, qui Thespiadas capiens ab Hercule, in ea loca, ut qui affinitate cum Hercule esset coniunctus, habitaturus traiecit; quippe cum Hercules universae regioni quae ad occidentem vergit, imperaverit, ipsa autem insula, sicuti memoriae proditum est, Ichnusa prius appellabatur, cum humano pedi persimilem haberet formam.

ῥυθμοῖς] Obtulit non nemo ῥυσμοίς. I. B.

κατεξεσμένους] κατεξεσμένους Cod. Vindob.

ὅτε τοὺς Θεσπιάδας] Leon. et Cam. pro ὅτε habent ὅσις, *qui*, itidemque interpres. SYLB.

Ἰχνοῦσα] Aliorum hac de re testimonia apud Bochartum *Can.* I, 31 p. 630 et Stephani editores, adsunt. Eandem ob caussam etiam Σανδαλιῶτις vel Σανδαλιόπη dicta fuit. NIC.

ὁμοιό-

ὁμοιότατα] Leon. et Cam. ὁμοιότητι ἀνθρώπων. Noſtram lectionem expreſſit etiam interpres: *a veſtigii humani ſimilitudine*, et confirmant tum alii, tum Pauſanias *Phocic.* ubi prolixe hanc hiſtoriam tractat. Pro Ἰχνοῦσα vero malim ego quidem Ἰχνοῦσσα, velut contractum ex ἰχνόεσσα. SYLB.

ἀνθρώπου ἴχνει] Cod. Vindob. ἀνθρώπῳ, et deeſt ibi ἴχνει. I. B.

antiquorum] deleatur.

traiecit] *traiecit illa occupaturus.*

cui tum totus] *cui totus paruit.* NIC. *Cui* deeſt in edit. Wechel. et Caſaubaniana, ſed adeſt in edit. anni 1578. I. B.

Ichnuſa] *Haec vero inſula Ichnuſa.* NIC.

Hanc Sardiniae hiſtoriam vetuſtiſſimam qui diligentius perſequi vult, eum oportet adire Cluveri *Sardiniam antiquam*, quae adiecta eſt iſtius *Italiae antiquae*, atque inſerta volumini XV *Theſauri antiq. Siciliae.* I. F. Farae *de rebus Sardois hiſtoriam*, eidem *Theſauri* volumini inſertam, ubi etiam habentur Salvatoris Vitalis *annales Sardiniae*, qui primum prodierunt Florentiae 1639. fol. Franciſci de Vico hiſtoriam eiusdem inſulae, quae inſcribitur: *Hiſtoria general de la isla, y reyno de Sardena. En Barcelona* 1639. fol. *Iſtoria del regno di Sardegna ſcritta dal* D. Giovacchino Cambiagi. In Firenze 1775. 4. *La ſtoria della Sardegna ſcritta dal* Mich. Ant. Gazano Cagliari. 1777. 4. *Riſiorimento della Sardegna propoſto nel miglioramento di ſua agricoltura, libri tre di* Franceſco Gemelli. In Torino 1776. 2 vol. 4. — Thespis Erechtei filius quinquaginta puellarum pater erat, quas omnes ſubmiſit Hercules. Hinc nati quinquaginta filii dicuntur Theſpiadae, quos Iolao duce in Sardiniam miſit pater. Erat vero Iolaus filius Iphiclis ſeu Iphicli, uno partu cum Hercule nati. Reliqua exponam Diodori verbis latine redditis e libro quarto. *Caeteris omnibus et quicunque praeter eos coloniae participes eſſe vellent aſſumtis, Iolaus in Sardiniam velificavit, indigenisque pugna devictis pulcerrimum inſulae tractum et maxime campeſtrem (qui etiam nunc Iolaei nomen tenet) ſorte diviſit. Ab hoc itaque tellus ita exculta et fructiferis arboribus conſita fuit, ut certatim deinceps inſula appeteretur. Nam ubertate frugum usque adeo celebris evaſit, ut Carthaginienſes opibus poſtmodum aucti multa potiundae eius deſiderio certamina ſuſceperint. Poſt conſtitutam inde coloniam, Iolaus arceſſito ex Sicilia Daedalo, multis magnificae ſubſtructionis operibus animum intendit, quae hodieque aetatem ferunt, et de architecti nomine Daedalea vocitantur. Gymnaſia enim magna ſumtibus non modicis extruxit et tribunalia, cum multis aliis, quae ad felicitatem vitae conducerent, inſtituit.* Hactenus Diodorus.

De Ichnuſae nominis origine complures eadem tradiderunt. Pauſanias

in *Phocicis*: Ἑλλήνων δὲ οἱ κατ' ἐμπορίαν ἐσπλέοντες Ἰχνοῦσαν ἐκάλεσαν, ὅτι τὸ σχῆμα τῇ νήσῳ κατ' ἴχνος μάλισά ἐσιν ἀνθρώπου. *Qui illuc a Graecis commercii cauſſa navigarunt, Ichnuſam, quod formam habeat inſula humani veſtigii, adpellarunt.* Stephanus Byzant. ἐκαλεῖτο δὲ Ἰχνοῦσα, διότι ἐοικυῖα ἦν ἀνθρώπου ἴχνει. Plin. lib. 3 cap. 7: *Sardiniam Timaeus Sandaliotin adpellavit, ab effigie ſoleae, Myrſilus Ichnuſam, a ſimilitudine veſtigii.* Silius lib. 12:

Inſula fluctiſono circumvallata profundo
Caſtigatur aquis, compreſſaque gurgite, terras
Enormes cohibet nudae ſub imagine plantae.
Inde Ichnuſa prius Graiis memorata colonis.

Claudianus *de bello Gildonico* in fine:

Humanae ſpeciem plantae ſinuoſa figurat
Inſula; Sardiniam veteres dixere coloni.

Eadem quoque Solinus, Martianus Capella lib. 6. Iſidorus *orig.* lib. 14 cap. 6.

De tholo quaedam edocuit Philander ad Vitruvium, quae cum mihi non ſatisfaciebant, rogavi A. L. F. Meiſter, collegam eruditiſſimum, qui veterum architecturae multum iam lumen attulit, ut iudicium de hoc Ariſtotelis loco mecum communicare vellet. Neque abnuit vir humaniſſimus, quapropter quae ab eo accepi, grata mente huc referam. "De tholis et rhythmis pauca teneo, quae „quidem ad Ariſtotelis locum, a te „excitatum, facere poſſint. Nos qui„dem tholi nomine inſignimus illas „cameras ſeu teſtudines hemiſphaeri„cas, ſive circulares ſeu ellipticas, „quin et angulatas, quae Italis cupo„lae, noſtratibus *Kugelgewoelbe*, *Helm„gewoelbe* dicuntur. Videtur autem „vox graeca ad alias quoque camera„rum formas, ut, coni inſtar faſti„giatas, pertinuiſſe. Et ſunt qui „ſtatuant, illam ab initio de ſolo ſum„mo cuneo, totum fornicem quaſi „committente, continente et vincien„te, valuiſſe, mox de ipſa teſtudine, „poſtremo de integro aedificio teſtu„dine tecto. Rara fuiſſe, per Grae„ciam, aedificia rotunda tholis inſtra„ta, colligitur ex Pauſaniae deſcrip„tione, in qua plura hujus formae „non occurrunt, quam ſex: quo ſo„lo nomine jam memoratu dignum „fuit, dari etiam tholos in ipſa Sar„dinia. Accedit, quod *rhythmis in„numeris exornati* dicuntur, hoc eſt, „ut ego intelligo, juxta egregias pro„portiones elaborati, omnibus nume„ris abſoluti, eximie perpoliti. Vi„detur enim Ariſtoteles altera ſua vo„ce reſpexiſſe ad Eurythmiam, concin„nitatem quam numeri afferunt: al„tera ad Acribeiam, decus quod ar„tificum diligens cura in elaborando „conciliat: utramque Architectis ſo„lennem. Quarum laudem ut auge„ret, junxit etiam tertiam vocem, „qua teſtatur, utrique rei abunde ſa„tisfactum eſſe in iſtis Sardiniae tho„lis. Quos ſane hic loci non pro „ſimplici teſtudine accipio: ſed pro „toto aedificio teſtudinato, et Grae„corum more, hoc eſt, juxta colum„narum ordinem, diſpoſito." Haec ill. Meiſter, qui idem poſthac aliam obtulit coniecturam ſane probabilem. Putat enim ſermonem hic eſſe de inſcriptionibus rhythmicis, quae in templorum tholis ſuſpendi ſolebant.

Qui

Qui a morbo liberati erant, ex auro vel argento membrum ſanitati reſtitutum, vel etiam medicinam, quae ſaluti fuerat, tabellae inſcriptam, diis dedicare publiceque exponere ſolebant, et erat tholus iſte templi locus, e quo ἀναθήματα iſta ſuſpendebantur, id quod probatur auctoritate Arnobii *adverſus gent.* lib. 6. p. 193: *Quid, quod multa ex his templa, quae tholis ſunt aureis, et ſublimibus elata faſtigiis, auctorum conſcriptionibus comprobatur contegere cineres atque oſſa, et functorum eſſe corporum ſepulturas.* Pauſan. II cap. 27 p. 173. Sed multo magis idem comprobatur his Lactantii Placidi verbis ad Pap. Statii *Thebaid.* lib. 2, 734: *Tholus eſt in media templi camera locus, in quo voventium primitiae aut exuviae figebantur.* Quin etiam omnia templorum loca, quibus aliquid figi poſſit, *tholos* dici, notat gloſſographus antiquus, uti prodit Barthius ad Papinianum illud *Thebaid.* 2, 733 pag. 652.

— — — *figamque ſuperbis*
Arma tholis. — —

CAP. CV.

Εὐδαίμων δὲ καὶ πάμφορος ἔμπροσθεν λέγεται εἶναι. τὸν γὰρ Αριστᾶιον, ὃν φασι γεωργικώτατον εἶναι ἐπὶ τῶν ἀρχαίων, τοῦτον αὐτῶν ἄρξασθαι μυθολογοῦσιν, ὑπὸ μεγάλων ὀρνέων ἔμπροσθεν καὶ πολλῶν κατεχομένων. νῦν μὲν οὖν οὐκέτι φέρει τοιοῦτον οὐδέν, διὰ τὸ κυριευθεῖσαν ὑπὸ Καρχηδονίων, ἐκκοπῆναι πάντας τοὺς χρησίμους εἰς προσφορὰν καρποὺς, καὶ θάνατον τὴν ζημίαν τοῖς ἐγχωρίοις τετάχθαι, ἐάν τις τῶν τοιούτων τι ἀναφυτεύῃ.

Felicem olim rebus omnibus, et fertilem maxime fuiſſe perhibent. Ariſtaeum enim, quem agri colendi peritiſſimum fuiſſe ſcriptores rerum teſtantur, praefuiſſe primum tradunt, antea a multis magnisque avibus occupatae. Verum hodie non eſt ea fertilitate amplius; quod Carthaginienſes rerum potiti, omnes fructus alimento idoneos extirparunt, capitisque poena caverunt, ne quis incola rurſum ſerere fruges tentaret.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama eſt illam felicem et rerum omnium feraciſſimam antea extitiſſe. Nam et Ariſtaeus, qui maxime omnium antiquorum agriculturae ſtudio detinebatur, his ipſis locis imperaſſe dicitur, cum antea a magnis et compluribus avibus occuparentur. Nunc autem nihil producit huius modi cum ea Carthaginenſes potiantur, qui colonis iuſſerunt univerſos fructus eſui aptos excindere, capitaleque ſupplicium propoſuerint, ſi quis rurſus horum quidpiam plantaverit.

Αριϛαῖον] Parum conſtat fides. Alii Sardum inſulae conditorem perhibent, cui ſucceſſerit Ariſtaeus. Solinus poſt Sardum et Noracem regnaſſe demum Ariſtaeum auctor eſt c. 4. Conf. ad hunc Salmaſ. p. 70 et Bochart. *Can.* I, 31 p. 632. Idem Salmaſius locum ſic conſtituit: Τὸν Αριϛαῖον ὃν Φασι γεωργικώτατον εἶναι, ἐπὶ τῶν ἀρχαίων τόπων τούτων ἄρξασθαι μυθολογοῦσιν κ. τ. λ. NIC.

ἄρξασθαι] ἄρξαι cod. Vindobon.

κυριευθεῖσαν] idem κυριασθεῖσαν.

ἐις προσΦοράν] ſic Stephanus, ſed Sylburgius προΦοράν.

Felicem olim] *Felicem autem et rebus omnibus fertilem olim fuiſſe perhibent.* NIC.

De Ariſtaeo pertinent huc verba Diodori Siculi lib. 4 p. 281: *Ariſtaeus claſſe a matre Nympha inſtructus, in Sardiniam transmiſit, eamque pulcritudine inſulae captus inhabitandam ſibi delegit, et plantis excolens, antea barbaram et agreſtem ad manſuetiorem cultus rationem traduxit.* Huic multae artes variaque inventa tribuuntur. Praeter artem medendi et vaticinandi primum monſtraſſe dicitur lactis coagulationem, alvearium ſtructuram et olivarum cultum. Diodor. Sic. l. c. ταῦτον τήν τε τοῦ γάλακτος πῆξιν καὶ τὴν κατασκευὴν τῶν σμηνῶν, ἔτι δὲ τῶν ἐλαιῶν τὴν κατεργασίαν, διδάξαι πρῶτον τοὺς ἀνθρώπους. *Illum coagulationem lactis et alvearium ſtructuram olivarumque cultum primum cum hominibus communicaſſe.* Oppianus cyneg. lib. 4, 267: *Infinita autem agreſtem vitam docuit virorum. Primus rem pecuariam informavit; primus ille fructus agreſtis et pinguis expreſſit olivae; et coagulo primus lac compegit, et ad alvearia de quercu exemtas dulces incluſit apes.* Scholiaſtes Ariſtophanis ad *Equites* v. 890.

v. 890. Apollonius lib. 4, 1132. Heraclides in *politia Coorum*. Plin. lib. 7 cap. 56 et lib. 14 cap. 4. Iuſtinus 13, 7. Cicero *de nat. Deor.* 3, 18. Ovid. *faſtor.* 1, 363. In primis vero copioſe expoſuit inventa Nonnus *Dionyſiac.* 5, 229; ſunt ea venatio, mellificium, oleae cultura, paſcendi cura, eteſiarum notatio. Scholiaſtes Theocriti ad *Idyll.* 5, 53 auctor eſt, etiam Ariſtotelem laudaſſe Ariſtaeum oleae inventorem, quae verba deſiderantur in libris philoſophi. Sed qui univerſae Ariſtaei hiſtoriae aliquam aviditatem habet, ei commendamus diſſertationem, quam habuit Gottingae, praeſide Heynio 1774 Thiele *de Ariſtaeo*. Hunc Ariſtoteles primum omnium in Sardinia regnaſſe tradit, cum eo tempore illum eo veniſſe perhibet, quo aves magnae inſulam tenebant, quae loca inculta petere ſolent; ſed Solinus eundem poſt Noracem Sardumque ibi regnaſſe vult. Salluſtius apud Servium, *Ariſtaeus*, inquit, *Cea inſula relicta cum Daedalo in Sardiniam tranſitum fecit.*

Quae de Carthaginienſium lege enarrat noſter, de iis dubitare licet; ſaltem lex non diu duraſſe videtur. Dederunt enim Carthaginienſes inſulae colonias, quas Pauſanias enumeravit, quibus certe plantas vtiles deeſſe noluerunt. Multo minus audiendi ſunt auctores recentiores, qui verbis Ariſtotelis male intellectis putarunt et dictitarunt, Sardiniam electis incolis omnibus devaſtatam eſſe a Carthaginienſibus. Sic qui errarunt, eos redarguit iam Salvator Vitalis p. 97, quem ſupra p. 209 laudavimus. Neque non erravit Montesquieu, qui *Eſprit des Loix* lib. 18 art. 2 vol. 2 p. 164: *La Sardaigne n'etoit point rétablie du temps d'Ariſtote; elle ne l'eſt point encore aujourd'hui.* Hoc quidem falſum eſſe, conſtat inter omnes, neque eo quidem tempore inſulam, quo venit in poteſtatem Romanorum, hominum rerumque egenam fuiſſe, ſatis documento ſunt verba Polybii lib. 1 in fine: *Hoc modo a Carthaginienſibus defecit inſula et magnitudine et multitudine hominum et omni fructuum genere excellens.* Attamen noſtra adhuc memoria arbores frugiferas in inſula eſſe rariores, non inficiatur Cetti *gli uccelli di Sardegna*, interpretat. German. vol. 2 p. 181.

CAP. CVI.

Ἐν μιᾷ τῶν ἑπτὰ νήσων τῶν Αἰόλου καλουμένων, ἣ καλεῖται Λιπάρα, τάφον εἶναι μυθολογοῦσι, περὶ οὗ καὶ ἄλλα (μὲν) πολλὰ καὶ τερατώδη λέγουσι· τοῦτο

In Lipara inſula Aeolica ſepulcrum aiunt eſſe, circa quod cum etiam alia prodigioſa eveniant, tum id, quod ea loca ſecure tutoque nemini accedere li-

δὲ ὅτι οὐκ ἀσφαλὲς ἐστι προσελθεῖν πρὸς ἐκεῖνον τὸν τόπον τῆς νυκτὸς, συμφωνοῦσιν. ἐξακούεσθαι γὰρ τυμπάνων καὶ κυμβάλων ἦχον, γέλωτά τε μετὰ θορύβου καὶ κροτάλων ἐναργῶς.

ceat, uno ore perhibent. Sonitum enim tympanorum cymbalorumque et risum cum strepitu plausuque manuum, audiri manifesto.

NATALIS DE COMITIBVS.

In una septem insularum vocatarum Aeoliarum, quae Lipara nuncupatur, sepulcrum esse fabulantur, de quo permulta alia dicuntur monstruosa, tum illud praesertim, quod noctu in illum locum accedere non est tutum, quodque tympanorum cymbalorumque sonus exauditur, ac risus aperte cum strepitu et crepitaculis.

ἄλλα μὲν] Inclusa μὲν abest a Leon. et Camot. edit. SYLB.

ἐξακούεσθαι] Alias spelunças huic similes in Britannia et Persia Clemens Alex. *Strom.* lib. 6 p. 756 (p. 288) commonstrat; ubi non cymbala modo, sed confusos exercituum clamores, et voces paeana canentium, audias. Quae ille omnia ventis, verissime, opinor, tribuit. Conf. Bochart. *Can.* I. 27 p. 572. NIC.

In Lipara] *In una septem Aeoli insularum, quam Liparam vocant.*

cum etiam alia] *alia multa.*

nemini accedere liceat] *noctu non adire liceat.*

plausuque manuum] *crepitaculisque.* NIC.

De Lipara vide annotata ad cap. 32 et 37. In Insula, quae montes ignivomos omnis generis habuit, facile potuit esse, quod huic fabulae occasionem exhibuerit. Nec desunt inter recentiores, qui similia commemorarunt; ex. gr. Olaffens und Povelsens Reise durch Island. Kopenhagen und Leipzig. 1775. 4. vol. 2 p. 11: Man sagte uns viele wunderbare Dinge von Hverevalle und besonders, daß man in der Ferne ein starkes Brüllen höre. Wir besuchten die Stelle selbst, und sahen in Entfernung

nung einer Meile einen ſtarken Rauch. Da wir auf eine Viertelmeile nahe gekommen waren, ſahen wir den Rauch an drey verſchiedenen Orten aufſteigen, und hörten ein ſehr entferntes Geräuſch, gleich dem Brüllen eines Löwens, welches mit einem durchdringenden Ziſchen begleitet war. Unſere Pferde ſpitzten die Ohren und wolten nicht hinan, ſo daß wir abſteigen und zu Fuſſe hinan gehn mußten. Was uns zuerſt in die Augen fiel, war ein weiſſer runder Hügel, aus welchem der Rauch durch drey enge Löcher mit einer ſolchen Kraft hervordrang, daß das erwehnte Ziſchen daher rührte. Aliud exemplum habes in Shaws Reiſen pag. 135. Spectant huc quoque, de mugitibus fragoribusque ſubterraneis quae e veterum libris collegit Ittigius *de montium incendiis* pag. 288. Interpres omiſit *τῆς νυκτὸς*, ſed latina editio Wecheliana addidit *noctu*.

CAP. CVII.

Λέγουσι δέ τι τερατωδέστερον γεγονέναι περὶ τὸ σπήλαιον. πρὸ ἡμέρας γὰρ ἐγκοιμηθῆναί τινα ἐν αὐτῷ οἰνωμένον, καὶ τοῦτον ὑπὸ τῶν οἰκετῶν ζητούμενον ἐφ' ἡμέρας τρεῖς διατελέσαι· τῇ δὲ τετάρτῃ ἐυρεθέντα ὡς νεκρὸν, ἀποκομισθῆναι ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐις τὸν ἴδιον τάφον· καὶ τῶν νομιζομένων τυχόντα πάντων, ἐξαίφνης ἀναστῆναι, καὶ διηγεῖσθαι τὰ καθ' ἑαυτὸν συμβεβηκότα. τοῦτο μὲν οὖν ἡμῖν φαίνεται μυθωδέστερον· ὅμως μέντοι ἔδει μὴ παραλιπεῖν ἀμνημόνευτον αὐτὸ, (τὴν) περὶ τῶν τόπων ἐκείνων ἀναγραφὴν ποιούμενον.

Caeterum cum primis monſtruoſe id quoque circa antrum accidit, quod antelucano quidam ebrius ſomno iſtic oppreſſus triduum totum cubavit, quaeſitusque a familiaribus, quarto demum die repertus eſt, qui mortuum rati, ad proprium monumentum extulerunt; dumque iuſta iam pro more celebrarent, ex improviſo ſurrexit, quaeque obtigiſſent, expoſuit. Quae etſi ad fabulam propius quam veri fidem accedere videantur, non potui tamen de locis his ſcribens, tacitus praeterire.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Dicunt et rem multo magis monstro similem iuxta speluncam accidisse. Quendam enim asserunt ante lucem in illa ebrium consopitum fuisse, atque hunc a familiaribus quaesitum, per triduum ita degisse; quarto autem die tanquam mortuum inventum fuisse a domesticis, omniaque ad funus spectantia consecutum ad suum sepulcrum fuisse deportatum; mox surrexisse, eaque declarasse quae sibi contigerant. Hoc nobis sane fabulosum videtur, at non tamen erat silentio praetermittendum, cum de illis locis conscribere aggressi essemus.

τῶν νομιζομένων] νομιζόμενα de iustis funeribus, seu *iustis exequiarum*, ut vocantur a Tullio, dicuntur. Exempla vide apud Vigerium *de idiotismis* ed. Zeunii p. 262. I. B.

ὅμως μέντοι] *attamen, nihilo minus.* Conf. Hoogeveen *doctrina particularum Graec.* edit. Schützii p. 553, 6. I. B.

τὴν περὶ τῶν] Inclusus articulus τὴν abest a Leon. et Cam. edit. SYLB.

cum primis — oppressus] *etiam monstruosius quid circa antrum hoc dicunt accidisse. Quippe ebrius quidam, sicut fertur, in isto antelucano oppressus somno, ibi — —*

qui mortuum] *qui eum mortuum.* NIC.

Mihi vero ista traditio a vero non valde abhorrere videtur. Adsunt enim exempla hominum, qui non solum per aliquot dies dormiverunt, verum etiam qui grandi lethargo oppressi, sed vivi, pro mortuis sepulti sunt. Quod facillime iis accidere potest, qui vapore aliquo, qualem antra eiectare solent, correpti et suffocati sunt. Huius modi exempla colligerunt, exposuerunt atque diiudicarunt inter recentiores in primis: I. I. Bruhier in *Dissertation sur l' incertitude des signes de la mort et l'abus des enterremens et embaumemens precipités*; Paris 1749, cuius interpretatio Germanica edita est Lipsiae 1754. 8. O. Borrichii *dissertationes* editae Havniae 1715. 8, ubi p. 322 est dissertatio *de animalibus hieme sopitis*. Halleri *elementa physiologiae* vol. 5 p. 620 et vol. 8, 2 p. 123. Nos quidem aliquot exempla excitamus e libris veterum. Plato *de rep.* lib. 10 p. 761, ubi de Hero seu Ero Arminio. Plutarchus *de sera numinis vindicta* p. 563, ubi historia de Thespio. Apuleius *florid.* 4 p. 362. Valerius Max.

Max. lib. 1 cap. 8, 12. Celsus *de medicina* lib. 2 cap. 6 p. 57. Plin. lib. 7 cap. 52 p. 407, 408. Iustinus Mart. 19, 50. Origenes *contra Celsum*. Augustinus *de civitate Dei* lib. 14 cap. 24. Spectavit etiam huc Heraclidis Pontici liber de femina septem diebus exanimi, seu περὶ τῆς ἄπνου, quem laudat Laertius in prooemio p. 9 et lib. 8 in vita Empedoclis p. 534. Manilius *astronom.* lib. 4 p. 82: *Ex ipsis quidam elati rediere sepulcris.* Quibus exemplis iam ab aliis collectis addo illud, quod enarrat Philostratus in *vita Apollonii* lib. 4 cap. 45, et praecipue quod memoriae mandavit Glycas p. 205. *Haec est*, inquit Plinius, *conditio mortalium; ad has et eiusmodi occasiones fortunae gignimur, uti de homine ne morti quidem debeat credi.* Sed ut verum fatear, non puto, ignota fuisse eiusmodi exempla philosopho, qui subtiliter de somno atque morte disputavit. Conf. Aristotelis libellus *de somno et vigilia* cap. 3.

CAP. CVIII.

Περὶ τὴν Κύμην τὴν περὶ Ἰταλίαν λίμνη ἐστὶν ἡ προσαγορευομένη Λορνος· αὕτη μὲν, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἔχουσά τι θαυμαστόν· περικεῖσθαι γὰρ λέγουσι περὶ αὐτὴν λόφους κύκλῳ, τὸ ὕψος οὐκ ἔλαττον τριῶν σταδίων· καὶ αὐτὴν εἶναι τῷ σχήματι κυκλοτερῆ, τὸ βάθος ἔχουσαν ἀνυπέρβλητον. ἐκεῖνο δὲ θαυμάσιον φαίνεται· ὑπερκειμένων γὰρ αὐτῇ πυκνῶν δένδρων, καί τινων ἐν αὐτῇ κατακεκλιμένων, οὐδέν ἐστιν ἰδεῖν ἐπὶ τοῦ ὕδατος φύλλον ἐξηκός, ἀλλ' οὕτως καθαρώτατόν ἐστι τὸ ὕδωρ, ὥστε τοὺς θεωμένους θαυμάζειν.

Circa Cumam Italiae, lacum esse ferunt, quem Aornon vocant, forma circulari, profunditateque immensa, tumulis undequaque septum, trium ad minus stadiorum altitudine. Cumque cetera nihil habeat magnopere admiratione dignum, mirandum tamen hoc fortasse, quod circumpositis undequaque et super incumbentibus densissimis arboribus non cernas ullum in lacu natans folium; qua puritate sui admirationem merito ciet.

NATALIS DE COMITIBVS.

Stagnum eſt iuxta Cumam Italiae Aornus appellatum, quod quidem ipſum nihil habet admiratione dignum, at colles circa ipſum altitudine non minore trium ſtadiorum adiacent, ipſumque eſt rotundum, profunditatemque habet immenſam, quod ipſum eſt admirabile. Nam cum circa ipſum ſtagnum frequentes ſint arbores, et non nullae etiam in ipſum deflectantur, nullum folium in eo videtur conſiſtere, ſed ita pura eſt aqua et limpida, ut intuentes admirentur.

τὴν περὶ Ιταλίαν] Legebatur olim τὴν ἐν τῇ Ιταλίᾳ. Sic antea huiusmodi lectionis varietas erat, περὶ Παμφυλίαν et ἐν Παμφυλίᾳ. STEPH. Etiam codex Vindobon. Κυμὴν τὴν ἐν τῇ Ιταλίᾳ. I. B.

ἄυτη μὲν] fortaſſe rectius αὐτὴ, *ipſa*. SYLB.

ὡς ἔοικεν] ὡς abeſt a cod. Vindobon.

ὀυκ ἔλαττον] ſi ἐλάττοις legas, ſtructura erit concinnior. SYLB.

Circa Cumam] *Circa Cumas Italiae lacus eſt, nihil, ut videtur, habens mirabile. Tumulis enim dicunt circumcirca ſeptum trium haud minus ſtadiorum altitudine; ipſumque forma eſſe circulari, profunditateque immenſa. Hoc vero mirandum videtur, quod arboribus illi undique imminentibus denſiſſimis, et quibusdam ſuper illum inclinatis, non ternas — — NIC.*

Hodie lacus Campaniae prope Cumas (qua de urbe vid. ſupra cap. 97) vocatur *il lago d' Averno*. Praeter Strabonem lib. 5 p. 374, quem lectores ipſi adeant velim, rotunditatem huius lacus notavit quoque Lycophron hoc verſu:

Λίμνην τ' Αορνον, ἀμφιτορνωτὴν βρόχῳ
Lacumque Avernum, laqueo circumducto.

Profunditatem probat Vibius Sequeſter in catalogo lacuum: *Avernus, Campaniae, immenſae altitudinis, cuius ima pars deprehendi non poteſt.* Silvae vicinae, praeter Strabonem, meminit quoque Virgilius *Aen.* 3, 441:

Huc ubi delatus Cumarum acceſſeris urbem,
Divinosque lacus et Averna ſonantia ſilvis.

Ad quem locum lege quae annotavit Servius. Conf. Cluveri *Italia antiq.* p. 1127. De aquae limpiditate Sotion in excerptis de fluminibus ita: Ἀούερ-

Ἀούερνός ἐστι λίμνη ἐν Ἰταλίᾳ περὶ Κούμας, εἰς ἣν τὰ ἐκ τῆς περικειμένης ὕλης ἐμπίπτοντα φύλλα ἢ κάρφη, ἀφανῆ γίνεται, βυθιζόμενα παραχρῆμα. *Avernus Italiae lacus eſt circa Cumas, in quo folia atque feſtucae ex circumiacente ſilva decidentes, ſtatim ſubmerguntur* Plin. lib. 31 cap. 2 p. 549: *Cteſias tradit Siden vocari ſtagnum in Indis, in quo nihil innatet, omnia mergantur. Caelius apud nos in Averno ait etiam folia ſubſidere; Varro, aves, quae advolaverint, emori.* Recentiori tempore qui lacum adierunt, ſpeciem eius non mutatam viderunt, ita ut fere omnia, quae veteres memoriae tradiderunt, adhuc in eum conveniant. Conf. praeter alios Keisleri *itinerarium* edit. I p. 373 et 388. Popowitſch vom Meere pag. 346. Non ita pridem Italus, nomine Teſta, *in Lettera ſopra l'antico vulcano delle paludi pontine.* Romae 1784. 8 edocuit, circa lacum Avernum multa ſupereſſe documenta, quae olim ibi ignem ſubterraneum vel Vulcanum fuiſſe commonſtrant.

CAP. CIX.

Περὶ δὲ τὴν ἀπέχουσαν Ἤπειρον αὐτῆς οὐ πολύ, θερμὸν ὕδωρ πολλαχόθεν ἐκπίπτει, καὶ ὁ τόπος ἅπας καλεῖται Πυριφλεγέθων· ὅτι δὲ οὐδὲν δίπταται ὄρνεον ἐν αὐτῇ, ψεῦδος. οἱ γὰρ παραγενόμενοι λέγουσι κύκνων πλῆθός τι ἐν αὐτῇ γίνεσθαι.

Circa Epirum autem iſthinc non ita procul diſtantem calidas aquas paſſim ſcaturire ferunt, unde locus Pyriphlegethon appellatur. Ceterum avem nullam iſthac transvolare vane aſſeritur, cum cygnos eo loci haud paucos agere compertum ſit.

NATALIS DE COMITIBVS.

In continente non multum ab eo loco diſtante aqua calida naſcitur, multisque ex locis ſcatet, unde univerſus locus Pyriphlegethon eſt dictus. Quod nulla avis ſupervolet, falſum eſt omnino, quoniam omnes qui eo accedunt, magnam cygnorum multitudinem ibi natam ſe vidiſſe affirmant.

Περὶ δὲ τὴν] παρὰ cod. Vindobon.

αὐτῆς οὐ πολὺ] pro αὐτῆς Leon. et Cam. habent αὐτοῦ, quod ferri poteſt, ſi adverbialiter accipiatur. SYLB.

ὄρνειον ἐν αὐτῇ] Cam. ἐν αὐτῷ maſc. gen. SYLB. Codex Vindob. habet αὐτὴν pro ἐν αὐτῇ. I. B.

Circa Epirum] *Non procul vero ab illo in continente calidas — —*

eo loci] *in eo.* NIC.

Ἄορνα (ab α privativo et ὄρνις) vocantur veteribus loca avibus ob peſtiferam exhalationem inacceſſa, quam nominis rationem probant Servius ad Virg. *Aen.* 3, 441; Tzetzes ad Lycophr. v. 104, cuius verba Reimarus inſeruit fragmentis Dionis Caſſ. pag. 5; et Lucretius 6, 740:

Principio, quod Averna vocantur, nomen id ab re
Impoſitum eſt, quia ſunt avibus contraria cunctis,
E regione ea quod loca cum advenere volantes,
Remigii oblitae pennarum vela remittunt,
Praecipitesque cadunt molli cervice profuſae
In terram, ſi forte ita fert natura locorum;
Aut in aquam, ſi forte lacus ſubſtratus Averno eſt.

Sic quoque Virgilius *Aen.* 6, 237, qui Lucretium imitatus eſt. Eius modi loca Aorna numero plura commemoravit antiquitas; varia recenſuit quem modo laudavimus, Lucretius, varia etiam Euſtath. ad Dionyſ. *perieg.* v. 1143 pag. 136 edit. Stephani. Quaedam enumerarunt Olearius ad Philoſtrator. *opera* pag. 59 et Reimarus ad Dion p 1142. Fuit Aornus circa Hierapolim Phrygiae, teſte Dione; in Syria, teſte Lucretio, Athenis et circa Adiabenem, teſte Dione et Euſtathio; in Sarmatia, teſte Antigono Caryſt. c. 167 atque aliis in terris. Nullus vero locus Aornus magis celebratus eſt olim, quam ille prope Cumas. Latinis dicebatur *Avernus*, inſerto, inquit Salmaſius ad Solin. p. 46 digamma Aeolico et mutato *o* in *e*. Sic ab eodem nomine Graeco deduxit Latinum Servius, *odor*, inquiens, *graviſſimus necat ſupervolantes aves, unde Avernus dictus eſt, quaſi ἄορνος.* Sed aliter ſentit Popowitſch vom Meere p. 347, qui nomen Celticae originis eſſe contendit, qua in lingua *aben* idem fit quod *deſcendere* et *ab* idem quod *deorſum.* Inde deducit etiam noſtrum Abend, id eſt, tempus diei, quo ſol deſcendit. Quod ſi verum eſt, lacus dictus videtur Avernus, vel propter eius immenſam profunditatem, de qua iam dictum eſt, vel propterea, quod orci oſtium vel ianuam iſtum locum putavit antiquitas. Avernum Campaniae avibus eſſe letiferum etſi multi ſunt veteres, qui tradiderunt, tamen negavit Strabo lib. 5: *Addita*, inquiens, *eſt ab incolis fabula; nempe aves, quae ſupervolarent, in aquam decidere, exanimatas aëris exhalatione; quem ad modum in locis fieri ſolet Plutoniis.*

toniis. Atqui huic consentiunt recentiores, quicunque istam regionem adierunt. Conf. Keisleri *itinerarium*, Cluveri *Ital. ant.* pag. 1128; Popowitsch, qui aves in lacu natantes vidit, et Buffon *hist. nat.* edit. German. Lipsiens. I p. 225. Eandem rem de mari mortuo iactarunt multi, quam et ipsam falsam esse constat ex itinerariis e. gr. Maundrel, Thompson et caet. conf. ven Buschingii geograph. Palaestinae p. 317, qui variorum virorum sententias contulit. Cluverus autem edocuit p. 1128, istam exhalationem non lacui, sed antro seu speluncae Averni tribui ab aliis. Ita etiam Claudianus *de raptu Proserp.* 2, 348:

Tunc et pestiferi pacatum limen Averni
Innocuae transistis aves.

Accuratius etiam ipse Virgilius *Aen.* 6, 238:

Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris:
Quam super haud ullae poterant impune volantes
Tendere iter pennis; talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad convexa ferebat;
Unde locum Graii dixerunt nomine Avernum.

Sed superest alia res, quae venit in disquisitionem Namque mihi saltem non satis liquet, quonam de lacu Aorno hic Aristoteli sermo sit. Ἤπειρος est omnis terra continens ac mediterranea, sed est quoque nomen regionis Graeciae. Si prior significatio accipienda est, erit sermo de Aorno prope Cumas. Ita intellexit haec verba interpres Natalis de Comit. Sic etiam videtur continua oratio, quae de Aorno Campaniae incoepit, postulare. Fuerunt etiam circa Cumas aquae calidae, quarum meminerunt et Strabo et Diodorus Sic. lib. 4. At fuit etiam in Epiro locus Aornus, de quo Aristotelem loqui, videtur credidisse Cluverus, quippe qui cum omnia, quae noster de Aorno Campaniae cap. 108 habet, sedulo retulit, tamen industria praetermisit totum hoc caput, proinde quasi eo non spectet. De Aorno Epiri praebet testimonium Plinius lib. 4 cap. 1 p. 188: *Epiros universum appellata, Acroceraunii incipit montibus. In ea primi Chaones, a quibus Chaonia; dein Thesproti, Antigonenses; locus Aornos, et pestifera avibus exhalatio;* quae verba Cluverus p. 1128 temere ad Campaniae Avernum traduxit. Aorni Thesprotiae in Epiro meminit et Pausanias in *Boeotic.* cap. 30 p. 768, 769. Conf. Cellarii *geogr.* 1 p. 1084.

Πυριφλεγέθων, quod nomen huic Aorno inditum esse, scribit noster, creditur et ipse fuisse fluvius Epiri, idem qui infernalis celebratur a poetis. Nominis originem docet Apollodorus in fragmentis: τοιούτου δέ ἐστι γένους καὶ ὁ Πυριφλεγέθων· εἰρηται γὰρ ἀπὸ τοῦ πυρὶ φλέγεσθαι τοὺς τελευτῶντας Vid. Apollodori *bibliothe.* quam ornavit et emisit Heyne p. 1052. Occurrit nomen etiam apud Strabonem lib. 1 p. 46, ubi recenset simul Πυριφλεγέθοντα, καὶ Ἀχερουσίαν λίμνην, καὶ νεκυομαντεῖον τὸ ἐν τῷ Ἀόρνῳ. Inter Latinos, qui Pyriphlegethontis mentionem iecerit, novi neminem, praeter quam Mart. Capellam lib. 2 *de nuptiis philolo-*

logiae, qui adiunctus est Isidori *origin.* pag. 28. Confer. Banier Götterlehre 4 p. 53, qui, nescio quo auctore, perhibet, influxisse Pyriphlegethontem cum Cocyto in lacum Acherusiam Thesprotiae, e quo fluvius Acheron profluens scribitur Plinio lib. 4 cap. 1 p. 189. Num idem sit, qui Phlegethon, ποταμὸς πυρὸς apud Aeschylum, doceant Mythologi. Plutarchus in lib. *de audien. poetis* loquens de his locis, ποταμῶν φλεγομένων meminit.

CAP. CX.

Φασὶ τὰς Σειρηνούσας νήσους κεῖσθαι μὲν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ περὶ τὸν πορθμὸν ἐπ' αὐτῆς τῆς ἄκρας, ὃς κεῖται πρὸ τοῦ πεπτωκότος τόπου, καὶ διακυμαίνοντος τοῖς κόλποις, τόν τε περιέχοντα τὴν Κύμην, καὶ τὸν διειληφότα τὴν καλουμένην Ποσειδωνίαν· ἐν ᾧ καὶ νεὼς αὐτῶν ἵδρυται, καὶ τιμῶνται καθ' ὑπερβολὴν ὑπὸ τῶν περιοίκων θυσίαις ἐπιμελῶς· ὧν καὶ τὰ ὀνόματα μνημονεύοντες, καλοῦσι τὴν μὲν, Παρθενόπην, τὴν δὲ, Λευκοσίαν, τὴν δὲ τρίτην, Λίγειαν.

Circa Italiam Syrenes insulae sunt, in summo freti vertice, eius nempe quod situm est ad porrectum in mare locum, inter alluentes sinus, qui et Cumam cingit et Possidoniam dividit. Ubi ab accolis studiose muneribus sacrificiisque coluntur, et sacra quoque ipsarum aedes monstratur. Porro nomina recensentes, Parthenopen unam, alteram Leucosiam, tertiam Ligiam vocant.

NATALIS DE COMITIBVS.

Sirenum insulas in Italia sitas esse aiunt iuxta illius promontorium, quod ante locum praecipitem et sinibus abundantem situm est continetque Cumam et appellatam Neptuniam: quo etiam in loco sirenum

num ipsarum delubrum extructum est, quod magnifice colitur ab accolis, egregiisque sacrificiis condecoratur: harum nomina recensentes hanc appellant Parthenopen, illam Leucosiam, ac tertiam Ligiam.

ἐπ' αὐτῆς τῆς ἄκρας] Secundum haec insulae hae sunt pars promontorii in mare excurrentis, in cuius proiectu auctor noster Sirenusas figit, quas proprie tres scopulos ex mari eminentes fuisse quidam dicunt, σκόπελον τρικόρυφον, διέργοντα τὸν Κύμαιον καὶ Ποσειδωνιάτην κόλπον, *scopulum tricipitem Cumanum sinum a Posidoniate s. Paestano dirimentem*, ut est apud Strab. lib. 1 p. 41 Alm. Reliqua quae hic sequuntur Salmasius Stephani Byz. vestigia premens sic legit: τοῦ προπεπτωκότος τόπου, καὶ δικλαμβάνοντος τοὺς κόλπους, κ. τ. λ. quem in versione secuti sumus, quoniam abditos vulgatae lectionis sensus speculari nequibamus. NIC.

πρὸ τοῦ] πρὸς τοῦ Cod. Vindob.

διακυμαίνοντος] Cod. Vindob. διαλαμβάνοντος. I. B.

τὰ ὀνόματα] Sic et apud Tzetzen *Chil.* 6, 75. v. 715 audiunt. Sed extant ibidem alia etiam earum nomina: ἄλλοι Αγλαοφήμην δὲ φασὶν, Αγλαονόην, καὶ τρίτην Θελξιέπειαν. NIC.

Circa Italiam] *Sirenusas insulas aiunt in Italia stas esse circa fretum in ipso promontorio, loci prominentis dirimentisque sinus, et illum qui circumdat Cumas, et istum qui Posidoniam dictam dirimit, in quo etiam Sirenum templum positum est, et ab accolis quam studiosissime sacrificiis coluntur; quarum et nomina memorantes, Parthenopen* — — NIC.

Insulae Sirenusae sunt scopuli aliquot, iuxta insulam Capream e mari eminentes, quos Sirenes inhabitare credebantur, de quibus diligentissime omnia collegit Cluverus *Ital. ant.* p. 1162 et 1169. Promontorium Campaniae, cui adiacent, vocatur promontorium *Surrentinum* vel *Minervae*, in quo extremo huius Deae Sirenumque templa fuerunt. Sinus maris vocatur *Cumanus*. Sinus *Posidoniates* postea vocatus est *Paestanus* ab oppido *Paesto*, quod Graecis dictum est *Posidonia*, quod nomen reddidit Paterculus lib. 1 cap. 15 *Neptunia*, quo usus est alter interpres Aristotelis, Natalis de Comitibus. Unus ex istis scopulis a Sirene nomen traxit *Leucosiae*, quae petra vel insula (insulam eam dixit Lycophron in *Alexand.* 723) hodie nomine paululum mutato appellatur *Licosa*. Sirenum nomina, quae noster attulit, habet etiam Hyginus cap. 141: alii alia habent.

bent. Conf. Euſtath. ad Dionyſ. p. 48 et 50 ed. Steph. Banier Götterlehre vol. 3 p. 588. Sed ut ea, quae hactenus dicta ſunt, auctoritate veterum comprobentur, adſcribamus locum Strabonis lib. 1: *A locis Surrento vicinis cubito ſimilis quidam terrae flexus excurrit usque ad fretum, quod eſt juxta Capreas; ab altero huius iugi latere Sirenum eſt fanum; ab altero, quod Poſidoniatem ſpectat ſinum, tres exiguae ſunt inſulae deſertae atque ſaxoſae, quae vocantur Sirenuſae. In ipſo tractu, Minervae eſt templum, a quo cognomen accepit ipſe cubitus.*

Verum revertamur ad Ariſtotelem, cuius verba mendis laborare, manifeſtum eſt, quas quo modo correxerint viri eruditi, edoceam. Cluverus quidem verba ita interpretatus eſt: *Aiunt Sirenuſas inſulas ſitas eſſe in Italia, in ipſo promontorio, circa fretum, quod ſitum eſt ante porrectum in mare locum, quodque fluctibus concitatur Cumani ſimul et Poſidoniatis ſinus. In quo templum earum ſitum eſt, coluntque maxime ab incolis ſacrificiis* caet. Idem Cluverus p. 1164. "Mirifice, inquit, inſulas confudit „Ariſtoteles cum ipſa continenti, tum „etiam ipſas Sirenas cum inſulis, „cum illarum templum referat, quod „erat in Minervae promontorio." Accuratiorem Ariſtotelis emendationem exhibuit Salmaſius ad Solinum p. 44, approbatam ab Holſtenio in annotationibus ad Stephanum p. 286. Quam ob cauſſam inſeramus ipſa Salmaſii verba: "Locus, inquit, Ariſto„telis, quem paene ad verbum de„ſcripſit Stephanus, hoc modo corri„gendus eſt: Φασὶ τὰς Σειρηνούσσας „νήσους, κεισθαι μὲν ἐν τῇ Ιταλίᾳ „περὶ τὸν πορθμὸν ἐπ' αὐτῆς τῆς „ἄκρας τοῦ προπεπτωκότος τόπου, „καὶ διαλαμβάνοντος τοὺς κόλπους, „τόν τε περιέχοντα τὴν Κύμην, καὶ „τὸν διειληφότα τὴν καλουμένην Πο„σειδωνίαν. Sic promontorium Mi„nervae, quod Αθήναιον Graeci vo„cant, et promontorium τῶν Σειρη„νουσσῶν idem; nam Σειρηνοῦσσαι „ἐπ' αὐτῆς ἄκρας κείμεναι. Strabo „lib. 6: τῆς δὲ νήσου πρόκειται τὸ „ἀκρωτήριον τῶν Σειρηνουσσῶν, καὶ „ποιοῦν τὸν Ποσειδωνιάτην κόλπον. „Sic verba Strabonis ſunt emendan„da. Sed notandum eſt Ariſtotelem, „et ex eo Stephanum τὰς Σειρηνούσ„σας locare in ipſo promontorio, ἐπ' „αὐτῆς τῆς ἄκρας, ut nimirum ἀκρω„τήριον, et Σειρηνούσσαι res eadem „fuerit, proinde male reddunt docti „viri in illo Ariſtotelis loco: *in ipſo „freti vertice*, cum verti debeat: *in „ipſo promontorio.* Strabo lib. 1 hanc „fuiſſe quorundam ſententiam diſer„tim ſcribit. Ariſtoteles τόπον προ„πεπτωκότα vocat ſpatium anguſtum „terrarum in mare excurrens et pro„minens, in cuius extremo, ἐπ' αὐ„τῆς τῆς ἄκρας collocat τὰς Σειρη„νούσσας, tricipiti vertice excelſas, „quae in vicem promontorii Cuma„num et Paeſtanum ſinum divide„bant. Qui προπεπτωκὼς τόπος Ari„ſtoteli et Stephano, Strabo eum „appellat, ἀγκῶνα προκείμενον μά„κρὸν καὶ ξενὸν; quem a Surrento „usque ad fretum, quod eſt iuxta „Capreas, ait pertingere, et ab uno „latere habuiſſe fanum Sirenum, ab „altero ad Paeſtanum ſinum, tres „parvas inſulas deſertas ac ſaxoſas, „quae *Serenides* aut *Sirenuſae* appel„labantur; in ipſo autem freto, hoc „eſt, ἐπὶ τῆς ἄκρας, templum Mi„nervae, τὸ Αθήναιον, inquit idem,

ᾧ συν-

„ῷ συνονυμεῖ καὶ ἀγκὼν αὐτὸς. Sic „ſecundum Ariſtotelem et promonto„rium Minervae et Sirenuſae inſulae, „templumque Sirenum res eadem. „Nam in ipſa prominentia ponit Si„renuſas, in Sirenuſis autem fanum „Sirenum. At iuxta Strabonem, ab „una parte illius prominentis anguli „fanum Sirenum, ab altera tres par„vae inſulae, in ipſo vero freto pro„montorium Minervae cum templo. „Hinc idem lib. 5 poſt circumflexum „promontorii Minervae, Sirenuſas, „Σειρῆνας, occurrere dicit. Etenim „Σειρῆνες et Σειρηνίδες et Σειρηνοῦ„σαι illae inſulae dicebantur.

CAP. CXI.

Λέγεται δὲ μεταξὺ τῆς Μεντορικῆς καὶ (τῆς) Ἰστριανῆς ὄρος τὶ εἶναι τὸ καλούμενον Δέλφιον, ἔχον λόφον ὑψηλόν. ἐπὶ τοῦτον τὸν λόφον ὅταν ἀναβαίνωσιν οἱ Μέντορες οἱ τοῦ Ἀδρίου οἰκοῦντες, ἀποθεωροῦσι τὰ εἰς τὸν πόντον εἰσπλέοντα πλοῖα. εἶναι δέ τινα καὶ τόπον ἐν τοῖς ἀνὰ μέσον διαζήμασιν, εἰς ὃν ἀγορᾶς κοινῆς γινομένης, πωλεῖσθαι παρὰ μὲν τῶν ἐκ τοῦ Πόντου ἐμπόρων ἀναβαινόντων τὰ Λεσβία καὶ Χῖα καὶ Θάσια· παρὰ δὲ τῶν ἐκ τοῦ Ἀδρίου, τοὺς Κερκυραϊκοὺς ἀμφορεῖς.

Iuxta Mentoricem et Iſtram mons fertur eſſe, quem Delphium vocant, faſtigio altiſſimo, quod conſcendentes qui ad Adriam habitant, pontum ac media intervalla, quaeque in illis geruntur, contueri poſſunt, quo mercatum confluentes paſſim mercatores Pontici, Thaſia, Chia ac Lesbia vina, Adriatici vero Corcyrenſes amphoras coemunt.

NATALIS DE COMITIBVS.

Inter Mentoricam et Iſtricam regiones mons quidam Delphius nomine collem habens praeexcelſum eſſe dicitur, ubi in hunc collem

Mentores Adriae finitima loca incolentes aſcendunt magno intervallo diſtantem Pontum conſpiciunt. In eo monte forum eſt commune, atque a mercatoribus, qui veniunt ex Ponto, Lesbia, Thaſia et Chia vina coemuntur, ab Adriae colonis, Corcyrea amphora ampliore.

τῆς Ἰσριαγῆς] incluſus articulus τῆς, additus ex Leon. et Camotii edit. SYLB.

οἱ τοῦ Ἀδρίου] Sic Caſaub. ſed Iſing. et Sylburg. οἱ ἐπὶ τοῦ Ἀδρίου. I. B.

τοὺς Κερκυραϊκούς] Leon. et Cam. Κορκυραϊκούς, more communi. SYLB.

Iuxta Mentoricem] *Inter Mentoricem et Iſtrianam.*

conſcendentes] *conſcendentes Mentores — — naves in Pontum navigantes proſpiciunt.*

ac media intervalla — — coemunt.] *Eſſe vero et locum quendam in mediis intervallis, ubi in mercatu communi, a mercatoribus ex Ponto eo confluentibus Lesbia, Chia et Thaſia vina, ab Adriaticis vero amphorae Corcyraeae venditantur.* MEC. Pro *Thaſia* habent edit. Wechel. et Caſaub. et ed. anni 1578: *Thalia.*

Mentores, gens iuxta Liburnos, quorum meminit etiam Stephanus: Μέντορες, ἔθνος πρὸς τοῖς Λιβύρνοις, quorum regio noſtro vocatur Mentorice. Plin. lib. 3 cap. 21 p. 178: *Arſiae gens Liburnorum iungitur, usque ad flumen Titium. Pars enim fuere Mentores, — — nunc totum uno nomine Illyricum vocatur generatim.* De Delphio vero monte nihil equidem invenio apud auctores. Πόντος generatim quidem mare ſignificat, proprie autem ita appellatur Helleſpontus. Huncce Helleſpontum et intrantia illum navigia perhibet noſter videri e monte Delphio; quod retuliſſe videtur quoque Theopompus apud Strabonem lib. 7 p. 488: *Videtur Theopompus nimium dicere et quaedam parum credibilia proferre, ut cum utrumque mare e monte quodam et inſulis Liburnicis cerni affirmat*, caet. Sed comprobatum eſt iam dudum auctorum exemplis, veteres aeſtimaſſe montes plerosque longe altiores, quam vere ſunt, atque perſuaſiſſe ſibi, ex montibus altioribus poſſe conſpici res multo remotiores, quam per rationes phyſicas liceat. Has rationes, quibus nimirum, finitis et montis altitudine et telluris diametro, habita ſimul ratione refractionis, probatur id terrarum ſpatium, quod oculorum acies contempletur, expoſuerunt Ricciolus in *Almageſto novo* vol. 1 p. 64 et 727 et vol. 2 p. 598: Wolf *elementa matheſeos* vol 4 p. 15 in *Hydrographia* §. 47. Lulofs Kentniß der Erdkugel P. 2 p. 132, et Iſ. Voſſius ad Melam lib. 2 cap. 2 p. 423. Sed qui idem de Liburniae monte contenderit, prae-

praeter Aristotelem novi neminem, et tanta est Liburniae ab Hellesponto distantia, ut ista relatio, sicut ait Vossius, omnia portenta superet. Paulo propius ad verisimilia accedunt ii, qui dictitant, ex monte Haemo posse Ponticum simul et Adriaticum mare et Istrum amnem et Alpes conspici. Mela lib. 2 cap. 2: *Haemus in tantum altitudinis abit, ut Euxinum et Adriam ex summo vertice ostendat.* Idem Strabo lib. 7 p. 481 ex deperdito Polybii libro refert, sed qui ipse rem negat tum ob immensum spatium, tum quoque quod multi, iique altissimi, intercedant montes, qui non permittant, ut acies oculorum eo usque pertingere possit. Livius lib. 40 cap. 21 et 22 memorat, Philippum montem illum conscendisse, ut inde Adriaticum mare et Alpes lustraret, sed ipse de vulgata ista opinione dubitare videtur. Conf. Florus lib. 2 c. 12. Haemus, mons Thraciae, cuius iugum ab Illyrico ad Pontum usque procurrit, medium fere locum intra mare Adriaticum et Euxinum occupat, sed ex eius summo vertice per leges mathematicas neque versus occasum Adriam, neque versus ortum Euxinum cernere licet, uti Vossius edocuit ad Melam. Similiter errasse videtur Aristoteles, qui *Meteorol.* lib. 1 cap. 13 de Caucaso loquens montis altitudinem eo probatum ivit, *quod simul a dictis profundis et a navigantibus in stagnum cernatur.* ὅτι ὁρῶται καὶ ἀπὸ τῶν καλουμένων βαθέων, καὶ εἰς τὴν λίμνην ἐισπλεόντων. *Profunda* dicuntur partes maris Euxini prope Bosporum Cimmerium, ita vocatae, quia carent fundo a nautis frustra tentato; *stagnum* vero est palus Maeotis. Navigantes igitur ab Euxino in Maeotidem per Bosporum videre dicuntur Caucasum. Sed quae de hac opinione disputarunt viri docti, ea collegit atque diiudicavit Ricciolus in *Almag. novo* vol. 2 p. 594 et 597.

Merces, quae in emporium Liburnicum vel Illyricum comportatae hic leguntur, fuisse vina credunt interpretes, quae sententia a vero non abhorret, cum οἶνος saepe omittitur, sicut apud Latinos *vinum* deest, ubi de *mero*, *Falerno* vel *Massico* loquuntur. Ita Aristophan. in *Pluto*: ἐι Θάσιον ἐγέχεις, *si Thasium infuderas.* Sed dubium non est, quin praeter vina etiam aliae merces illuc venerint. Lesbium et vinum et marmor laudarunt Horatius et Plinius. Chios, Ionum insula, nobilis fuit et vino et ficis et marmore. Horat. *epod.* 9:

Capaciores affer, puer, scyphos
Et Chia vina aut Lesbia.

Conf. Mart. *epigr.* lib. 7, 24 et Plin. lib. 5 cap. 31. Thasus insula in Aegaeo mari prope Thraciam celebris vino suo, nuce optima, etiam aceto et marmore, auctore Plinio.

Amphorae erant fictiles, sicut erant dolia vino condendo fictilia. Hisce vasis terrenis nobilitabantur quaedam gentes, ut ait Plinius lib. 15 cap. 12 p. 712, quarum vasa per maria terrasque ultro citroque portabantur. Laudat Plinius ibi amphoras Adrianas, quae ab Adria Italiae oppido nominatae creduntur. Sed videant velim viri eruditi, an liceat intelligere amphoras quascunque, quae per mare Adriaticum ab ora tum Italica, tum Illyrica portabantur, sic ut amphorae, quas in Liburnia Corcyraei mercati hic leguntur, illuc etiam referendae sint. Corcyra vero est maris Adriatici insula inter Epirum et Calabriam sita.

Cap. CXII.

Φασὶ δὲ καὶ τὸν Ἴστρον ῥέοντα ἐκ τῶν Ερκυνίων καλουμένων δρυμῶν, σχίζεσθαι, καὶ τῇ μὲν εἰς τὸν Πόντον ῥεῖν, τῇ δὲ εἰς τὸν Αδρίαν. σημεῖον δὲ καὶκεῖνο, οὐ μόνον ἐν τοῖς νῦν καιροῖς ἑωράκαμεν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παλαιῶν μᾶλλον, οἷον τὰ ἐκεῖ ἄπλωτα εἶναι· καὶ γὰρ Ιάσονα τὸν μὲν ἔισπλουν κατὰ τὰς Κυανέας, τὸν δὲ ἐκ τοῦ Πόντου ἔκπλουν κατὰ τὸν Ἴστρον ποιήσασθαί φασι· καὶ Φέρουσιν ἄλλά τε τεκμήρια οὐκ ὀλίγα, καὶ κατὰ μὲν τὴν χώραν βωμοὺς ὑπὸ Ιάσονος ἀνακειμένους δεικνύουσιν, ἐν δὲ μιᾷ τῶν ἐν τῷ Αδρίᾳ νήσων πολυτελὲς ἱερὸν Αρτέμιδος ὑπὸ Μηδείας ἱδρυμένον. ἔτι δὲ λέγουσιν ὡς οὐκ ἂν παρέπλευσε τὰς Πλαγκτὰς καλουμένας, εἰ μὴ ἐκεῖθεν ἀπέπλει.

Ferunt et Istrum ex Hercynia silva profluentem dividi, partimque in Pontum, partim vero in Adriam decurrere; cuius rei argumentum non hoc tempore primum, sed a priscis usque saeculis extat. Aras enim eo loci ab Iasone positas ostendunt. Ferunt et insuper hoc indicio esse, quod ea loca innavigabilia sint, quando Iasoni iuxta Cyaneas ingressum, exitum vero e Ponto fuisse per Istrum compertum est. Et quod simul memoratur, praeternavigare Planctas, ut appellant, insulas, nisi isthinc solvisset, non potuisse.

Natalis de Comitibvs.

Fertur et Ister amnis defluens ex quercetis Hercyniis vocatis discindi, et hac in Pontum fluere, illac autem in Adriaticum sinum: cuiusce rei signum est non illud solum, quod nostris temporibus conspeximus, sed illud multo magis quod antiquitus, quoniam loca, quae ibi

ibi sunt, navigiis non sunt pervia. Dicunt enim Iasonem iuxta Cyaneas insulas ex Ponto eo navigantem ingressum fuisse, at ex eodem loco per Istrum fuisse digressum, cuiusce rei non pauca afferunt argumenta, et aras permultas ab Iasone extructas in ea regione ostendunt. In una earum insularum quae sunt in Adria, sacellum extat magnificum Dianae a Medea erectum. Asserunt praeterea Planctas dictas non praeternavigasset, nisi navigandi inde fecisset initium.

Ερκυνίων] In *Meteorolog.* legitur Αρκυνίων, quae scriptura etsi ad Germanicam appellationem accedit propius, magis tamen obtinuit altera per ε; atque ita est etiam apud Suidam Ερκυνίοι δρυμοὶ, et apud Steph. Byz. Ερκύνιον ὄρος. SYLB.

κἀκεῖνο] nescio an rectius gen. casu κἀκείνου. SYLB.

ἐπὶ τῶν παλαιῶν] Cod. Vindob. ἀρχαιῶν. I. B.

τὰς Πλαγκτὰς] Sic Homerus *Odyss. μ.* 61 vocat, quae vulgo Κυάνεας, Συμπληγάδες, Pindaro *Pyth.* 4, 370 σύνδρομοι πέτραι, dicuntur, quarum descriptio est apud Homerum l. l. et in Orphei *Argonaut.* 682. NIC.

partimque] *et ab altera parte in Pontum, ab altera vero in* —

saeculis extat] *Vnde patet, illa loca non esse innavigabilia. Nam et Iasonem inxta Cyaneas intrasse, ex Ponto vero per Istrum exiisse, fama est. Et cum alia indicia huius rei afferunt non pauca, tum aras eo loco a Iasone positas ostendunt, in una vero insularum maris Adriatici splendidum Dianae templum a Medea excitatum. Porro negant, illum petras quae erraticae dicuntur praetervectum esse, nisi isthac enavigarit.* NIC.

Horum explanationem omnibus suis partibus expletam petant lectores velim ab iis, qui Argonautarum navigationem in Colchum de industria persecuti sunt. Interpres noster non omnia recte reddidit, omissis quibusdam, diligentius Natalis de Comit. Sed nescio, an totus hic locus, ut nunc est, mutilatus sit. *Ister*, amnis totius Europae maximus, qui Latinis frequentius *Danubius*. Conf. Cluveri *German.* p. 745 et Speneri *notitia German.* I p. 55. *Hercinium* cognomentum est, quod saltibus Germaniae omnibus tributum legitur a Graecis Romanisque. Ex montibus Herciniis profluere Danubium perhibuit etiam noster *Meteorol.* lib. I. cap. 13 Reliquas de amnis ortu sententias veterum collegit Cluverus loco-

co laudato. Danubium exonerari non ſolum in Pontum, ſed defluere eundem etiam in mare Adriaticum, vetus eſt Graecorum error. Hunc Theopompo exprobrat Strabo lib. 7 p. 488, cuius verba, in primis quae lib. 1 p. 98 leguntur, digna ſunt quae huc referantur: *Iſter oritur a montibus ultra Adriam ſitis, neque in utrumque exit mare, ſed in ſolum Pontum, et finditur ad oſtia demum ſua. Communis autem hic eſt nonnullis error, qui putaverunt eſſe quendam fluvium Iſtro cognominem, qui in Adriam exeat ab illo divulſus, ab eoque denominari gentem Iſtros per quos defluit, eoque Iaſonem e Colchis navigaſſe.* Ipſe Ariſtoteles eandem opinionem edidit etiam *hiſtor. anim.* lib. 8 cap. 13 p. 923 edit. Scaligeri: *Piſces in Iſtrum abeunt, et ubi is finditur, in Adriaticum deſcendunt.* Conf. Plin. lib. 9 cap. 15, qui vero ſubterraneis venis piſces ex Iſtro in Adriaticum mare defluere, auctor eſt. Conf. Cluveri *Ital.* p. 205, 209. Ariſtotelis verba repetiit Euſtath. ad Dionyſ. v. 299 pag. 42. Notavit hunc errorem quoque Plinius lib. 3 cap. 18 p. 175.

Argonautae dicuntur a Ponto intraſſe Iſtrum et deſcendiſſe in mare Adriaticum. Strabo lib. 1: *Quidam bonam Iſtri partem adverſo flumine ſubvectum Iaſonem cum ſuis tradunt; non nulli usque in Adriam, ignoratione ſcilicet locorum decepti; alii etiam Iſtrum quendam fluvium, ex magno Iſtro ortum, in Adriam influere aiunt.* Euſtathius ad Homeri *Odyſſ.* 12: *Alii tradunt, Argonautas per Iſtrum Argo navi ex Ponto Euxino ſubvecta, et inde per alium amnem, vel etiam per quoddam magni Iſtri divortium Adriam ingreſſos, mox in ſolis occaſum converſos, tandem in fretum Siculum incidiſſe.* Diodorus Sic. lib. 4 p. 259: *Nec praetermittenda hic eſt confutatio hiſtoriae illorum, qui Argonautas per Iſtrum ad fontes ſubvectos in Adriaticum inde ſinum per occurrentem illic alveum intraſſe memorant* caet. Totum eorum iter declaratur verbis Iuſtini lib. 32 cap. 3: *Iſtrorum gentem fama eſt originem a Colchis ducere, miſſis ab Aeeta rege ad Argonautas raptoresque filiae perſequendos; qui ut a Ponto intraverunt Iſtrum, alveo Savi fluminis penitus invecti, veſtigia Argonautarum inſequentes, naves ſuas humeris per iuga montium usque ad littus Adriatici maris transtulerunt; cognito quod Argonautae idem propter magnitudinem navis priores feciſſent;* caet. Hac de navigatione diligentiſſime diſputavit Schöning in Allgem. Welthiſtorie vol. 31 pag. 188; conf. quoque eiusdem operis vol. 5 pag. 80. Banier Götterlehre 4 p. 552. Quaedam quoque lectu digna habet Gianrinaldo Carli in libro, qui inſcribitur: *Della ſpedizione degli Argonauti in Colco.* In Venezia 1745. 4 pag. 113.

Cyaneae inſulae ſunt in ore Ponti Euxini. De his Plinius lib. 4 cap. 13: *In Ponto duae, M. D. paſſ. ab Europa, XIV. M. ab oſtio, Cyaneae, ab aliis Symplegades appellatae, traditaeque fabulis inter ſe concurriſſe; quoniam parvo diſcretae intervallo, ex adverſo intrantibus geminae cernebantur, paulumque deflexa acie, coeuntium ſpeciem praebebant.* Conf. Mela lib. 2 cap. 7. Dionyſius *perieg.* v. 144 p. 23. Apollodori *biblioth.* lib. 1 cap. 9. ſ. 22 p. 62 edit. Heynii, Hygini *fabulae* 19 et 21, ubi in edit.

van

van Staveren p. 64 ſeq. multa veterum loca collecta ſunt. Plurima habent etiam Stuckii Scholia in Arriani *peripl.* p. 189. Lennep. ad Phalar. p. 51. Vocantur iſtae inſulae vel potius ſcopuli quoque πλαγιταὶ, quod nomen, quo et noſter hoc loco utitur, occurrit apud Strabonem, Apollodorum, Apollon. Rhod. Herodotum, Homerum *Odyſſ.* 12, et Tzetzem in Lycophr. Sunt qui nomen deducunt a verbo πελάζεσθαι, id eſt, *accedere*, propter aſſiduum acceſſum occurſationemque fluctuum in ipſas petras; aut ſecundum alios quod terrae motibus quaſſarentur, ut Delus. Quam ob cauſſam erravit haud dubie Hermolaus, qui cum apud Plinium lib. 6 cap. 12 olim legebatur ſic: *Inſulae in Ponto Planitae, ſive Cyaneae, ſive Symplegades;* ſubſtituit *Planetae*, quaſi a verbo πλανᾶσθαι, *errare*. Sed ſatis liquet eſſe legendum *Planctae*. Inter recentiores hos ſcopulos diligentiſſime notarunt Gyllius in lib. 3 *de Boſporo Thracio* cap. 3. Gronovii *Theſaur. antiquit. Graecar.* vol. 6 p. 3186. itemque Tournefort *Voyage du Levant* vol. 2 p. 72. Eosdem ſcopulos optime indicatos videre licet in tabula geographica Graeciae antiquae, inſerta volumini primo operis ſplendidiſſimi, quod inſcribitur: *Voyage pittoresque de la Grece.* Denique monumenta itineris ſui ſeu τεκμήρια, quae reliquit variis in locis Iaſon, commemorarunt Strabo lib. 1 p. 77 et alii auctores laudati a Banier Götterlehre vol. 4 p. 553.

CAP. CXIII.

Καὶ ἐν τῇ Αἰθαλείᾳ δὲ νήσῳ τῇ κειμένῃ ἐπὶ τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει, ἄλλά τε δεικνύουσι μνημεῖα τῶν ἀριστέων, καὶ τὰ ἐπὶ τῶν ψήφων δὲ λεγόμενον. παρὰ γὰρ τὸν αἰγιαλὸν ψήφους φασὶν εἶναι ποικίλας. ταύτας δὲ οἱ Ελληνες οἱ τὴν νῆσον οἰκοῦντες, λέγουσι τὴν χροιὰν λαβεῖν ἀπὸ τῶν ἐλεγγισμάτων ὧν ἐποιοῦντο ἀλειφόμενοι. ἀπὸ γὰρ ἐκείνων τῶν χρόνων, οὔτε πρότερον ἑωρᾶτο

Caeterum in Aethalia ad mare Tyrrhenum, cum alia monumenta principum illius expeditionis virorum, tum id quod de calculis memorant, monſtratur. Nam ad littus calculos inveniri perhibent coloris varii, tum ſcilicet ex deſtillationibus liquorum, quibus ungebantur, coloratos. Tales enim nec ante, nec poſt ea tempora inventos. Sed enim et alia ſunt non obſcura indicia, non fuiſſe

ρᾶσθαι μυθολογοῦσι τοιαύτας ψήφους, ὕστερον ἐπιγεγενημένας. ἔτι δὲ τούτων φανερώτατα σημεῖα λέγουσιν, ὅτι οὐ διὰ τῶν Συμπληγάδων ἐγένετο ἔκπλους αὐτοῖς, τῷ ποιητῇ ὁι ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις μάρτυρι χρώμενοι. τὴν γὰρ δυσχέρειαν τοῦ κινδύνου ἐμφανίζοντα, λέγειν ὅτι οὐκ ἔξι παραπλεῦσαι τὸν τόπον·

Αλλὰ θ' ὁμοῦ πίνακάς τε νεῶν καὶ σώματα φωτῶν
Κύμαθ' ἁλὸς φορέουσι, πυρὸς τ' ὀλοοῖο θύελλαι.

περὶ μὲν οὖν τὰς Κυανέας οὐ λέγεται πῦρ ἀναπέμπειν· περὶ δὲ τὸν πορθμὸν τὸν διαλαμβάνοντα τὴν Σικελίαν· ἐφ' ἑκάτερα κειμένων τῶν τοῦ πυρὸς ἀναφυσημάτων, καὶ τῆς τε νήσου συνεχῶς καιομένης, καὶ τοῦ περὶ τὴν Αἴτνην ῥεύματος πολλάκις τὴν χώραν ἐπιδεδραμηκότος.

fuisse transitum illis per Symplegadas; testante scilicet id poeta. Nam cum periculi magnitudinem exprimere contenderet, declarat haec loca navigationi minime pervia extitisse:

Quoniam simul tabulasque navium et corpora virorum
Maris undae rapiunt, et ignis pernicioſi procellae.

Circa igitur Cyaneas non videtur ignis emitti; sed iuxta fretum, quo Sicilia ab Italia distinguitur, ab utraque parte evaporatio (est), tum quod insula continue ipsa flagrat, tum quod flammae Aetnae saepe totam regionem permeant.

NATALIS DE COMITIBVS.

In insula quin etiam Aegialia, quae est in mari Tyrrheno, cum alia ostendunt optimatum monumenta, tum etiam illud quod attinet ad calculos. In littore enim calculi colore varii esse dicuntur, quos Grae-

Graeci insulam incolentes colorem aiunt ex guttis cepisse, quae ab unctis defluebant. Nam illis temporibus tantum, non autem postea, neque prius, calculos tales fuisse fabulantur. Argumenta praeterea his afferunt manifestiora, quod minime per symplegades illi enavigarunt, atque poeta teste illi nituntur, qui sunt in iis locis, qui periculum difficultatemque patefacit, quod non licet locum navigantibus praeterire.

Corpora mersa virum fluctu, tabulaeque feruntur
Aequore discerptis ratibus, flammaeque procellae.

Iuxta Cyaneas ignis scatere non dicitur, at illud sit iuxta sinum Siciliam intercipientem, cum in utraque parte ignis sint scaturigines, insulaque assidue ardeat, et ignis unda saepius ex Aetna defluat in proximam regionem.

ἐν τῇ Αιθαλείᾳ] Sic legendum pro vulgari Αγιαλίᾳ. SYLB. Stephano Αιθάλη est, neque tamen hanc formam omisit. Latinis dicitur Ilva. NIC.

ἀπὸ τῶν ϛλεγγισμάτων] Cod. Vindob. ϛελγισμάτων. I. B.

ἐγένετο ἔκπλους] Cod. Vindob. ἐγένετο ὁ ἔκπλους, αὐτῷ τῷ ποιητῇ ἐν ἐκείνοις. I. B.

Αλλὰ ϑ' ὁμοῦ] *Odyss. μ.* 67. At Homeri πλαγκτὰ non Ponticae sunt Symplegades, sed in mari Siculo, Italiam inter Siciliamque. Vid. Gesneri comment. *de navigat. Orph.* p. 435. NIC.

ἀναπέμπειν] Cod. Vindob. ἀνάπτειν. I. B.

ad mare Tyrrhenum] *maris Tyrrheni insula.*

coloris varii] *Hos vero Graeci insulam incolentes memorant.*

Tales enim] *inde, ab illis temporibus, nec ante, nec postea inventos fabulantur.*

Sed enim et] *Verum et alia esse huius rei, illis (Argonautis) per Symplegadas non fuisse transitum, manifestissima indicia locorum istorum accolae contendunt, poetam testem citantes.*

Circa igitur] *Circa Cyaneas igitur non dicitur* — NIC.

evaporatio] Sic Duval. et Wechel. sed reliquae edit. *evaporario*, et sic quoque Casaub. I. B.

De Aethalia egimus ad cap. 95. De calculis coloratis, quos noſter tanquam μνημεῖα Argonautarum iactat, memoravit etiam Strabo lib. 5 p. 342: ἔσι δὲ κατὰ τὴν Αἰθαλίαν λιμνὴν Ἀργῶος ἀπὸ τῆς Ἀργοῦς, ὡς φασιν· ἐκεῖσε γὰρ πλεῦσαι τὴν τῆς Κίρκης οἴκησιν ζητοῦντα τὸν Ἰάσονα, τῆς Μηδείας ἐθελούσης ἰδεῖν τὴν θεάν· καὶ δὴ καὶ ἀπὸ τῶν ἀποσελεγγισμάτων γηγέντων, ἃ ἐποίουν οἱ Ἀργοναῦται, διαμένειν ἔτι καὶ νῦν διαποικίλους τὰς ἐπὶ τῆς ἡϊόνος ψήφους. *Ad Aethaliam portus eſt Argous, ab Argo navi ſic dictus, ut aiunt. Eo enim perhibent Iaſonem navigaſſe, Circes domicilium quaerentem, quam Deam Medea cupiebat viſere, et a ſtrigmentis concretis, quae Argonautae ibi fecerint, adhuc durare variegatos in litore ſcrupulos.* Hoſce calculos Holſtenius reperiſſe adhuc ſibi viſus eſt; namque in annotationibus ad Stephanum Byz. p. 15: "illos, inquit, ipſe non ſine „admiratione in portu huius inſulae „et iuxta Salinas, quae ſunt a tergo „Caſtelli Maioris, vidi." Verum calculi varie colorati in littoribus non infrequentes eſſe ſolent. Pauſan. III, 23 p. 271 de littore Laconico: αἰγιαλὸς δὲ ὁ ταύτῃ παρέχεται ψηφίδας, σχῆμα ἐυπρεπεξέρας, καὶ χρόας παντοδαπῆς.

Praeter inſulas Cyaneas, Planctas ſeu Symplegadas in Ponto Euxino, de quibus modo egimus, aliae inſulae eiusdem nominis fabulis traditae ſunt in mari infero, ubi ortum habuiſſe videntur ex inſulis Vulcaniis, in medio mari ſitis, in quibus Hiera et Strongyle fumum emittunt cum ignibus. Sunt eae ex Ulyſſis erroribus notae; *Odyſſ.* 12 v. 61, ubi leguntur ii verſus, quos noſter inſeruit. Apollonii *Argon.* lib. 4 v. 761 et 786 p. 204, 209. De hiſce ſcopulis etiam Apollodorus, qui idem etiam Cyaneas Ponti Euxini memoravit, lib. 1 cap. 9 p. 69: μετὰ δὲ τὰς Σειρήνας τὴν ναῦν Χάρυβδις ἐξεδέχετο, καὶ Σκύλλα, καὶ πέτραι Πλαγκταὶ, ὑπὲρ ὧν φλὸξ πολλὴ καὶ καπνὸς ἀναφερόμενος ἐωρᾶτο. *Dehinc a Sirenibus navim Charybdis excepit Scyllaque et errantia ſaxa, e quibus ingens flammarum vis ac fumus eructari videbantur.* Atque iſti ſunt ſcopuli, quos noſter hoc loco intellexit, de quibus conf. ill. Heynius ad Apollod. p. 212 et 197, cuius verbis hactenus uſi ſumus, quibus ex hoc Ariſtotelis loco novum accedit argumentum.

CAP. CXIV.

Ἐν Τάραντι ἐναγίζειν κατά τινας χρόνους φασὶν Ἀτρείδαις καὶ Τυδείδαις καὶ Αἰακίδαις καὶ Λαερτιάδαις· καὶ Ἀγαμεμνονίδαις δὲ χωρὶς θυσίαν ἐπιτελεῖν ἐν ἄλλῃ

In Tarento ſolent interdum parentare Atridis, Aeacidis, Tydidisque et Laërtiadis; Agamemnoniadis autem, ſeorſimque die conſtituta, alia ſacrificia agere, qui-

ἡμέρᾳ ἰδίᾳ· ἐν ᾗ νόμιμον εἶναι ταῖς γυναιξὶ, μὴ γεύσασθαι τῶν ἐκείνοις θυομένων. ἔστι δὲ καὶ Ἀχιλλέως νεὼς παρ' αὐτοῖς. λέγεται δὲ, μετὰ τὸ παραλαβεῖν τοὺς Ταραντίνους, Ἡράκλειαν τὸν τόπον καλεῖσθαι ὃν νῦν κατοικοῦσιν· ἐν δὲ τοῖς ἄνω χρόνοις τῶν Ἰώνων κατεχόντων, Πλεῖον· ἔτι δὲ ἐκείνων ἔμπροσθεν ὑπὸ τῶν πρῶτον κατασχόντων αὐτὴν, Σίγειον ὠνομάσθαι.

quibus mulieribus immolata tangere lege interdicitur. Est et templum apud ipsos Achillis. Ferunt hunc locum olim Ionibus obtinentibus, Plion vocatum esse, verum postquam a Tarentinis inhabitari coeptus est, Heracliam; caeterum iam inde remotius, a primis incolis Sigium appellatum.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama est quod Tarentini, Aeridis, Tydidis, Acacidis ac Laertiadis certis temporibus sacrificant, at Agamemnonidis faciunt sacrificium quoddam peculiare die quodam proprio, in quo non licet mulieribus quidquam eorum quae in sacrificiis offeruntur, gustare. Est Herculis etiam delubrum apud illos, atque fama est quod cum Tarentinos devicisset et in suam ditionem subegisset Hercules, locus Heraclea fuit nuncupatus, quem nunc etiam incolunt, cum superioribus temporibus imperantibus Ionibus Pleon diceretur, et ab anterioribus illos habentibus, vocaretur Sigium.

γεύσασθαι] Leon. et Cam. γεύεσθαι praes. temp. SYLB.

μετὰ τὸ] agnoscit etiam interpres: *postquam a Tarentinis inhabitari coeptus est*; sed haud scio an verius πρὸ τοῦ, *antequam*. SYLB.

Πλεῖον] Πολίειον ad Solin. p. 42 ſcribere iubet Salmaſius, conſentiente ad Steph. p. 288 Holſtenio. NIC.

Σίγειον] Σίριν, quod ubique invenitur, Holſtenius reſtituit ib. Salmaſius vero Σεῖριν. NIC. Leon. et Cam. Σίγιον, itidemque interpres, *Sigium*. SYLB. Codex Vindobon. etiam Πλεῖον et Σίγειον, ſed habet ἀυτοὺς pro ἀυτὴν, et ὠνομασθῆναι pro ὠνομάσθαι. I. B.

In Tarento] *Tarenti.* interdum] *certis temporibus.*

Agamemnoniadis — agere] *Agamemnonidis vero ſeorſim die alia propria facere ſacrificia.*

Ferunt — Heracliam] *Tarentinos ferunt, poſtquam huc veniſſent, locum, quem nunc habitant, Heracleam vocaſſe, olim vero, Ionibus illum obtinentibus, Plinum vocatum eſſe.* NIC.

Tarenti, urbis antiquiſſimae, quae cum Troianis temporibus certare poſſit, hiſtoriam ſubtexuit Cluverus in *Italia antiq.* p. 1229. Multos Tarentinis fuiſſe dies feſtos, auctor eſt Strabo lib. 6 p. 420, ubi de horum potentia et luxu loquitur: *Tarentini ingentem ſunt adepti potentiam; ſed poſtmodum luxus apud eos invaluit, ob res ſecundas, ita ut plures publicas feſtivitates per annum celebrarent, quam reliqui eſſent dies; quam ob rem etiam ſtatus reipublicae eſt factus deterior.* Ita fere quoque Euſtathius: *Mirum in modum olim potentes fuerunt Tarentini, ſed luxuries eos perdidit; quod plures apud eos feſti dies per annum, quam alii peragebantur; inſtitutis propter otium ac luxum continuis feriis. Vnde et vulgari proverbio: ἀργοῖς ἀιὲν ἑορτὴ, pigris ſemper eſſe feſtum. Atridae* ſunt Atrei filii, Agamemnon et Menelaus. *Aeacidae*, Aeaci filii et nepotes. *Tydidae*, Diomedes et reliqui qui a Tydeo genus ducunt. *Laertiades*, Ulyſſes, Laertis filius, et qui ab eo oriundi. Ἀγαμεμνονίδης eſt apud Homerum *Odyſſ.* 1, 30 cognomen Oreſtis. *Heraclea* fuit urbs in Lucania, inter Sirin et Acirin, aliquando Siris vocitata, auctore Plinio lib. 3 cap. 11 p. 165. Urbis hiſtoriam verbis Strabonis et Iſacii Tzetz. retulit Cluverus l. c. Holſtenius in annotationibus ad Stephanum Byz. pag. 258 reprehendit Cluverum, qui *Italia* p. 1273 Ἰώνων mutavit in Χώνων. Alter interpres noſter, neſcio qua ratione, longe receſſit a ſententia Ariſtotelis. De parentalibus egit Heraldus ad Arnob. lib. 7. p. 278.

CAP.

Cap. CXV.

Παρὰ δὲ τοῖς Συβαρίταις λέγεται Φιλοκτήτην τιμᾶσθαι· κατοικῆσαι γὰρ αὐτὸν ἐκ Τροίας ἀνακομισθέντα τὰ καλούμενα μαλακὰ τῆς Κροτωνιάδος, ἃ φασιν ἀπέχειν ἑκατὸν εἴκοσι σταδίων, καὶ ἀναθεῖναι ἱστοροῦσι τὰ τόξα τὰ Ηρακλεια αὐτὸν εἰς τὸ τοῦ Απόλλωνος τοῦ Αλίου. ἐκεῖθεν δέ φασι τοὺς Κροτωνιάτας κατὰ τὴν ἐπικράτειαν ἀναθεῖναι αὐτὰ εἰς τὸ Απολλώνιον τὸ παρ' αὐτοῖς. λέγεται δὲ καὶ τελευτήσαντα ἐκεῖ κεῖσθαι αὐτὸν παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν Σύβαριν, βοηθήσαντα Ροδίοις τοῖς μετὰ Τληπολέμου εἰς τοὺς ἐκεῖ τόπους ἀπενεχθεῖσι, καὶ μάχην συνάψασι πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας (τῶν Βαρβάρων) ἐκείνην τὴν χώραν.

Apud Sybaritas aiunt Philoctetem coli, qui ex Troia profugus inhabitavit quae vocantur mollia Crotoniadis, distantia a Troia, ut ferunt, centum viginti stadiis; ac Herculis arcus in Apollinis Halii templo consecravit, quos per vim a Crotoniatis in Apollonium translatos ferunt. Aiunt iis in locis mortuum esse auxilia ferentem Rhodiis, qui cum Tlepolemo ad ea loca delati, contra incolas depugnarant.

Natalis de Comitibvs.

Dicunt eodem modo Philoctetem coli apud Sybaritas, quod cum e Troia ad loca Mollia vocata Crotoniadis fuisset delatus: illa colonis replevit, quae centum et viginti stadiis distare inquiunt, arcusque suos Herculeos in Apollinis Marini templo deposuit. Inde vero narrant Crotoniatas per vim ipsos in Apolliniatum transtulisse. Com-

memorant praeterea ipſum Philoctetem apud fluvium Sybarim vita functum poſitum fuiſſe, cum opem ferret Rhodiis una cum Tlepolemo in ea loca delatis, bellum inferentibus iis, qui regione per id tempus potiebantur.

μαλακὰ] Sic quoque codex Vindob. I. B. Contra Holſtenium, ad Ortelium p. 111. et ad Stephanum p. 196 Μάκαλλα reſcribere iubentem, quod Berkelius quoque approbavit, ad Antonini *itiner.* tuetur Weſſelingius. Nempe Μάκελλα ſ. Μάκαλλα urbs nomen ſuum ἀπὸ τοῦ μαλακισθῆναι ἐν αὐτῇ Φιλοκτήτην, ut Stephanus vult, invenit. Quae ſi vera ſunt, primitus ſine dubio Μαλακὰ dicta fuit, quod, ut fit, depravatum eſt in Μάκελλα ſ. Μάκαλλα. Gemina ſunt apud Iuſtinum 20, 1 fin. *Thurinorum urbem* (Thurium, quae ante Sybaris) *condidiſſe Philoctetem ferunt; ibique adhuc monumentum eius viſitur: et Herculis ſagittae in Apollinis templo, quae fatum Troiae fuere.* NIC.

Κροτωνιάδος] Cod. Vindob. Κροτωνιάτιδος.

αὐτὸν εἰς τὸ] Leon. et Cam. pro αὐτὸν habent αὐτοῦ, *ibi.* SYLB.

τοῦ Αλίου] Αλαίου emendat Weſſelingius, Tzetzae ad Lycophr. 911 et Etymologi auctoritate motus. Illius verba haec ſunt: καὶ παυσθεὶς τῆς ἄλης, Αλαίου Απόλλωνος ἱερὸν κτίζει, οὗ καὶ τὸ τόξον αὐτοῦ ἀνέθετο. Apud hunc eſt Αλαῖος, ὁ Απόλλων. Φιλοκτήτης γὰρ παραγενόμενος εἰς Ιταλίαν, ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἱδρύσατο Απόλλωνος Αλαίου ἱερόν· ἐν ᾧ καὶ τὸ τόξον ἀπέθετο. Mirum non obſervare V. D. Αλαίου Πατερέως, *Alaei Patarei* i. e. Apollinis et templi eius, meminiſſe ipſum Lycophronem v. 920. Inde itaque nomen illi indidit Philoctetes, quod certam hic ſedem nactus errare deſiit. NIC.

τὸ παρ' αὐτοῖς] Hoc commation abeſt a Leon. et Cam. editionibus. SYLB.

τῶν βαρβάρων] etiam haec ab iisdem editionibus abſunt. SYLB.

qui ex Troia — — depugnarant.] *habitaſſe enim illum a Troia reducem Malaca, quae vocentur, agri Crotonienſis, ab urbe* (Crotone), *ut ferunt, centum viginti ſtadiis remota: praeterea illum Herculis ſagittas in Apollinis Alii templo dedicaviſſe narrant, quas per vim a Crotoniatis in Apollonium, quod apud illos eſt, translatas ferunt. Aiunt etiam, illum mortuum ibi ſitum eſſe ad flumen Sybarin, Rhodiis auxiliatum, qui cum Tlepolemo ad illa loca delati, cum barbaris regionem iſtam incolentibus manus conſeruerant.* NIC.

Syba-

Sybaris mentio iam cap. 99 facta eſt. Hiſtoriam vero *Philoctetae*, cui Hercules in Oeta monte moriens arcus et ſagittas dono dedit, habes in Hygini *fabulis* 36 p. 97 et 102 p. 191: in Philoſtrati *heroicis* cap. 5 p. 702. Conf. Natalis Comit. *mythol.* lib. 4 cap. 4 p. 303 et Banier Götterlehre vol. 5 p. 355. Pro Μαλανὰ legendum eſſe Μάκαλλα docuit Holſtenius ad Stephan. p. 196, uſus auctoritate Lycophron. v. 927, ubi Tzetzes ita: Μάκαλλα πόλις Ἰταλίας, ὅπου τάφος καὶ ἱερὸν Φιλοκτήτου ἀγιζευομένου παρὰ τῶν ἐγχωρίων καὶ θυσίας βοῶν δεχομένου, ὥσπερ εἰ θεὸς ἀιώνιος ὑπῆρχεν. Eſt vero (τὰ Μάκαλλα) urbs Italiae, quae quantum diſtet a Crotone (non a Troja, uti falſo interpreti viſum eſt) ipſe noſter edocuit. Conf. Cellarii *geogr.* I. p. 924. *Miror*, inquit Holſtenius, *locum hunc in Italiae deſcriptione effugiſſe Cluverii diligentiam.* In honorem τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἁλίου erant feſta apud Rhodios, quae ἅλια vocabantur, de quibus egit Meurſius in *Graecia feriata*; vid. *Theſaur. antiq.* vol. 7 p. 712. Huius *Apollinis Halaei* templum fuit prope Crotonem a Philoctete exſtructum, cum erroribus ſuis finem ſtatueret, auctore Tzetze. Conf. Cluveri *Ital.* p. 1313. Plura monumenta a Philoctete in Crotoniatum regione exſtructa recenſentur a Strabone lib. 6 p. 390. De *Tlepolemi* in Rhodum fuga memorant Apollodorus lib. 2 cap. 7 p. 195. Pauſanias in *Laconicis*, Diodor. Sic. lib. 4 cap. 58 et lib. 5 cap. 59. Maximus Tyrius *diſſert.* 19. Quin etiam cum Rhodiis perveniſſe in Crotonis fines noſter hoc loco refert. Celebrarunt quoque Rhodii feſtum in honorem eius, Τληπολέμια appellatum. Conf. Meurſii *Rhodus* lib. 1 cap. 5 p. 14 et Heynius ad Apollod. p. 501.

CAP. CXVI.

Περὶ δὲ τὴν Ἰταλίαν τὴν καλουμένην Καλαβρίαν, ἐγγὺς Μεταπόντου, Ἀθηνᾶς ἱερὸν εἶναί φασιν Ἑλληνίας, ἔνθα τὰ τοῦ Ἐπειοῦ λέγουσιν ὄργανα ἀνακεῖσθαι, ἃ εἰς τὸν δούριον ἵππον ἐποίησεν, ἐκείνου τὴν ἐπωνυμίαν ἐπιθέντος. Φανταζομένην γὰρ αὐτῷ τὴν Ἀθηνᾶν κατὰ τὸν ὕπνον ἀξιοῦν ἀναθεῖναι τὰ ὄργανα, καὶ

Circa Italiam, quam Calabriam vocant, iuxta Metapontum aiunt Minervae Graecae templum extare, inque eo Epei, qui et nomen impoſuit, inſtrumenta repoſita, quae ad equi Duriani fabricam compararat. Minervam enim in ſomnis viſam, haec ut opera conſecraret, flagitaſſe; cumque exitus difficultate impediretur, lo-

ca

διὰ τοῦτο βραδυτέρας τυγχάνοντα τῆς ἀναγωγῆς, ἐιλεῖσθαι ἐν τῷ τόπῳ, μὴ δυνάμενον ἐκπλεῦσαι. ὅθεν Ελληνίας Αθηνᾶς τὸ ἱερὸν προσαγορεύεται.

ca implicitum enavigare non potuisse. Vnde Minervae Graecae hodie fanum appellatur.

NATALIS DE COMITIBVS.

Palladis Graecae sacellum in Italia iuxta vocatam Gargariem esse dicunt apud Metapontum, ubi instrumenta sunt Epii, quae ille ad equum ligneum conficiendum paraverat, quod cognomen ille imposuit. affirmant enim quod is per somnum Palladem viderit expetentem, ut opus deponeret, atque cum idcirco tardius illud iter obtineret, in loco convolvebatur, neque enavigare noluit, ex quo Palladis Graecae sacellum appellatur.

Καλαβρίαν] Leon. et Camot. habent Γαργαρίαν, sed Καλαβρίαν probat etiam interpres. Non inconcinne pro accusativo τὴν Ιταλίαν reposueris gen. τῆς Ιταλίας. SYLB.

Μεταπόντου] L. et C. Μεταποντίου; apud Stephanum Byz. utrumque legitur. SYLB. Etiam codex Vindobon. Γαργαρίαν et Μεταποντίου. Et profecto Salmas. in Solin. p. 47 Μετάποντον negabat recte dici posse. Observavi quidem etiam apud Themist. *orat.* 23 p. 285, at similiter, ut opinor, librarii errore. Liber Baro a LOCELLA.

Ειλενίας] Ita pro Ἑλληνίας legendum esse, Hemsterhusius monuit, observante ad Anton. *itin.* p. 490 Wesselingio. Sic enim diserte Etymologus p. 298: Ειλενία, πόλις· καὶ Ειλενία Αθηνᾶ. Φιλοκτήτης γὰρ παραγενόμενος εἰς Ιταλίαν ἱδρύσατο Ειλενίας Αθηνᾶς ἱερόν· ἀπὸ τοῦ ἐν ἐκείνῳ συγκεκλεῖσθαι τῷ τόπῳ. παρὰ τὸ ἐιλῶ οὖν, Ειλενία. Neque hoc turbet quempiam, quod Etymologus de Philoctete narret, quae hic de Epeo praedicantur. Una fuisse videntur, et eadem navi vecti. Unde etiam hic iunguntur dux ac princeps Philoctetes et socius Epeus. NIC.

ἃ εἰς

ἃ εἰς τὸν δούριον] Ad novum opus machinas novas et nova instrumenta opus fuisse, credibile est. Si quis tamen cum Lipsio ad Vell. Paterculum ἃ εἰς in οἷς mutare malit, per me licet. NIC. Cod. Vind. Δούρειον.

τὴν ἐπωνυμίαν] Hoc non ad Metapontum referendum esse, quo Th. de Pinedo ad suum Stephanum p. 462 trahere voluit, sed unice ad Minervae templum pertinere, ex nominis notatione, quam modo ex Etymologico cognovimus, apparet clarissime. Quamquam ex ipso loco nostro res satis lucet. NIC.

τὰ ὄργανα] Leon. et Cam. τὰ ἔργα, itidemque interpres vertit: *ut opera consecraret.* SYLB.

τῆς ἀναγωγῆς] Cod. Vind. διαγωγῆς. I. B.

προσαγορεύεται] idem προσαγορεῦσαι.

Circa Italiam] *eam Italiae partem* —

Minervae Graecae] *Min.ᵉ Ileniae.*

reposita] *dedicata.* Durianî] *Durii.*

opera] *ferramenta.*

cumque — potuisse] *ideoque cum tardius e portu moveret, eum loco isto conclusum enavigare non potuisse, perhibent.* NIC.

Metapontum seu Metapontus, Italiae oppidum in sinu Tarentino, de quo Cluverus *Ital.* p. 1277. Metapontinos in templo Minervae ostentasse ferramenta, quibus equum Trojanum, *divina Palladis arte*, fabricaverat Epeus, memorat etiam Iustinus lib. 20 cap 2, cui *ipse doli fabricator Epeos* conditor Metaponti dicitur, neque noster dissentire videtur, cum oppidum ab eodem nomen traxisse tradit. Alii tamen alium conditorem nominant. Servio ad *Aen.* XI, 540 Metabus, dux Graeci agminis conditor videtur, sicut et Stephano Byzantino. Strabo lib. 6 p. 406 ad Pylios, qui cum Nestore ab Ilio navigarunt, Metaponti originem refert. Quam dissensionem tollere potuisset V. Paterculus, nisi initium eius libri temporum iniuria periisset. His enim verbis incipit primus, quem habemus hodie, liber: — *tempestate distractus a duce suo Nestore, Metapontum condidit.* Conf. Salmas. ad Solin. p. 46. Equus Trojanus dicitur et δούρειος et δουράτεος, quod cognomentum etiam Latini traduxerunt suam in linguam. Lucretius I, 477:

Nec clam durateus Trojanis Pergama partu
Inflammasset equus nocturno Grajugenarum.

Conf. Gifanii index in Lucretium v. *Durateus.*

CAP. CXVII.

Λέγεται δὲ περὶ τὸν ὀνομαζόμενον τῆς Δαυνίας τόπον, ἱερὸν εἶναι Ἀθηνᾶς Ἀχαΐας καλούμενον, ἐν ᾧ δὴ (καὶ) πελέκεις χαλκοῦς καὶ ὅπλα τῶν Διομήδους ἑταίρων καὶ αὐτοῦ ἀνακεῖσθαι.

Ferunt et circa Dauniae locum, templum esse Minervae Achaicae, in quo secures aereae, armaque cum Diomedis, tum sociorum eius collocata sint.

NATALIS DE COMITIBVS.

Asserunt circa locum Dauniae vocatum, sacellum esse Palladis dictum Achaiae, in quo secures sunt aereae, sociorumque Diomedis et ipsius praecipue, arma deposita.

καὶ πελέκεις] Inclusa καὶ, abest a Leon. et Cam. edit. SYLB.

circa Dauniae locum] *circa Dauniam, quae Italiae est regio.*

collocata] *fixa.* NIC.

Daunia pars Apuliae a Dauno duce, Diomedis socero, dicta, in qua regione Diomedes multas condidisse urbes dicitur. Conf. Servius ad *Aen.* XI, 246. Strabo lib. 6 p. 434: καὶ ἄλλα πολλὰ δείκνυται τῆς Διομήδου ἐν τούτοις τοῖς τόποις δυναστείας σημεῖα. ἐν μὲν τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερῷ τῆς ἐν Λουκερίᾳ, παλαιὰ ἀναθήματα. *Multa alia exstant vestigia, quae Diomedis in ea regione fuisse testentur dominationem, utpote Luceriae* (quae est Dauniorum urbs) *vetusta donaria in fano Minervae.* De statuis, quas sibi Diomedes in Daunia passim erexit ex iis saxis, quae secum e Troianis ruinis in navi advexerat, vid. Natalis Com. *mythol.* lib. 7 cap. 5 p. 717.

CAP. CXVIII.

Ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ φασὶν εἶναι κύνας οἳ τοὺς ἀφικνουμένους

Aiunt et isthic canes esse, qui venientes Graecos iniuria nul-

la

τῶν Ελλήνων οὐκ ἀδικοῦσιν, ἀλλὰ σαίνουσιν ὥσπερ τοὺς συνηθεστάτους.

la impetant, ſed tanquam familiariſſimis blandiantur.

NATALIS DE COMITIBVS.

Canes eſſe inquiunt in eo loco, qui accedentes Graecos nulla afficiunt iniuria, ſed blandiuntur, tanquam eſſent domeſtici.

Alebantur canes in templo Minervae Achaicae, quorum mores ſimiles celebrantur avium Diomedearum, quae, ut ait Plinius lib. 10 cap. 44 p. 569, barbaros clangore infeſtabant, Graecis tantum adulabantur, miro diſcrimine. Conf. quae a nobis ſcripta ſunt ad cap. 80. Gyraldus in *ſyntagmate* undecimo *de diis*, quod eſt in eius *operum* volumine I p. 347, et Rhodiginus in *lection. antiq.* lib. 23 cap. 30 p. 1313, iſtos canes in templo Minervae Iliados fuiſſe referunt; neſcio quo auctore; cum noſter non Iliados, ſed Achaicae Minervae meminit, neque alium invenio ſcriptorem, qui eiusdem fabulae mentionem iniecerit. Simile de canibus Vulcani templum cuſtodientibus narrat Aelianus XI, 5, qui rite adeuntibus blandirentur, ſceleratos morſu invaderent, impuros vero abigerent tantum. Conf. Gratii *cyneget.* v. 449.

CAP. CXIX.

Πάντες δὲ οἱ Δαύνιοι καὶ πλησιόχωροι αὐτοῖς μελανειμονοῦσι καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, διὰ ταύτην (ὡς ἔοικε) τὴν αἰτίαν. τὰς γὰρ Τρωάδας τὰς ληφθείσας αἰχμαλώτους, καὶ εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους ἀφικομένας, εὐλαβηθείσας μὴ πικρᾶς δουλείας τύχωσιν ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς πατρίσι

Porro omnes Daunii accolaeque tam viri quam feminae atratis tantum veſtibus utuntur, ea nimirum de cauſſa, quod Trojanae mulieres, dum captivae ad ea loca eſſent traductae, metuentes ne gravem ſervitutem ſub mulieribus Graecis experirentur (nam tum ea loca inhabitabant) naves incende-

 runt,

προϋπαρχουσῶν τοῖς Αχαιοῖς γυναικῶν, λέγεται τὰς ναῦς αὐτῶν ἐμπρῆσαι, ἵν' ἅμα μὲν τὴν προσδοκωμένην δουλείαν ἐκφύγωσιν, ἅμα δ' ὅπως μετ' ἐκείνων μένειν ἀναγκασθέντων συναρμοσθεῖσαι, κατάσχωσιν αὐτοὺς ἄνδρας. πάνυ δὲ καὶ τῷ ποιητῇ καλῶς πέφρασαι περὶ αὐτῶν. ἑλκεσιπέπλους γὰρ καὶ βαθυκόλπους ἐκείνας, ὡς ἔοικεν, ἰδεῖν ἔξιν.

runt, tum ut jugum fervile effugerent, tum ut viros, manendi neceſſitate impoſita, detinerent. Unde recte a poeta dictum eſt, pepla trahentes, profundisque ſinibus illas videre, ut apparet, iſthic licet.

NATALIS DE COMITIBVS.

Omnes vero Daunii et accolae ipſorum tum viri tum mulieres iuſta de cauſſa, ut conſtat, nigris veſtibus induuntur. Nam Trojanas captivas in eum locum deductas aiunt, verentes ne aſperam et moleſtam ſerviendi rationem ſortirentur a mulieribus, quae aderant Achaeis in eorum patria, naves ipſorum incendiſſe: ſimul ut expectatam ſervitutem declinarent, ſimul ut illi ſecum manere cogerentur rem machinantes, et eos maritos haberent praeclare ſane dictum eſt Trojanarum more apud poetam. Cuiusmodi ex hiſce temporibus mulieres intueri licet veſtes trahentes, et profundis ſinibus ſuccinctas.

πλησιόχωροι αὐτοῖς] Leon. et Cam. habent αὐτῶν. SYLB.

βαθυκόλπους ἐκείνας] eaedem καὶ ἐκείνας; recte. Iam Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους Homerus cum alibi dicit, tum *Il.* η, et Δαρδανίδας βαθυκόλπους *Il.* σ. SYLB.

mulieres — traductae] *quae captae eſſent, et ad ea loca veniſſent.*

Grae-

Graecis — licet] *quas Achivi ante in patriis in matrimonio habuissent, experirentur, naves incenderunt, tum ut iugum servile, quod timebant, effugerent, tum ut viros ipsos, manendi secum necessitate illis imposita, cum eis coniunctae possiderent. Unde recte de iis poeta dixit. Nam pepla trahentes, profundisque sinibus illas videre isthic licet.* NIC.

Incolae longis ac pullis utebantur vestibus, propterea quod cum Diomedes eo delatus est, cum captivis Trojanis, loci opportunitate captus, e navi descendens ad speculanda loca, relictae in navium statione mulieres captivae Trojanae, ne in Graeciam servitum ducerentur Graecorum uxoribus, naves incenderunt, et propterea ibi constitisse ferunt eo utentes habitu. Quam historiam complures memorarunt, qui tamen inter se variis in rebus dissentiunt. Conf. Polyaenus in *strategem.* lib. 8 cap. 25 p. 479. Dionys. Halicarn. lib. 1 edit. Wechelian. anni 1586. fol. p. 42 et 58. Plutarchus vol. 2 p. 243 *de virtutibus mulierum.* Tzetzes ad Lycophr. 921.

CAP. CXX.

Ἐν δὲ τοῖς Πευκετίνοις εἶναί φασιν Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ἐν ᾧ τὴν διωνομασμένην ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις χαλκῆν ἔλικα ἀνακεῖσθαί λέγουσιν, ἔχουσαν ἐπίγραμμα, Διομήδης Ἀρτέμιδι. μυθολογεῖται δὲ ἐκεῖνον ἐλάφῳ περὶ τὸν τράχηλον περιθεῖναι, τὴν δὲ περιφῦναι· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εὑρισκομένην ὑπὸ Ἀγαθοκλέους ὕστερον, τοῦ βασιλέως Σικελιωτῶν, εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν ἀνατεθῆναί φασιν.

In Peucetinis Dianae templum est, in quo locatum est celebre illud aereum fertum, inscriptione hac insignitum, Diomedes Dianae. Id fabulantur ab eo collo cervino applicitum accrevisse, itaque deinceps hoc pacto inventum, ab Agathocle Siculorum rege, in Iovis templum locatum.

NATALIS DE COMITIBVS.

Dianae ſacellum apud Picentinos eſſe inquiunt, in quo ferunt eſſe depoſitum aereum torquem vocatum in iis locis inſcriptum habentem: Diomedes Dianae. Fabulantur quod illum is circa cervi collum poſuerit, atque illa excreverit. Quo pacto ab Agathocle Siculorum regè inventus in Iovis templo fuit depoſitus.

τὸν τράχηλον] Leon. et Cam. neutro genere τὸ τράχηλον; parum uſitate. SYLB.

τὴν δὲ περιφῦναι· καὶ — ὕστερον] haec verba omnia abſunt a codice Vindobonenſi. I. B.

ὑπὸ Ἀγαθοκλέους] De Agathocle quod hic memoratur, Ariſtotelis tempora fere excedit. Nam Ariſtoteles, natus Olympiade XCIX, deceſſit anno aetatis LXIII; ut teſtatur Dionyſius Hal. Agathocles autem inclareſcere coepit Olympiade CXV, ut tradit Diodorus Siculus initio libri 19. Unde ſuſpicari liceat, Ariſtotelicis non nulla ab aliis eſſe admiſta; non nulla etiam detracta, quod accidit etiam Problematis. SYLB.

ἐις τὸ τοῦ Διὸς] Suſpicor τῆς θεοῦ pro Διὸς, quae ſexcenties permutantur. In Dianae, non Iovis templo dedicatus erat torques. F. C. MATTHIAE.

in quo — inſignitum] *in quo, ut ferunt, celebratiſſima iis in terris aerea torques dicata eſt, hac cum inſcriptione, Diomedes Dianae. Illam fabulantur ab eo collo cervi circumdatam* — NIC.

inventum] *inventam.* locatum] *ſuſpenſam.*

Peucetia, pars Italiae, aliis nominibus, inquit Plinius, Calabria et Meſſapia dicta. Inde apud Ovidium: *Peucetii ſinus;* quare interpres rectius vocaſſet *Peucetios.* Conf. cap. 79 p. 154. Plurimi veteres crediderunt, cervos aevi longioris vitam ſortitos eſſe, ad quam opinionem probandam enarrarunt, captos eſſe ſubinde cervos torquem aeneum in collo geſtantes, cui nomen inſcriptum fuerit illius, qui torquem ante aliquot ſaecula addidiſſet. Cuius modi exemplum attulit Plinius lib. 8 cap. 32 p. 458: *Vita cervis in confeſſo longa poſt centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat, adopertis iam cute in magna obeſitate.* Pauſanias in *Arcadicis* p. 620: *Arcades aiunt Arceſilaum quendam in Lycoſura habitantem, vidiſſe cervam ſacram ſenio gravatam, cui torques circa collum fuerit hoc verſu inſcripta: Hinnulus excipior ſolvente Agapenore Troiam; quo quidem teſtimonio confirmari poteſt cervum etiam elephanto longe vivacius animal eſſe.* Recentius exemplum attulit Harduinus

nus ex Guaguini *hist. Franc.* lib. 9 cap. 3, qui perhibet, Caroli sexti temporibus prope Silvanectum, (Senlis) canum latratibus excitatum esse cervum, compulsumque in retia, qui torquem aeneum in collo gestaret. Erat in torque Latinis litteris inscriptum: *Hoc me Caesar donavit*, interpretantibus non nullis, inquit, id de Iulio Caesare accipiendum esse. Sed iam Aristoteles de longaevitate cervorum dubitavit; quin etiam idoneis sane argumentis, petitis a tempore uterum ferendi atque incrementis hinnulorum, eam negavit, ut mirum videri possit, recentiores potius sententiae Plinii, Solini, Columellae 9, 18, aliorumque, qui vulgo crediderunt, accessisse, quam summi philosophi. Vid. Aristot. *hist. an.* lib. 6 p. 770 ed. Scalig. Hodie inter omnes constat, aetatem cervorum et boum esse fere eandem. Conf. Buffon *hist. nat.* edit. Lipsiensis vol. 3, 2 p. 52 et Döbels Jägerpraktik I p. 5. Mellin Anweisung zur Anlegung der Wildbahnen. Berlin 1779. 4 p. 139 et Thom. Brown in *Pseudodoxia epidemica; or enquiries into very many received tenents.* lib. 3 cap. 9.

CAP. CXXI.

Εν τῇ ἄκρᾳ τῆς Σικελίας τῇ καλουμένῃ Πελωριάδι τοσοῦτον γίνεσθαι κρόκον, ὥστε παρά τισι μὲν τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις κατοικούντων Ελλήνων, μὴ γνωρίζεσθαι ποῖόν τι ἐστὶ τὸ ἄνθος. ἐπὶ δὲ τῆς Πελωριάδος ἁμάξας καταμολίζειν μεγάλας τοὺς βουλομένους, καὶ κατὰ τὴν ἐαρινὴν ὥραν τὰς στρωμνὰς καὶ τὰς σκηνὰς ἐκ κρόκου κατασκευάζειν.

In Peloro Siciliae promontorio tanta copia provenit crocus, ut a quibusdam etiam inquilinis Graecis flos cuiusmodi sit haud internoscatur; curribus magnis hunc comportant, quibus libitum est. Tum vero strata ex eo scenasque construunt.

NATALIS DE COMITIBVS.

In promontorio Siciliae Peloro nominato tantam croci copiam nasci inquiunt, ut a non nullis Graecis, illa loca habitantibus, non dig-

dignoſcatur qualis ſit flos, atque in Peloro ea magna plauſtra volentibus afferre aiunt, cum etiam per vernum tempus et thoros et umbracula faciant ex croco.

τοσοῦτον γίνεσθαι κρόκον] Primae capitis particulae mendum ineſſe videtur: quomodo enim cohaerent illa: *in Peloro tanta croci copia naſcitur*, ὥϛε παρά τισι, μὴ γνωρίζεσθαι, ποῖόν τι ἐϛὶ τὸ ἄνθος? Hinc equidem ſuſpicor auctorem de diverſa croci ſpecie loqui; ſcripſiſſe vero non τοσοῦτον, ſed τοιοῦτον. F. C. MATTHIAE.

τοὺς βουλομένους] Alii τοῖς βουλομένοις, ſed non minus apte accuſativo caſu legeris τοὺς βουλομένους. SYLB.

curribus] *ibidem cum curribus* — *Tum vero verno tempore* — NIC.

Pelorum, Pelorus, Peloris ſeu Pelorias, Πέλωρις (Πελωρίδος) et Πελώριας (Πελωριάδος) promontorium eſt Siciliae, quod hodie dicitur accolis *Capo di faro*, a freto quod vulgo vocatur *La Faro*; et *Capo della torre di faro*, a pharo ſeu turri, quae ad dirigendos navium curſus in eo aedificata eſt. Vid. Cluveri *Sicil.* p. 79. Croci hiſtoriam contexui in Beyträgen zur Geſchichte der Erfindungen vol. I p. 79, ubi ſimul argumentis graviſſimis probavi, veterum crocum eſſe plantam eandem bulbiferam, cuius flores autumnales praebent filamenta iſta, (ſtigmatis apices, Latinis quae *ſpicae* dicebantur) quorum uſus in arte et tinctoria et coquinaria et pharmaceutica adhuc frequens eſt. Crocus, interdum vino tritus, quo fortior eſſet odor, ſpargebatur antiquitus in theatris. Exempla collegit Beroaldus ad Suetonii *Neron.* cap. 25 p. 54. Plin. 21 cap. 6 p. 239. Spartianus in *vita Adriani* cap. 19. Morem quoque fuiſſe, crocum ſpargendi in lecto nuptiali probant verba Martiani Capellae:

Conſcia iam Veneris nova ſerta parate Napaeae,
Crocumque lecto ſpargite. — —

Provenit haec planta large in Sicilia, auctore Plinio, qui magnam nobilitatem tribuit croco Centuripinio Siciliae. Croci cultus venit ex oriente in Europam, ſed haec Ariſtotelis verba probare videntur, eſſe plantam Siciliae indigenam, ubi eius cultus adhuc durat, etſi non magnus. Vid. *Agricoltura, prodotti e Commercio della Sicilia, dell' Abate* Domenico Seſtini. vol. I. Ceterum croco Trojanis temporibus iam fuit honos, nam crocon laudavit Homerus, quod recte notavit Plinius l. c. quare mirum praedicat noſter, quod Graeci promontorio accolentes magnam vim croci, quem ipſi non penſi habebant, concederent iis, qui eo vel lectos et theatra conſternerent.

CAP.

CAP. CXXII.

Φησὶν εἶναι ὁ Πολύκριτος ὁ τὰ Σικελικὰ γεγραφὼς ἐν ἔπεσιν, ἔν τινι τόπῳ τῆς μεσογείου, λίμνιόν τι ἔχον ὅσον ἀσπίδος τὸ περίμετρον. τοῦτο δ' ἔχειν ὕδωρ διαυγὲς μὲν, μικρῷ δὲ θολερώτερον. εἰς τοῦτ' οὖν ἐάν τις εἰσβῇ, λούσασθαι χρείαν ἔχων, αὔξεσθαι εἰς εὖρος· ἐὰν δὲ καὶ δεύτερον, μᾶλλον πλατύνεσθαι· τὸ δὲ πέρας ἕως εἰς πεντήκοντα ἀνδρῶν ὑποδοχὴν μεῖζον γενόμενον διευρύνεσθαι. ἐπειδὰν δὲ τοῦτον τὸν ἀριθμὸν λάβῃ, ἐκ βάθους πάλιν ἀνοιδοῦν, ἐκβάλλειν μετέωρα τὰ σώματα τῶν λουομένων ἔξω ἐπὶ τὸ ἔδαφος. ὡς δ' ἂν τοῦτο γένηται, εἰς τὸ ἀρχαῖον πάλιν σχῆμα τῆς περιμέτρου καθίσασθαι. οὐ μόνον δὲ ἐπὶ ἀνθρώπων τοῦτο περὶ αὐτὸ γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐάν τι τετράπουν εἰσβῇ, τὸ αὐτὸ πάσχειν.

Polycritus, rerum Sicularum ſcriptor, loco mediterraneo ſtagnum eſſe ait ambitu ſuo ſcutum nihil excedens, aqua reſplendente quidem, ſed turbulentiore non nihil; in quem ſi quis lavandi gratia ingrediatur, in latum extendi. Quod ſi iteret, amplius dilatari, adeo ut amplificatum ſpatium quinquaginta etiam viros capiat. Verum ad eam iam menſuram diffuſum ex imo intumeſcere, corporaque lavantum in ſublime rapta foras in pavimentum ſternere, ac mox ad veteris anguſtiae ſpatium contrahi. Atque id non ſolum humanis corporibus, ſed quadrupedibus etiam ingreſſis uſu venire perhibent.

NATALIS DE COMITIBVS.

Scriptum reliquit is Polycritus, qui res Siculas carminibus complexus eſt, in loco quodam mediterraneo ſtagnum quoddam eſſe exi-

guum ambitum clypei habentem, atque id aquam habere pellucidam ac reliqua non turbulentiorem. Si quis igitur ſe loturus in hunc devenerit, in magnum ſpatium dilatatur: quod ſi rurſus, multo etiam magis, dilatatur denique in tantum ſpatium, quantum ad capiendos quinquaginta homines ſufficiat, quem numerum ubi ceperit, rurſus ex profundo extumeſcit, corporaque ſe lavantium in ſublime extollit extra ſe in ſolum aridum. Quod cum factum fuerit, iterum in prioris ambitus formam decreſcit. Neque in hominibus ſolum illud efficit, ſed etiam ſi quadrupedes eadem de cauſſa ingrediantur.

μικρῷ δὲ θολερώτερον] Leon. et Cam. ὀυ μικρῷ. Interpres nobiſcum: *ſed turbulentiore non nihil.* SYLB. Etiam cod. Vind. ὀυ μικρῷ.

ἐὰν δὲ καὶ δεύτερον] δεύτερον agnoſcit idem interpres: *quod ſi iteret.* ſed fortaſſe rectius δεύτερος. SYLB.

ὑποδοχὴν μεῖζον] Cod. Vind. ὑπεροχῆς μεῖζον. I. B.

ὡς δ' ἂν] pro ὅταν δέ. SYLB.

rerum Sicularum] *qui de rebus Siculis carmen ſcripſit, in loco* — De Polycrito Voſſ. *de hiſt. Gr.* lib. 3 p. 405 adeatur. NIC.

reſplendente — non nihil] *pellucida quidem, at aliquantulum tamen turbida* — Quod ſi iteret] *quod ſi alter quoque accedat,*

in pavimentum ſternere] *in terram eiicere.* NIC.

Polycritus, qui res Siculas carmine heroico panxit, eſt haud dubie idem ille, qui a Diog. Laertio vocatur Mendaeus et dicitur ſcripſiſſe hiſtoriam Dionyſii. Μένδαι fuit urbs Siciliae et Dionyſius Siciliae tyrannus. Conf. Menagius ad Laert. lib. 2, 63 p. 106. Polycrito auctore uſi ſunt et Plutarchus in *Alex.* p. 691 et Plin. lib. 31 cap. 2 et Antigonus Caryſt. cap. 150. Polycritus Mendaei filius, medicus, laudatur a Plutarcho in *Artaxerxe* p. 1021.

Lacum exiguum, τὸ λίμνιον, eundem eſſe exiſtimo, de quo Strabo lib. 6 p. 421: *Circa Agrigentum lacus ſunt guſtu quidem marino, at natura plane diverſa: nam et natandi inſcii non ſubmerguntur; ſed lignorum in morem*

morem ſupernatant. Aqua illa lacuſtris fortaſſe adeo ſalis dives fuit, ut gravitas eius ſpecifica, uti loquuntur phyſici, maior fuerit ea, quam habent corpora hominum caeterorumve animalium. Salis Agrigentini mentionem fecerunt Plin. 31 cap. 7 et Solinus cap. 11. Neque hodie deſunt ſalis coctūrae circa urbem Agrigentinam. Vid. Cluveri *Sicilia* p. 371. Pro δεύτερον, quod agnoſcit interpres, videtur legendum eſſe δεύτερος, ut ſit ſententia: *ſi et alter ingrediatur, lacum amplius etiam dilatari.* Fontem, cuius aqua intrantes eiaculatur, in India etiam eſſe, perhibuit Cteſias in Photii *biblioth.* p. 155 edit. Hoeſchelii: *Fons in Indiis eſt quadrata forma, quinque circiter ulnarum ambitu; huius aqua ita intra ſaxum continetur, ut a libra ad ipſam trium cubitorum ſpatium intercedat, aqua vero ipſa trium ſimiliter ulnarum altitudinem teneat. Lavant in ea Indorum ſpectatiſſimi quique, cum uxoribus et liberis; et natant in pedes ſe coniicientes. Nam quando inſiliunt, eiaculatur eos aqua ſurſum. Neque homines ita ſolummodo in ſublime iacit, ſed quodvis etiam animal, vivum illud ſit ſive mortuum, in ſiccam eiicit terram; immo et quaecunque in eam iniiciuntur; ſi ferrum, aurum, aes et argentum, quae ſola in fundum demittit, excipias. Aqua ipſa perfrigida eſt et potu ſuavis, quae et ſtrepitum edit magnum, qualis in lebete bullientis. Sanat haec vitiligine et ſcabie laborantes, vocaturque lingua Indica Ballade id eſt utilis.* Vid. Herodoti editionem adornatam a Iungermanno pag. 666. Eandem narrationem repetiit Antigonus Car. cap. 165. Huic fabulae originem dediſſe videtur talis fons, qualis in Dioeceſi Paderbornenſi habetur. Conf. Furſtenbergeri *monumenta Paderbornenſia.* p. 217 – 224.

CAP. CXXIII.

Εν δὲ τῇ ἐπικρατείᾳ τῶν Καρχηδονίων φασὶν ὄρος εἶναι ὃ καλεῖται Γώνιον, παντοδαπῆς μὲν ὕλης γέμον, πολλοῖς δὲ διαπεποικιλμένον ἄνθεσιν· ὥσε τοὺς συνεχεῖς τόπους ἐπὶ πολὺ μεταλαμβάνοντας τῆς εὐωδίας αὐτοῦ, ἡδίσην τινὰ τοῖς ὁδοιποροῦσι προσβάλλειν τὴν ἀναπνοήν. πρὸς δὴ τοῦτον τὸν τόπον κρήνην ἐλαίου

In Carthaginienſium ditione, ferunt montem Comium cum omnigena rerum materia, tum in primis variegatis floribus refertum eſſe. Unde contigua loca ſuaveolentia participantes, viatoribus reſpirationem gratiſſimam reddunt. Iuxta autem fontem oleo fluentem eſſe, ac odore, cedri guttis non abſimili. Verum,

φασὶν εἶναι, τὴν δὲ ὀσμὴν ἔχειν τοῦ κέδρου τοῖς ἀποπτίσμασιν ὁμοίαν. δεῖν δὲ φασι τὸν προσιόντα πρὸς αὐτὴν ἀγνεύειν· καὶ τούτου γινομένου, πλεῖον ἀναβλύζειν αὐτὴν τὸ ἔλαιον, ὥστε ἀσφαλῶς ἀρύεσθαι.

ut inquiunt, tantum imperitos naturae eius oportet accedere; quibus adeo copiose scaturit oleum ut hauriri etiam queat.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Carthaginensium ditione montem esse dicunt, cui nomen est Gonio, variarum arborum frequentia consitum, multisque florum generibus variatum, ita ut vel in proxima atque etiam longinqua loca florum suavissimas odor redundet, iucundissimamque praebeat viatoribus exhalationem. Hoc in loco fontem aiunt esse olei, qui odorem habet cedri ramentis simillimum, atque asserunt oportere accedentem ad ipsum fontem rem ignorare, quod ubi factum sit effervet magna olei copia, atque is tuto potest haurire.

Γώνιον] Cod. Vindob. Ουνίον.

τῆς ἐυωδίας αὐτοῦ] idem αὐτῶν.

τοῦ κέδρου] idem τῆς κέδρου, et sic scribi debere recte suspicatus est Pierf. ad Moer. p. 232. L. B. A LOCELLA. Κίτρου legit Vitruvius. NIC.

τοῖς ἀποπτίσμασιν] interpres habet *guttis;* quasi legerit ἀποπτύσμασι. fortasse non minus verum ἀποπρίσμασι. SYLB. Cod. Vind. ἀποπτιὰ.

ἀγνεύειν] Quidam codices habent ἀγνοεῖν; itidemque interpres: *tantum imperitos naturae eius oportet accedere.* Sed ἀγνεύειν seu ἀγνεύειν verius esse, manifestum est ex Sotione. SYLB. Cod. Vindob. ἄγνον εἶναι.

ἀναβλύζειν] idem ἀναλύειν.

Co-

Comium — reddunt.] *Gonium cum omnis generis materia, tum in primis floribus quam plurimis veſtitum eſſe. Unde contigna loca, quibus ille fragrantiam ſuam liberaliter impertitur, viatoribus halitum obiiciunt gratiſſimum —*

cedri guttis] *cedri ſcobi.*

tantum imperitos naturae eius] *caſtos.*

haurire etiam] *haurire facile queat.* NIC.

Fons, de quo hic ſermo eſt, fuit in ea Siciliae parte, quam tenuerunt Carthaginienſes, quam Halyco ſeu Platano amne ab Agrigentinorum agro diſtinctam fuiſſe, probat Cluverus *Sicil.* lib. 1 cap. 17. Loquitur de eodem fonte Athenaeus lib. 2 p. 42: *In Carthaginienſium ditione fons eſt, in quo liquor innatans oleo eſt ſimilis, colore nigrior, quo excepto ad iumentorum oviumque ſcabiem utuntur.* Loquitur vero de Sicania, quam regionem Agrigentinis finitimam fuiſſe conſtat e Stephano Byz. p. 599. Sotion in libello de fluminibus: Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ κατὰ Καρχηδόνα κρήνην εἶναι ἐλαίου προσηνεσέραν. Noſtro auctore uſus eſt etiam Vitruvius lib. 8 cap. 3: *Item Carthagini fons eſt, in quo natat inſuper oleum odore, uti ſcobis citreae, quo oleo etiam pecora ſolent ungi.* Vitruvius, qui Carthagine prodit eſſe fontem, non recte intellexiſſe videtur Ariſtotelem, qui de Carthaginienſium ditione in Sicilia loquitur. Eſt vero illa pinguedo ſine omni controverſia naphtha, quod oleum minerale aquae innatare, ſed paulatim in petroleum impurius abire et in aſphaltum tandem indurare ſolet. Cluverus *Sicil.* p. 371 fontem, de quo noſter ſcribit, eum eſſe credit, de quo Fazellus *decad.* 1 lib. 10 ita: *Non procul a Bivona eſt fons oleo ſcatens, a quo nomen habet. Mons excelſus Bivonae ſupereminet, a roſis appellatus, herbis ſuis praecipuam eamque ingenitam virtutem praeſtans; quas herbilegi, undique confluentes affatim, vel brutorum ſaluti vel hominum valetudini accommodas decerpunt ac colligunt.* Eiusdem aquae bituminoſae fontes a compluribus commemorati ſunt. Pertinent huc Vitruvii verba, praeter ea, quae iam attulimus: *Alii fluvii, qui per pingues terrae venas profluentes uncti oleo erumpunt, uti Solis* (quod oppidum eſt Ciliciae) *flumen nomine Liparis, in quo natantes, aut lavantes ab ipſa aqua unguntur. Similiter Aethiopiae locus eſt, qui unctos homines efficit, qui in eo nataverint, et in India, qui ſereno caelo emittit olei magnam multitudinem. — Zacyntho et circa Dyrrachium et Apolloniam fontes ſunt, qui picis magnam multitudinem cum aqua vomunt. Babyloniae lacus ampliſſima magnitudine, qui Limne aſphaltis appellatur, habet ſupra natans liquidum bitumen, quo bitumine et latere teſtaceo ſtructo muro Semiramis circumdedit Babylonem. Item Ioppe in Syria Arabiaque Numidarum lacus ſunt immani magnitudine, qui emittunt bituminis maximas moles, quas diripiunt, qui habitant circa. Id autem non eſt mirandum, nam crebrae ſunt ibi lapicidinae bituminis duri. Cum ergo per bituminoſam terram vis erumpit aquae, ſecum*

secum extrahit, et cum sit egressa extra terram secernitur, et ita reiicit ab se bitumen. De flumine, quod Liparin vocat, enarravit etiam Antigonus Car. cap. 150, qui et ipse aliud exemplum habet cap. 154. Conferantur Dioscorid. lib. 1 cap. 100. Plin. lib. 35 cap. 15 p. 715. Solinus cap. 11 et Salmas. in *exercit.* p. 89. Strabo lib. 9 p. 673 de oleo Pelei aquae supernatante. Lucius Ampelius in *libro memoriali* p. 142, qui Graevianae editioni Flori adiunctus est. Cteſiae *Indica* apud Photium p. 158. Stukii scholia in Arriani *periplum Ponti Euxini* p. 92. Gratii Falisci *cyneget.* v. 434 - 460, ubi Vlitius Aristotelis nostri verba varie illustrat. Quae mineralogi recentiores de aquis bituminosis edocuerunt, ea legas velim in F. A. Cartheuser *rudimentis hydrologiae systematicae* §. 51 pag. 79.

CAP. CXXIV.

Φασὶ καὶ ταύτης τῆς κρήνης πλησίον εἶναί τινα πέτραν, αὐτοφυᾶ, μεγάλην τῷ μεγέθει. ταύτης οὖν λέγουσιν, ἐπειδὰν μὲν ᾖ θέρος, φλόγα ἀναπίπτειν πυρός. χειμῶνος δὲ γενομένου, ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου κρουνὸν ὕδατος ἀναῤῥαίνειν, οὕτω ψυχροῦ, ὥστε χιόνι συμβαλλόμενον, μηδὲν διαφέρειν. καὶ τοῦτό φασιν οὐκ ἀπόκρυφον οὐδὲ μικρὸν χρόνον φαίνεσθαι, ἀλλὰ τὸ μὲν πῦρ ἀνιέναι τὴν θερείαν ὅλην, τὸ δὲ ὕδωρ πάντα τὸν χειμῶνα.

Iuxta eum fontem sponte natam petram ferunt iusta magnitudine, ex qua ferunt, caloribus aestivis, ignis flammam exilire, hyeme autem aquae voraginem effundi. [Itaque igni (nivi) collatum nihil differre. Atque hoc arcanum tempore non exiguo cerni; ignem enim aestate tota emitti, aquam vero omni tempore].

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Dicunt praeterea petram quandam esse apud eundem fontem natam magnitudine non exigua, quae ubi fuerit aestas igneam flammam emittit; per hiemem vero ex eodem loco rivus aquae solet defluere. Neque hoc fit per exiguum quoddam tempus, sed per universam aestatem scatet ignis; per reliqua omnia anni tempora aquae erumpunt.

ταύτης οὖν] Cod. Vindob. ταύτην οὖν.

ἀναπίπτειν] interpres videtur legisse ἀναΐσσειν dum vertit *exsilire*. Posses etiam legere ἀνάπτειν, ut cap. 125; vel ἀναῤῥίπτειν, ut seq. v. ἀναῤῥαίνειν. SYLB. Cod. Vindob. ἀναπέμπειν πυρός. I. B.

ἀναῤῥαίνειν, ὅυτω ψυχροῦ] Operae pretium fuerit observare qualis perturbatio hic esset in superioribus editionibus, ita ut vel Oedipus ipse hic haesitare potuisset. Nam in illis post hoc ἀναῤῥαίνειν legitur ὅυτω καὶ τὸ δύο κόρακες εἶναι διὰ τέλους &c. usque ad λευκόν; quae omnia verba ad illum locum pertinent, ubi a me posita vides cap. 149. Quae autem in horum locum reposui verba, nimirum ὅυτω ψυχροῦ &c. usque ad χειμῶνα (sic enim legendum, non χρόνον) in aliis editionibus habentur eo loco, qui est cap. 141. Nam post τοὺς βοῦς τοὺς ἀγρίους πολὺ μεγίσους ἁπάντων τῶν ἐν τοῖς, sequitur ψυχροῦ ὥσε χιόνι — — cum legendum sit ἁπάντων τῶν ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι γίγνεσθαι, quae verba a me pro illis reposita fuerunt, translata nimirum ex loco, qui est cap. 149. Nam post haec verba ἱερωσύνην ἔχοντος, in illis habetur θαυμαστὸν δὲ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι γίγνεσθαι; cum θαυμαστὸν initium sit sententiae ad alium locum pertinentis, illa item verba τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι γίγνεσθαι alius loci sententiam claudant. Sed et γίγνεται male pro γίγνεσθαι legitur illic. Quam vereor ne aliquae huius modi sint in aliis etiam auctoribus μεταθέσεις, quas dum non perspicimus, multum, sed frustra, nos torquemus. STEPH. In codice vero Vindobonensi post χειμῶνα sequitur περὶ δὲ τοῦ ποροθμοῦ, quod iam initium est capitis 142, usque ad finem capitis 149. Nam post λευκὸν sequitur λέγεται δὲ περὶ τὴν τῶν Σιντῶν καὶ Μεδῶν, quod initium est capitis 125. I. B.

τὴν θερείαν] Cam. θερίαν sine diphthongo. SYLB.

iussa

iusta — — effundi] *ampla magnitudine, ex qua dicitur caloribus aestivis, ignis flamma exilire, hieme autem aquae scatebra emicare, tam frigidae, ut cum nive collata, nihil differat. Et hoc affirmant non occulte, neque brevi tempore fieri; sed ignem tota aestate, aquam vero hieme tota erumpere.* NIC. Verba interpretationis inclusa erant transposita in cap. 141, unde ea huc reduximus. Et verba: *Sic et duos corvos — — evolasse tradunt*, quae in cunctis editionibus huic capiti 124 adiecta sunt, reiecimus ad cap. 149. I. B.

Mons Gonius videtur esse, qui Solino cap. 5 vocatur collis Vulcanius. *In lacu Agrigentino oleum supernatat. — Nec longe inde collis Vulcanius, in quo qui divinae rei operantur, ligna vitea super aras struunt; nec ignis apponitur in hanc congeriem, cum proficias intulerint. Si adest Deus sacrorum probator, sarmenta, licet viridia, ignem sponte concipiunt, et nullo inflagrante halitu, ab ipso numine fit incendium. Ibi epulantibus adludit flamma, quae flexuosis excessibus vagabunda, quem contigerit, non adurit; nec aliud est, quam imago nuncia perfecti rite voti.* Secundum Cluveri p. 371 sententiam est idem mons Bivonae supereminens, de quo verba Fazelli iam ad cap. 123 adscripsimus. Salmasio quidem videtur Solinus, quae de Egnatia Sallentinorum dicuntur a Plinio 2 cap. 107 p. 123 et Horatio lib. 1 *satyr.* 5, 97, more suo, id est oscitanter, ad Siciliam transtulisse et de saxo illo sacro, quod Egnatiae erat, collem Vulcanium Siciliae fecisse. Vid. *exercitat. Plin.* pag. 90. Ceterum de eodem fonte ardente etiam Antigonus Car. cap. 154 quaedam, sed non prorsus eadem refert; item Gratius Fal. in *cyneget.* v. 432 et 445, ubi quae Vlitius disputavit, huc vel maxime pertinent. Caussa miraculi, quod antiquitas stupuit, fuit naphtha aquae innatans, neque nostro tempore fontes eiusdem indolis non reperti sunt, quorum in numero est *la fontaine brulante* in Delphinatu, vid. *Observations sur la physique par* Rozier an. 1775 et *Description générale et particuliere de la France*, quod opus splendidissimum edi coepit Parisiis fol. 1781, pag. 68; itemque *le ruisseau inflammable* in Petrocoriensi regione non longe distans ab urbe Bergerac, de quo vid. *Histoire de l'acad. des scienc. à Paris* 1741 p. 36 atque an. 1764 p. 33, unde praecipua excerpta habemus in C. E. Weigel Beyträgen zur Geschichte der Luftarten. I pag. 132 et 517.

CAP.

CAP. CXXV.

Λέγεται δὲ καὶ περὶ τὴν τῶν Σινθῶν καὶ Μαιδῶν χώραν καλουμένην τῆς Θράκης, ποταμόν τινα Πόντον προσονομαζόμενον, ἐν ᾧ καταφέρεσθαί τινας λίθους οἳ καίονται, καὶ τοὐναντίον πάσχουσι τοῖς ἐκ τῶν ξύλων ἄνθραξι. ῥιπιζόμενοι γὰρ, σβέννυνται ταχέως· ὕδασι δὲ ῥαινόμενοι, ἀναλάμπουσι καὶ ἀνάπτουσι κάλλιον· παραπλησίαν δὲ ἀσφάλτῳ, ὅταν καίωνται, καὶ πονηρὰν ὀσμὴν οὕτω καὶ δριμεῖαν ἔχουσιν, ὥστε μηδὲν τῶν ἑρπετῶν ὑπομένειν ἐν τῷ τόπῳ καιομένων αὐτῶν.

Fertur et circa Scythas Medosque, Thraciae fluvium, quem Pontum vocant, lapides deferre ardentes, contraria omnino natura prunis ligneis, quippe qui agitati sufflatique restinguantur, aquis autem respersi exardescant resplendeantque. Caeterum ustis, quemadmodum bitumini, adeo gravis foetor est, ut reptilia penitus omnia e locis iis abigat.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama est fluvium quendam esse in Sutarum Medorumque regione appellata, qui dicitur Pontus, in quo lapides quidam ardentes devoluuntur, contrariaque ratione sese habent carbonibus ex ligno confectis. Nam si agitentur citissime extinguuntur, aquaque irrigati et ardent et splendent commodius. Odorem habent ubi comburuntur bitumini persimilem, asperum scilicet et acrem, ita ut nulli serpentes illis ardentibus possint consistere.

τῶν Σινθῶν καὶ Μαιδῶν] Σκυθῶν καὶ Μεδῶν agnoscit etiam interpres: *circa Scythas Medosque.* Leon. et Cam. habent Σιθῶν, pro quo maluerit fortasse aliquis

Σιθόνων, ut intelligatur Sithonia, Thraciae pars. Pro Μεδῶν sane rectius Μαιδῶν scribi supra docui ad cap. I. Antigonus *mirabilium historia* 151 habet: περὶ τὴν τῶν ἀγρίων Θρᾳκῶν χώραν, et Thracii lapidis mentio tum alibi, tum in Alexandri *Problematis*. SYLB. Hunc locum Stephanus in Σιντίῳ adscivit, ad quem editores videantur, et Holsten. p. 294. coll. p. 6 ad Ἀγρίαι. NIC. Ed. Aur. Allobrog. 1606. Σιντῶν.

ποταμόν τινα Πόντον] Cod. Vindob. ποταμόν τινα εἶναι. idem ὕδατι pro ὕδασι. I. B. Huius et Nicander *Ther.* 49 meminit. Item Dioscor. 5, 147. Coll. scholiis Nicandri *Ther.* v. 45. NIC.

Fertur — ardentes] *Ferunt et in Thracia circa Sintorum Maedorumque regionem, fluvium, quem Pontum vocant, lapides deferre, qui ardent.*

restinguantur] *cito restinguantur.*

exardescant] *resplendeant exardescantque melius.*

Caeterum — abigat.] *Caeterum cum ardent, similem bitumini et gravem adeoque acrem emittunt odorem, ut nullum reptile in loco maneat, istis ardentibus.* NIC.

Legendum esse Σινθῶν καὶ Μαιδῶν, *circa Sintos Maedosque*, cum Sylburgio consentit Holstenius ad Stephan. Byzant. p. 294. Nam sic etiam Stephanus, qui Aristotelis verba paululum mutata repetiit. Est vero Sintia urbs Macedoniae prope Thraciam, et Thucydides lib. 2 Sintos Maedosque simul vocavit et coniunxit. Lapis, de quo noster agit, vocatur ab aliis lapis Thracius, pertinetque haud dubie ad lithanthraces. Conf. quae cap. 41 scripsimus. Dicitur iste aqua accendi et flabellatione restingui. Antigonus et Theophrastus: πνευματίζεσθαι ὑπὸ τῶν ῥιπίδων, quod noster unico verbo dixit: ῥιπίζεσθαι; hoc est, auctore Salmasio ad Solin. p. 179 *flabellari*, ab instrumento, quo ignis ventilatur, quod ῥιπὸς dicebatur. Hesychius: ῥιπίζεται, ἀνακαίεται. Sic etiam vocabant tabellam, cuius motu ventulum sibi faciebant in aestu mulieres. Recentiores non nulli, qui miraculum augere voluerunt, tradiderunt, oleo etiam restingui lapidem Thracium. De hoc lithanthracum genere Thracio multi auctores memorarunt. Antigonus Caryst. cap. 151, qui neque Sintos neque Maedos, sed Ἀγρίους Θρᾶκας vocavit, quod proprium nomen esse Thraciae populi, bene monuit contra Meursium Salmasius. Theophrastus *de lapid.* §. 25, qui lapidem in metallis περὶ Βίνας reperiri auctor est. Fuit vero Bina etiam Thraciae oppidum Dioscorides lib. 5 cap. 147 p. 385: *Lapis Thracius dictus, gignitur in flumine quodam Scythiae, cui Ponto nomen est. Vis eadem quae Gagatae. Traditur autem accendi aqua, oleo vero restingui; id quod etiam bitumini accidit.* Nicander in *theriacis* v. 45. Galenus lib. 9 *de facult. med.* cap. 2

ex

ex Nicandro. Plin. lib. 33 cap. 5 p. 621: *Calx aqua accenditur, et Thracius lapis; idemque oleo reſtinguitur.* Solinus cap. 32 p. 31: *Gagates — — ſi decorem requiras, nigro gemmeus, ſi naturam, aqua ardet.* Sunt nimirum gagates et lithanthrax res admodum cognatae. Alexandri *problemata* lib. 2 p. 322 in Sylburgii editione operum Ariſtotelicorum vol. 4 p. 322: λίθος θρακίας, ὕδατι μὲν καιόμενος, ἐλαίῳ δὲ σβεννύμενος. Iſidor. orig. lib. 16 cap. 4: *Gagates accenditur aqua, oleo reſtinguitur. — Thracius lapis niger et ſonorus; naſcitur in flumine, cuius nomen eſt Pontus in Equitia.* Non eſt, quod miremur veteres, qui multa abſona de lithanthracibus crediderunt, cum inter recentiores fuerint, quibus iidem fuerunt ignoti atque aeque mirabiles. Horum enim notitia ſero admodum pervenit in iſtas regiones, praeſertim meridionales, in quibus non gignuntur nec in uſu ſunt. Sic Paulus Venetus lib. 2 cap. 26 p. 85 lapides ardentes vehementer admiratus eſt in Chataja, id eſt China. Atque adeo Aeneas Sylvius *oper.* p. 443, qui lithanthraces viderat in Scotia, verba fecit de iis, tanquam de rebus rarioribus et minus cognitis. Gagatem fugare ſerpentes, cum uritur, auctor eſt Plinius lib. 36 cap. 19 p. 749: *gagates niger eſt, planus, pumicoſus, non multum a ligno differens, levis, fragilis; odore, ſi teratur, gravis. — — Cum uritur, odorem ſulphureum reddit. Mirumque, accenditur aqua, oleo reſtinguitur. Fugat ſerpentes ita* caet. Dioſcorides lib. 5 cap. 146: διώκει καὶ ἑρπετὰ θυμιαθείς. Orpheus *de lapidibus* p. 332 edit. Geſneri. Auctores *Geopon.* lib. 15 cap. 1 p. 1052 et lib. 13 cap. 8 p. 947, ubi doctiſſimus Niclas adduxit verba Democriti *Sympath.* p. 337: γαγάτης λίθος θυμιώμενος πᾶν ἑρπετὸν φυγαδεύει. Sine dubio et Strabo lib. 6 p. 1083 gagatem cogitavit, φέρει, inquiens, καὶ τὴν γαγγίτιν λίθον, ἣν φεύγει τὰ ἑρπετά.

CAP. CXXVI.

Εἶναι δέ φασι καὶ τόπον τινὰ παρ' αὐτοῖς οὐ λίαν μικρὸν, ἀλλ' ὡς ἂν εἴκοσί που σταδίων, ὃς φέρει κριθάς, αἷς οἱ μὲν ἄνθρωποι χρῶνται, οἱ δ' ἵπποι καὶ βόες οὐκ ἐθέλουσιν αὐτὰς ἐσθίειν, οὐδ' ἄλλο οὐδέν. ἀλλ' οὐδὲ τῶν ὑῶν οὐδὲ τῶν κυνῶν οὐδεμία τολμᾷ

Eſſe aiunt apud illos locum quendam non exiguum, ad minus ſtadiorum viginti amplitudine, ubi hordeum provenit, quod nulli animantium generi, niſi homini tantum, ſit eſui. Nam equi bovesque ab eo abſtinent: tum etiam canes et ſues vitant; ut ne

γεύσασθαι τῆς κόπρου τῶν ἀνθρώπων, οἵτινες ἂν ἐκ τῶν κριθῶν τούτων μάζαν φαγόντες ἢ ἄρτον, ἀφοδεύσωσι, τῷ θνήσκειν.

excrementa quidem hominum hordeo vescentium degustent, quippe quae ipsis vorata certum interitum adferant.

NATALIS DE COMITIBVS.

Locum quendam non valde exiguum apud eosdem esse inquiunt, sed quod viginti stadiorum spatium complectatur, in quo nascitur hordeum, quo utuntur homines, at equi vel boves nolunt illud comedere, neque aliud quodquam animal, neque ullus est sus aut canis, qui humanum stercus gustare audeat, eorum scilicet qui placentam vel panem ex hoc hordeo comederint, et postea cacaverint, quoniam eo gustato omnia animalia moriuntur.

οὐ λίαν μικρὸν] μικρὸν agnoscit etiam interpres: *non exiguum*; nec videtur necesse adverbium μικρὰν reponere. SYLB.

τῷ θνήσκειν] τῷ causali signif. accipiendum pro διὰ τὸ. Ising. margo deesse aliquid, vel aliud mendum subesse adnotat. SYLB.

Esse aiunt] *Esse vero etiam aiunt.*

ad minus] *sed stadiorum circiter.*

vitant, ut] *vitant adeo ut* — NIC.

Quodnam graminum genus sit hoc hordeum Thracium, coniectura non assequor, et Aristotelem solum eius mentionem fecisse puto. Esse vero plantas, quae etsi hominibus esui sunt, tamen aliis animalibus nocent, satis pervulgatum est; quam ob caussam errant, qui venenorum vim velint experiri in brutis. Μάζα fiebat e farina, aqua et oleo, aut etiam lacte, de qua frequens mentio apud Medicos. Latinis dicitur et *massa* et *offa* et Persio etiam *polenta*. Sunt qui volunt, panes e farina et amygdalis confectos et saccharo conditos, vulgo etiam nunc *Marzepanen*, Gallice *Massepain* dictos, nomen traxisse a μάζα s. massa, quasi Massipanes. Sed sunt etiam, qui nomen deducunt a Marco Apicio, qui sub Augu-

Auguſto et Tiberio fuit *ad omne luxus ingenium mirus* et *nepotum omnium altiſſimus gurges*, auctore Plinio. Conf. Fabricii *bibl. Latina* vol. I p. 504 edit. an. 1721. De Maza vid. Salmaſ. ad Solin. p. 231 et potiſſimum C. Bauhini *Theatri botanici* lib. I pag. 456.

CAP. CXXVII.

Εν δὲ Σκοτούσαις τῆς Θετταλίας φασὶν εἶναι κρηνίδιόν τι μικρὸν, ἐξ οὗ καὶ ῥεῖ τοιοῦτον ὕδωρ, ὃ τὰ μὲν ἕλκη καὶ θλάσματα ταχέως ὑγιεινὰ ποιεῖ καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑποζυγίων· ἐὰν δέ τις ξύλον μὴ παντάπασι συντρίψας, ἀλλὰ σχίσας ἐμβάλῃ, συμφύεται, καὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ καθίσταται.

In Scotuſis Theſſaliae fonticulum eſſe aiunt, unde aqua defluens vulnera convulſionesque cum hominum tum iumentorum ſanat, lignaque iniecta, ſi fiſſa, non etiam confracta, fuerint, glutinat et coniungit.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Theſſaliae Scotuſſis fonticulus quidam perexiguus eſſe dicitur, ex quo aqua fluit huiusmodi, ut ulcera et contuſa membra in priſtinam ſanitatem cito reſtituat tum hominum tum etiam iumentorum. Sin autem quispiam lignum contuderit, at non ſciderit, illudque iniiciat, coaleſcit, et in priſtinam integritatem reducitur.

Σκοτούσαις] Rectius ſingul. Σκοτούσῃ ſeu Σκοτούσσῃ, ut praeter Pauſaniam, Stephanum Byz. et alios, Sotion quoque nominat. SYLB. Mirum DD. VV. noſtrum locum non ad Stephanum adhibuiſſe, ad terminationem pluralem ſtabiliendam. Quum recte viderint Th. de Pinedo et L. Holſtenius pro καὶ πληθυντικῶς Σκότους, ſcribendum eſſe Σκότουσσαι, vel ut hic Σκότουσαι. Accentus rationem, Σκότουσσα non Σκοτοῦσσα ſcribendum, Sylburgius ad Pauſan. 6, 5 p. 463 Kuhn. reddit. NIC.

In Scotusis] *Scotusis in Thessalia.*

et coniungit] *et rursus coniungit.*

Scotusa seu Scotussa urbs Thessaliae. Plin. lib. 31 cap. 2 p. 549: *Theopompus in Scotussa lacum esse dicit, qui vulneribus medetur.* Antigonus Car. cap. 157. Sotion *de flumin.* edit. Sylburgii p. 124: περὶ Σκότουσαν τῆς Θεσσαλίας κρηνίδιόν ἐστι μικρὸν, ὃ τὰ ἕλκη πάντα θεραπεύει καὶ τῶν ἀλόγων ζώων· εἰς ὃ ἐάν τις ξύλον μὴ λίαν συντρίψας, ἀλλὰ σχίσας ἐμβάλλῃ, ἀποκαθίσαται· οὕτως καλλῶδες ἔχει τὸ ὕδωρ· ὡς φησιν Ισίγονος. Num forte aqua fuit tophacea, quae ligna fissa obduxit terra calcaria vel martiali, ut ea conglutinata crediderit vulgus? Aliam enim glutinandi vim, quae aquae inesse queat, non novimus.

CAP. CXXVIII.

Περὶ δὲ τὴν Θράκην τὴν ὑπὲρ Αμφιπόλεως, φασὶ γίνεσθαί τι τερατῶδες καὶ ἄπιστον τοῖς μὴ τεθεαμένοις. ἐξιόντες γὰρ οἱ παῖδες ἐκ τῶν κωμῶν, καὶ τῶν ἐγγὺς χωρίων, ἐπὶ θήραν τῶν ὀρνιθαρίων, συνθηρεύειν παραλαμβάνουσι τοὺς ἱέρακας· καὶ τοῦτο ποιοῦσιν οὕτως· ἐπειδὰν προσέλθωσιν εἰς τόπον ἐπιτήδειον, καλοῦσι τοὺς ἱέρακας ὀνόμασὶ κεκραγότες. οἱ δ' ὅταν ἀκούσωσι τῶν παίδων τὴν φωνὴν, παραγινόμενοι παρασοβοῦσιν εἰς τοὺς θάμνους, ὅπου αὐτοὺς οἱ παῖδες ξύλοις τύπτοντες λαμβάνουσιν.

Circa Thraciam quae supra Amphipolim sita est, rem monstrosam et mirabilem iam ante ignaris videri tradunt. Egredientes enim pueri ex pagis agrisque finitimis, ope accipitrum aucupantur; locum enim opportunum nacti, accipitres nomine appellatos advocant, qui statim ad vocem auditam parent, praedamque agentes in vepres iuxta irruunt, ubi fustibus ligneis aves percutiunt pueri et apprehendunt. Quin etiam quod magis fortassis mirere, accipitres, comprehensas a se aves aucupibus deiiciunt; vicissim tamen

ὃ δὲ πάντων ἂν μάλιστά τις θαυμάσειεν· οἱ μὲν γὰρ ἱέρακες, ὅταν αὐτοί τινα λάβωτι τῶν ὀρνίθων, καταβάλλουσι τοῖς θηρεύουσιν· οἱ δὲ παῖδες ἀπάντων τῶν ἁλόντων μέρος τι τοῖς ἱέραξιν ἀποδόντες, ἀπέρχονται.

men partem praedae aliquam ipsis pueri impartiuntur.

Natalis de Comitibvs.

Incredibile quiddam et monstro simile contingere dicunt iis, qui non viderunt antea, in ea parte Thraciae, quae est supra Amphipolim. Nam ubi pueri ex pagis locisque proximis exeunt ad aucupium, accipitres etiam assumere ad aucupandum aiunt hoc pacto: ubi in opportunum locum pervenerint, magna voce exclamantes vocant accipitres nomine, qui ubi puerorum vocem perceperunt, ad frutices accedentes obstrepunt, ubi pueri baculis percutientes eos deprehendunt. Illud vero quod omnibus est admirabile, cum ipsi accipitres aliquam aviculam ceperint, aucupantibus deiiciunt, ac pueri ex universa praeda partem accipitribus aliquam exponentes discedunt.

ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως] Pro Ἀμφιπόλεως *Histor. anim.* lib. 9 cap. 36 legitur Κεδροπόλεως, quod Gesnero minus probatur, quia Cedropolin Cariae tribuunt geographi. Sylb. Qua ex parte Macedoniam adiacent fines Thraciae, ad fluvium Strymonem, qui circumfluit Amphipolim, unde urbi nomen impositum est, quam alii in Macedonia, alii vero in Thracia ponunt. Haec regionum locorumque sedes est etiam apud Plinium X, 8, ubi eadem narrantur. At Aristoteles *hist. an.* IX, 36, et ex eo Antigonus *hist. mir.* 34 Amphipoli Κεδρόπολιν substituunt. Cui difficultati (nam talis ibi locus ignoratur) Meursius ad Antig. p. 157 sic occurrit, ut pro Κεδροπόλει legat Κεκρόπιδι, quae apud Stephanum Thraciae regio est. Ut Amphipolis in Cecropide Thraciae sita fuerit. Caeterum rem eandem alii narrant, ut praeter Aelian. *hist. an.* 2, 42, quem Meur-

Meurſius iam indicavit, inprimis Euſtath. in *Hexahem.* p. 23. fin. qui vero ſimpliciter τοὺς ἐν τῇ Θράκῃ ἱέρακας nominat. NIC.

παρασοβοῦσιν εἰς τοὺς θάμνους] Cod. Vindob. παρασοβῶσι τοὺς ὄρνιθας, οἱ δὲ δεδιότες ἐκείνους καταφεύγουσιν εἰς τοὺς θάμνους — I. B.

αὐτοὺς οἱ παῖδες ξύλοις τύπτοντες] Αυτοὺς neque ad ἱέρακας, neque ad θάμνους, referri debet, ſed ad ὀρνιθαρίων. Itaque Grammatica ratio αὐτὰ requirebat. Sed ita fit verborum junctura, quaſi ſupra τῶν ὀρνίθων poſuiſſet, quod nomen hic Euſtathius p. 24 uſurpat, οἱ ὄρνεις τινασσόμενοι σοβοῦνται. Figura haec, quam Syneſin ſ. Syllepſin vocant, Graecis ſcriptoribus eſt uſitatiſſima. Iis exemplis, quae ad *Geopon.* 2, 6, 31 et 11, 9 attuli, addantur Phot. *Biblioth.* p. 69. Liban. *epiſt.* p. 173. Grot. *excerpt. Trag.* p. 967. f. Caſaub. ad Aen. *poli.* p. 1729. Gron. etc. NIC.

οἱ μὲν γὰρ ἱέρακες] non minus apte legeris οἱ μὲν ἱέρακες, ſine γάρ. SYLB.

μέρος τι τοῖς ἱέραξιν ἀποδόντες] Cod. Vindob. τι παρὰ τοῖς ἱέραξιν ἀποδόντες. I. B.

Circa Thraciam] *Circa eam Thraciae partem, quae* —

et mirabilem] *et ignaris incredibilem fieri.* NIC.

Praeter auctores, quos iam cel. Niclas laudavit, tetigit eandem rem etiam Phile p. 36, qui vero non ἱέρακας, ſed κίρκους vocat aves iſtas venatorias; Plin. lib. 10 cap. 8 p. 550: *In Thraciae parte ſuper Amphipolim homines atque accipitres ſocietate quadam aucupantur. Hi ex ſilvis et arundinetis excitant aves; illi ſupervolantes deprimunt. Rurſus captas aucupes dividunt cum iis. Traditum eſt, miſſas in ſublime ſibi excipere eos; et cum tempus ſit capturae, clangore et volatus genere, invitare ad occaſionem.* Vltima haec Plinii verba non ſatis cohaerere et vel manca vel transpoſita eſſe, monuit Geſnerus *hiſt. nat.* lib. 3 p. 15. Pertinent huc etiam, quae tradidit Cteſias in *Indicis* p. 660: *Lepores et vulpes non canibus, ſed corvis, milvis, cornicibus et aquilis venantur.* Haec fuerunt prima rudimenta artis falconariae, quam ſaec. XII imperatores *Fridericus* I, *Henricus* VI et *Frider.* II perfecerunt et commendarunt. Vide hiſtoriam artis, quam dedimus in Beyträgen zur Geſchichte der Erfindungen vol. 2 pag. 157.

CAP.

CAP. CXXIX.

Θαυμαστὸν δέ τι καὶ παρὰ τοῖς Ενετοῖς φασὶ γίνεσθαι· ἐπὶ γὰρ τὴν χώραν αὐτῶν πολλάκις κολοιῶν ἀναριθμήτους μυριάδας ἐπιφέρεσθαι, καὶ τὸν σῖτον αὐτῶν σπειράντων καταναλίσκειν· οἷς τοὺς Ενετοὺς πρὸ τοῦ ἐφίπτασθαι μέλλειν, ἐπὶ τὰ μεθόρια τῆς γῆς προτιθέναι δῶρα, παντοδαπῶν καρπῶν καταβάλλοντας σπέρματα. ὧν ἐὰν μὲν γεύσωνται οἱ κολοιοὶ, οὐχ ὑπερβαίνουσιν ἐπὶ τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ ὄιδασιν οἱ Ενετοὶ ὅτι ἔσονται ἐν εἰρήνῃ· ἐὰν δὲ μὴ γεύσωνται, ὡσεὶ πολεμίων ἔφοδον αὐτοῖς γινομένην οὕτω προσδοκῶσιν.

Porro mirandum et hoc, quod circa Venetias evenire narratur. Cum enim regionem innumerabiles graculorum myriades frequenter infeſtent, ſementem iactam ex agris depaſcentes, ferunt Venetos ſub adventum horum ad confinia loca omnis generis frugum ſemina, velut divûm donaria proiicere; quibus deguſtatis graculi velut hoſtium incurſu mox ſuperventuro ſubſiſtunt.

NATALIS DE COMITIBVS.

Admirabile quiddam eſt illud etiam quod Venetis accidit, nam in eorum regionem innumerabilis monedularum copia ſaepe fertur, triticumque ſeminantium comedunt. Hoc cum vereantur Veneti, priusquam tempus advolandi adventarit, in locis editioribus terrae multiplicium fructuum munera deponunt, et quaſi ſemina iaciunt. Ea niſi guſtaverint monedulae, quaſi hoſtium impetum et incurſionem expectant incolae, ſin autem, locum ambientes fame moriuntur.

τοῖς Ἐνετοῖς] Ceterae editiones Ἐνετοὶ, absque aspiratione. SYLB.

καταβάλλοντας] Cod. Vindob. μεταλάβοντας. I. B.

οὐχ ὑπερβαίνουσιν] Verba haec οὐχ ὑπερβαίνουσιν — usque ad ὡσεὶ, ex veteri libro addidi. Videtur autem pro γιγνομένην legendum esse γινησομένην. STEPH.

καὶ ὅιδασιν] Cod. Vind. ἀλλ' ὅιδασιν. I. B.

velut divum donaria] *velut donaria proiicere; quae ubi absumserint graculi, fines eorum non supervolant. Et Veneti de pace certi sunt. Si vero ista non attigerint, hi ita in procinctu stant, tanquam hostium incursus sit futurus.* NIC.

Eandem rem tradiderunt Ael. *hist. an.* lib. 17 cap. 16. Antigonus Car. capite ultimo et Mich. Apostolius *proverb.* 54 *centur.* 1 pag. 11, cuius verba, cum liber non valde frequens sit, latine adscribere e re fore putamus. *Veneti qui ad mare Adriaticum accolunt, cum iam tempus aratri et sementis faciendae adesset, monedulis* (τοῖς κολιοῖς) *dona mittebant, placentas et liba; quibus quidem donis hoc agebatur, ut velut placamenta quaedam essent et induciarum pacta conventa, ne illae Cereris fructum terrae commissum effoderent sublegerentque; quo facto illi quidem discedunt, ceterum monedularum nubes, duas aut tres iuxta morem legatorum qui ex urbibus mitti solent, hospitalium munerum copiam inspecturas, ex suis amandant. Quibus inspectis redeunt, atque illas qua voce inter se uti atque invicem intelligere innatum est, accersunt. Venientes autem nubium instar, si quae diximus gustaverint, intelligunt Veneti sibi cum volucribus illis confoederationem esse; sin illa contemserint, et tanquam vilia cum dedecore despexerint, minimeque gustaverint, credunt indigenae, talem illarum despectum famem sibi pro mulcta allaturum. Quippe ieiunae monedulae, quaeque, ut ita loquar, muneribus illis sese corrumpi non permiserunt, ad arva convolantes, maioremque satorum partem acerbissime iracundeque effodientes indagantesque depraedantur.* Κολοιὸς, quo nomine omnes, quos laudavimus, usi sunt, Gesnero, Gazae et Scaligero monedula potius quam graculus esse videtur; tamen eum Plinius lib. XI cap. 47, ubi Aristotelis verba de iynge retulit, graculum vocavit. Sic quoque Lucianus in *Apologia pro mercede conductis*, ubi pervulgatam Phaedri fabulam perstringit; κολοιὸν, inquit, ἀλλοτρίοις πτεροῖς ἀγάλλεσθαι, *alienis exsultare pennis.* Fabulam, quam noster narrat, originem hanc habuisse puto, quod fortasse Veneti edulia quaedam avibus eo consilio obiecerint, ut messi parcerent; quem ad modum Americani dicuntur fecisse quondam sacrificia diabolo, ne nocere vellet. Alia auxilia, quibus κολοιοὺς arcebant olim a satis, edocuit Leontinus in *Geoponicis* lib. 14 cap. 25 p. 1031.

CAP.

CAP. CXXX.

Εν δὲ τῇ Χαλκίδι τῇ ἐπὶ Θράκης πλησίον Ολύνθου, φασὶν εἶναι Κανθαρώλεθρον ὀνομαζόμενον τόπον, μικρῷ μεῖζον τὸ μέγεθος ἄλω, εἰς ὃν τῶν μὲν ἄλλων ζώων ὅταν τὶ ἀφίκηται, πάλιν ἀπέρχεται· τῶν δὲ κανθάρων τῶν ἐλθόντων οὐδεὶς, ἀλλὰ κύκλῳ περιιόντες τὸ χωρίον, λιμῷ τελευτῶσιν.

In Chalcide Thraciae urbe iuxta Olynthum aiunt locum esse, quem Cantharolethron vocant, paulo area maiorem, quem reliqua quidem animantia ingrediuntur illaesa; cancri vero nequaquam, quippe qui ingressi oberrantes in eo fame exanimantur.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Thraciae Chalcide, quae proxima est Olyntho, locum quendam paulo maiorem area Cantharolethrum, interfectorem scilicet scarabaeorum, nuncupatum esse aiunt, in quem ubi aliquod animal pervenerit, rursus discedit. Nullus autem ex scarabaeis potest discedere, sed locum circum ambientes fame denique moriuntur.

Εν δὲ τῇ Χαλκίδι] Meminit huius urbis Stephanus, et alios testes p. 353. b. produxit Holstenius, sed nescio quomodo ei se subtraxerit noster auctor, quem alias semper antestatur. NIC.

μικρῷ μεῖζον] μεῖζον excusari potest, si Κανθαρώλεθρον neutro genere accipiamus, alioqui mascul. genere legendum μείζονα. SYLB.

In Chalcide] *Chalcide in Thraciae urbe* —

cancri] *canthari.* NIC.

Olynthus est urbs Thraciae, inquit Stephanus Byz. prope Sithoniam Macedoniae. Scylax eam ipsi Macedoniae annumerat. Fuit enim quondam tota regio Chalcidice seu Chalcis pars Thraciae, sed post Philippi inva-

invaſionem pars Macedoniae. Vid. Cellarii *geogr.* I p. 1051. De canthariis eadem Antigonus Car. cap 14 Strabo lib. 7 in excerptis p. 510. Plutarchus *de anim. tranquill.* p 473 *ὥσπερ ἐν Ολύνθῳ τοὺς κανθάρους λέγουσιν, εἰς τι χωρίον ἐμβάλλοντας ὃ καλεῖται Κανθαρώλεθρον, ἐκβῆναι μὴ δυναμένους, ἀλλ' ἐκεῖ στρεφομένους καὶ κυκλοῦντας ἐναποθνήσκειν, οὕτως — ſicut Olynthi cantharos ferunt in locum quendam qui ab exitio eius inſecti Cantharolethrum dicitur iectos, quod exire inde nequeant, perpetua circumverſione enecari; ita* — Plin. lib. XI cap. 28 p. 608: *In Thracia iuxta Olynthum locus eſt parvus, in quo unum hoc animal exanimatur, ob hoc Cantharolethrus appellatus.* Scilicet quod perniciem et mortem, *ὄλεθρον τοῖς κανθάροις*, hic locus affert. *Αλως* eſt area, locus ubi frumenta triturantur et excutiuntur, qua de re agunt auctores rei ruſticae et *Geopon.* lib. 2 cap. 26.

Cantharum eſſe e genere ſcarabaeorum, quibus pennarum tutelae cruſta ſupervenit, uti loquitur Plinius, inter omnes conſtat. Sed ſpeciem coniectura non aſſequor, atque cum de fabulae hic narratae origine nihil quidquam proferre poſſum, liceat quaedam de cantharis generatim afferre. Plurimi veteres perhibuerunt, omnes cantharos eſſe maſculos; *ὁ κάνθαρος ἄθηλυ ζῷόν ἐσι*, Ael. *hiſt. an.* 10, 15 et Horapollo lib. 1 cap. 10. Ita facile errare potuerunt, quibus inſectorum generatio nondum perſpecta fuit; praeſertim cum multae ſunt ſcarabaeorum ſpecies, quarum feminae maribus adeo diſſimiles, ut difficulter agnoſcantur. Sic *ſcarabaeus ſacer* mas cornuum rudimenta habet, quibus femina caret. Qui ſcarabaei e fimo ingentes pilas pedibus volutant, uti loquitur Plinius p. 608, ii hodie *pilularii* vocantur. Horum e numero eſt ille cantharus, qui in gemmis caelatis et obeliſcis Aegyptiorum viſitur, de quo conf. Apoſtolius *cent.* 10 *proverb.* 74 p. 127 et in primis Clemens Alexandr. *ſtromat.* 5 p. 556. Iſte Aegyptiorum ſcarabaeus ſeu cantharus, quod e figuris, quae adhuc reliquae ſunt, coniicere licet, eſt idem ille, qui hanc ob cauſſam entomologis noſtris *Scar. ſacer* dicitur, quem pilas volventem vidit Loefling Reiſebeſchreibung nach den Spaniſchen Ländern pag. 28. Huius deſcriptionem dederunt Linneus in *ſyſtemate nat* pag. 545 et Fabricius in *ſyſtem. entomol.* pag. 28. Iconem rudiorem habes in tabula adiecta diſſertationi, quae inſcribitur *Pandora inſectorum*, in vol. quinto *Amoenitat. academ.* Linnei (Male in Linnei et Fabricii libris citatur volumen ſextum); meliorem dedit Voet in libro eximio *de ſcarabaeis* tab. 27 fig 39. Sunt qui cum Clemente Alex. aliisque bene multis rationem, cur huius ſcarabaei tam frequens mentio ſit apud Aegyptios, e hieroglyphicis petant, ſed neſcio, an potius ingens calamitas, quam innumerabilis horum ſcarabaeorum copia interdum affert, in cauſſa fuerit, cur Aegypti magna pars ſcarabaeos inter numina coluerit. Operae pretium eſt legere, quae hac de re diſputata ſunt in *Philoſophical transactions* nro. 234 pag. 754, ubi quidem *ſcar. melolontha* perhibetur fuiſſe Aegyptiorum ſcarabaeus, qui tamen pilas non volvit.

CAP.

CAP. CXXXI.

Εν δὲ Κύκλωψι τοῖς Θραξὶ, κρηνίδιόν ἐστιν ὕδωρ ἔχον, ὃ τῇ μὲν ὄψει καθαρὸν καὶ διαφανὲς, καὶ τοῖς ἄλλοις ὅμοιον· ὅταν δὲ πίῃ τί ζῶον ἐξ αὐτοῦ, παραχρῆμα διαφθείρεται.

Apud Cyclopas Thracenſes fons eſt aqua conſpectui quidem limpida, aliisque ſimilis, verum hauſtus ab animante ſubito necat.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fonticulus quidam eſt apud Cyclopes Thraciae, qui aquam habet et puram aſpectu et pellucidam, et reliquorum fontium perſimilem. Verum ubi aliquod animal illam guſtaverit, continuo moritur.

Εν δὲ Κύκλωψι] Apud Sotionem: Εν Χρωψὶ τῆς Θρᾴκης. STEPH. Pro Κύκλωψιν in Sotione legitur Χρωψὶ, apud Antigonum *mirab. hiſt.* 156 eſt media inter has ſcriptura, Κιγχρώψωσι; rectius fortaſſe Κίχρωψι, ſeu Κίγχρωψι, apud Plinium ex Theopompo, *Cychros.* SYLB. Harduinus ad Plin. 31, 2 ſ. 19 *not. et emend.* IX p. 569 hic Κύγχωψι legendum putat. Aliis gens vocatur Cychri, aliis Chropes. Unde vero Philander ad Vitruv. 8, 3 p. 163 lectionem noſtri loci Ψίττους attulerit, non habeo dicere. Debet in verſione aliqua, a vulgari diverſa, inveniſſe. NIC.

ὃ τῇ μὲν ὄψει] μὲν adeſt in edit. Iſing. et Sylburg. et in codice Vindob. ſed deſideratur in edit. Caſauboni et Duvalli. I. B.

Thracenſes] *in Thracia.* conſpectui] *conſpectu.*

Aquae venenatae, praeter eam, quae in Achaia ad Pheneum profluebat e ſaxis et Styx appellabatur, complura exempla commemorarunt veteres, quae magna ex parte collegit Caeſius in *mineralogia* p. 100. In Thracia fuiſſe aquam mortiferam, auctores ſunt Plinius lib. 31 cap. 2 p. 550: *Necare aquas Theopompus et in Thracia apud Cychros dicit.* Sotion ex *excerptis*: Θεόπομπος ἱστορεῖ κρήνην ἐν Χρωψὶ τῆς Θρᾴκης, ἐξ ἧς τοὺς λουσαμένους παραχρῆμα μεταλλάσσειν. *Prodit Theopompus fontem apud Chropes eſſe, Thraciae gentem, ex quo qui laverint, ſtatim moriuntur.* Vitru-

Vitruvius lib. 8 cap. III p. 257: *apud Cychros in Thracia lacus, ex quo non ſolum qui biberint, moriuntur, ſed etiam qui laverint.* Antigonus cap. 156: Θεόπομπον δὲ φησιν γράφειν, τὴν μὲν ἐν Κιγχρώψωσιν τοῖς Θρᾳξὶν τὸν ἀπογευσάμενον, τελευτᾷν ἐυθύς. *Theopompum ait memoriae prodidiſſe, mori illico, qui fontem guſtarint, qui eſt apud Cincropſoſes Thraces.* Vides nomen loci vel gentis vario modo a variis ſcriptum, qua de re iudicium eſto penes geographos. Nos quidem non novimus aquam fontanam, quae illico necet. Neque ſcio, an unquam reperta ſit aqua, quae tantam arſenici copiam habeat, ut mortifera dici poſſit; etſi non ignorem, Henkelium in aqua ſoteria Freibergenſi, Schlackenbad dicta, huius calcis metallicae veſtigia quaedam animadvertiſſe. Vid. Henkelii *pyritologia* cap. 10 p. 611 et potiſſimum cap. 14 p. 925. Veteres fortaſſe aquam, cui vitriolum cupri vel ſulphuris hepar ineſt, quam neque homines neque animalia facile deguſtare ſolent, nec ſine omni noxa vel nauſea bibere queunt, prorſus mortiferam eſſe ſibi perſuaſerunt, atque rem ipſam, uti fieri ſolet, nimium exaggerarunt. — — Haec poſtquam ſcripſeram, obtulit mihi cel. Gmelin, collega coniunctiſſimus, aliam coniecturam, minime improbabilem. Putat vir eruditiſſimus venenum non ipſi aquae infuiſſe, ſed vapori potius inflammabili ſeu aeri fixo, qui ſuper multis fontibus, e. gr. Pirmontano, Schwalbacenſi et aliis pendet et illico necare poteſt. De eius generis vapore inflammabili intelligenda ſunt, quae Diodorus Sic. lib. 2 pag. 100 commemorat, ubi de fonte circa Babyloniam, qui bitumen praebebat, loquitur. Ita ille: *Prope fontem iſtum ſcaturigo eſt haud ita magna, ſed mire efficax. Vaporem enim ſulfureum et gravem emittit, quo quidquid animantium accedit, ſubita, nec opinata morte correptum extinguitur. Anhelitu enim diutius compreſſo, et reſpirandi facultate per vim exhalationis intercluſa, praefocatur. Et continuo turgeſcens cadaver inflammatur, locis circa pulmones maxime.* Veriſimile eſt igitur, veteres aquam, ob vaporem inflammabilem et letalem, qui ei impendebat, putaſſe mortiferam.

CAP. CXXXII.

Φασὶ δὲ καὶ ἐν τῇ Κραξωνίᾳ παρὰ τὴν Βισαλτῶν χώραν τοὺς ἁλισκομένους λαγὼς δύο ἥπατα ἔχειν, καὶ τόπον τινὰ εἶναι ὅσον πλεθριαῖον, εἰς ὃν ὅ τι ἂν εἰσέλθῃ ζῶον, ἀποθνήσκειν.

Aiunt et in Biſaltorum regione bina iecinora in captis leporibus oſtendi, locumque iugeri magnitudine eſſe, in quem animantia ingreſſa pereunt.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Fama eſt in Biſaltarum Gaſtroniae regione captos lepores duo habere iecinora, et locum quendam eſſe iugeris ſpatii in quem quodcunque ingreſſum fuerit animal, moritur.

Κρασωνίᾳ παρὰ] Inter ἐν τῇ et τῇ Βισαλτῶν aliquid ſpatii vacui in aliis editionibus relictum eſt, cum illa duo verba deſiderarentur. STEPH. Κρασωνίᾳ et παρὰ in ceteris editionibus deſunt, excepta initiali π. Stephanus e vet. codice locum ſupplevit. Sed rectius fortaſſe Κρησωνίᾳ, per η; ut cum apud alios, tum apud Stephanum Byz. SYLB. Videtur eadem regio eſſe, quae apud Stephanum et alios Γασρωνία, Γρησωνία, Κρησωνία et apud Athen. lib. 3 p. 77 Γραισωνία appellatur. Vid. Holſten. ad Steph. p. 81. Γρησωνία hic Th. de Pinedo placet ad Steph. p. 168. NIC.

Aiunt et in Biſaltorum] *in Craſtonia, Biſaltorum regione, captos lepores bina iecinora habere, locumque fere iugeri — — pereant.* NIC.

Biſaltia regio Macedoniae, quae ab Herodoto, Ptolemaeo et Stephano Byz. memoratur. Thomas de Pinedo ad Stephanum exiſtimat pro Κρασωνίᾳ legendum eſſe Γρησωνίᾳ. Fuit enim Greſtonia regio Thraciae inter Anthemuntem et Biſaltiam ipſam. Ibi lepores bina iecinora habere, tradiderunt complures. Ipſe philoſophus noſter in *hiſtor. anim.* lib. 2 cap. 19 pag. 269 ed Scaligeri: καὶ δασυπόδων τι γένος, ὅ ἐσι καὶ ἄλλοθι καὶ περὶ τὴν λίμνην τὴν Βόλβην, ἐν τῇ καλουμένῃ Συκίνῃ, οὓς ἄν τις δόξειε δύο ἥπατα ἔχειν, διὰ τὸ πόρρω τοὺς πόρους συνάπτειν. *Leporum genus quoddam, cum alibi, tum ad paludem Bolbam, in terra quae Sicyna appellatur. Eos namque credideris bina habere iecora propterea quod fibrae longe coeant.* Idem in libro 3 *de part. anim.* cap. 7 p. 1159: *Hepar in quibusdam diviſum patet, ut locis quibusdam lepores bina iecinora habere videntur.* Aelian. *hiſt. an.* lib. 5 cap. 27. Stephanus Byz. v. Βισάλτια p. 168. Gellius lib. 16 cap. 15. Plin. lib. XI cap. 37 p. 627: *Bina iecinora leporibus circa Briletum et Tharneu et in Cherroneſo ad Propontidem; mirumque, translatis alio interit alterum.* Alexand. ab Alex. *dier. gen.* lib. 5 cap. 25. p. 346 et 349. Haec fabula inde orta videtur, quod lepori, cuniculo aliisque animalibus, hepar multifidum eſt, cuius forma mirum in modum variatur. Plerumque tres lobos et praeter eos exiguam habere ſolet appendicem. Nic. Steno, ſummus anatomicus, auctor eſt, hepar leporinum habere duos lobos et unum parvum, et eſſe in maximo fiſſuram ſatis magnam, quae lobum iſtum in duas partes divide-

videre videatur. Veſalius iam edocuit hepatis nullam eſſe formam certam. Solebant vero haruſpices iecinora potiſſimum reſpicere. Conf. Blaſii *anatome animalium*. Amſtelod. 1681. 4 pag. 86. Valentini *amphitheatrum zootomicum*. pag. 142. Buffonii *hiſt. nat.* edit. Lipſienſis vol. 3 P. 2 p. 152. Halleri *elementa phyſiolog.* tom. 6. pag. 465.

CAP. CXXXIII.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο αὐτόθι ἱερὸν Διονύσου μέγα καὶ καλὸν, ἐν ᾧ τῆς ἑορτῆς καὶ τῆς θυσίας οὔσης, λέγεται, ὅταν μὲν ὁ θεὸς εὐετηρίαν μέλλῃ ποιεῖν, ἐπιφαίνεσθαι μέγα σέλας πυρὸς, καὶ τοῦτο πάντας ὁρᾶν τοὺς περὶ τὸ τέμενος διατρίβοντας· ὅταν δ' ἀκαρπίαν, μὴ φαίνεσθαι τοῦτο τὸ φῶς, ἀλλὰ σκότος ἐπέχειν τὸν τόπον ὡς καὶ τὰς ἄλλας νύκτας.

Eſt et templum iſthic Dionyſii ornatu, magnitudineque eximium, in quo dum feſta ſolemnia ſacrificiaque celebrantur, ſi fertilitatem eius anni polliceatur Deus, fulgorem ignis emicare ingentem, ac circa templum agentibus conſpicuum fieri. Caeterum ſterilitatem venturam denunciari, ſi tenebrae, quem ad modum et reliquis noctibus, locum occupent.

NATALIS DE COMITIBVS.

Extat ibidem delubrum et amplum et magnificum Dionyſio conſecratum, in quo ubi ſacra offeruntur, ac ſolennitas eſt, ſi quidem felicem annum deus eſt daturus, magnus ſplendor ignis apparere ſolet, quem omnes illi intuentur, qui ſunt iuxta delubrum. Ubi futura eſt ſterilitas, lumen hoc minime videtur, at tenebrae quaedam locum hunc occuparunt, ſicuti et per caeteras noctes.

εὐετη-

ἐυετηρίαν μέλλη ποιεῖν] Nimirum Bacchus terram non vitibus modo et arboribus excoluiſſe perhibetur; ſed ſunt etiam qui eum agriculturae inventorem ac praeſidem faciant. Apud Siculum Diodorum 3, 64 p. 232. Weſſ. ex tribus Bacchis alter Iovis eſt et Cereris filius, quem ferunt πρῶτον βοῦς ὑπ' ἄρατρον ζεῦξαι — — πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα φιλοτέχνως ἐπινοῆσαι τῶν πρὸς τὴν γεωργίαν χρησίμων. Unde imaginibus eius cornua addita ſunt. Apud eundem 4, 4 p. 249: λέγουσι αὐτὸν ἀγχινοίᾳ διενεγκεῖν, καὶ πρῶτον ἐπιχειρῆσαι βοῦς ζευγνύειν, καὶ διὰ τούτων τὸν σπόρον τῶν καρπῶν ἐπιτελεῖν· ἀφ' οὗ δὴ καὶ κερατίαν αὐτὸν παρεισάγουσιν. Et apud Plutarch. *quaeſt. Rom.* p. 299. b. Bacchum καὶ ἄροτρου καὶ σπόρου πολλοὶ ἀρχηγὸν γεγονέναι νομίζουσι. Haec talia igitur qui de Baccho crediderunt, quidni generatim fertilitatem ab eo expectarint? Porro genus humanum, fere communi conſenſu, ignes divinitus emiſſos, alios pro divini favoris indicibus, alios pro ſcelerum ultoribus habuiſſe, multis exemplis Huetius oſtendit *Alnetanis quaeſtion.* lib. 2 cap. 2, 21, ubi neque noſtrum deſideratur. NIC.

σέλας πυρὸς] In cod. Vindob. poſt πυρὸς deſiderantur verba: καὶ τοῦτο usque incluſ. ἀκαρπίαν. I. B.

Dionyſii] *Bacchi.*

ſi tenebrae] *ſi lumen hoc non appareat, ſed tenebrae* —

Ad hoc caput cum nihil habeo, quod conferre poſſim, adſcribam ſaltem verba Huetii, quae indicavit cel. Niclas ex *Alnetanis quaeſtionibus de concordia rationis et fidei.* Francof. et Lipſ. 1719. 4 p. 172: "Refert „Ariſtoteles apud Biſaltas, feſtis qui„busdam Bacchi, fertilitatem fulgore „ignis circa templum ſponte excitato, „ſterilitatem tenebris Deum porten„dere. In ſanctum Chriſti domini ſe„pulcrum Sabbathi ſancti die ſub „noctem caelo delabi ignem ſanctum, „Graecis, Armenis, Syris, Coptis „aliisque ſchiſmaticis perſuaſiſſimum „eſt. Nec ea hodie vel heri nata eſt „opinio. Proditum extat in geſtis „Francorum, Balduino Hieroſolymis „regnante, magnum timorem ac do„lorem Chriſtianis inceſſiſſe, ob tar„dum nimis ignis ſacri adventum. „Meminerunt eiusdem prodigii Per„diccas Epheſius, anonymus alter, „et Wilbrandus Oldenburgicus, ab „Allatio editi. Verum quod olim „Dei donum fuit, nunc techna eſt „vafrorum hominum, e ſilice ignem „furtim in fomite rapientium, ne „ipſis quidem inficiantibus." Conf. van Dale *de origine idololatr.* p. 151. Repetiit ex noſtro libro, uti videtur, eandem fabulam Alexand. ab Alex. *dier. gen.* lib. 6 cap. 2 p. 424: "In „Biſaltia templum Dionyſii eſſe, in „quo cum ſacra perſolvuntur, ſi gra„ta deo ſunt, mira lux effunditur: „contra vero, mirae tenebrae."

CAP. CXXXIV.

Εν Ηλιδι λέγουσιν εἶναί τι οἴκημα σταδίους ἀπέχον ὀκτὼ μάλιστα τῆς πόλεως, εἰς ὃ τιθέασι τοῖς Διονυσίοις λέβητας χαλκοῦς τρεῖς κενούς. τοῦτο δὲ ποιήσαντες παρακαλοῦσι τῶν Ελλήνων τῶν ἐπιδημούντων τὸν βουλόμενον ἐξετάσαι τὰ ἀγγεῖα, καὶ τοῦ οἴκου κατασφραγίζεσθαι τὰς θύρας. καὶ ἐπειδὰν μέλλωσιν ἀνοίγειν, ἐπιδείξαντες τοῖς πολίταις καὶ τοῖς ξένοις τὰς σφραγῖδας, οὕτως ἀνοίγουσιν· οἱ δ' εἰσελθόντες, εὑρίσκουσι τοὺς μὲν λέβητας οἴνου πλήρεις, τὸ δὲ ἔδαφος καὶ τοὺς τοίχους ὑγιεῖς, ὥστε μηδεμίαν ὑποψίαν (εἶναι) λαβεῖν, ὡς τέχνῃ τινὶ κατασκευάζουσιν.

In Elide aedificium est (ut ferunt) stadiis distans octo ab urbe, in quo collocantur tres Dionysio lebetes vacui; vocatisque peregrinis, quibus scrutari haec libeat, ianuarum claustra sigillis obsignant, quae deinde referant. Porro ingressi, lebetes vino plenos cernunt, pavimento, parietibusque omnibus integris et illaesis, ut artis dolosae suspicio facile abesse videatur.

NATALIS DE COMITIBVS.

Domicilium quoddam per octo stadia ab urbe distans esse dicunt in Helide, in quo tres lebetes vacuos Dionysii solent deponere; quod cum faciunt, accersunt ex peregrinantibus ibi Graecis quicunque vasa perscrutari voluerint, conceduntque ut sigillo fores obsignent domicilii, cum vero sunt aperturi, civibus fores obsignatas et peregrinis ostendentes, ita aperiunt. Illi vero ingredientes lebetes vino plenos inve-

inveniunt, pavimentumque integrum et parietes, ita ut nulla prorsus esse possit suspicio, quod illud artificiose sit factum.

Εν Ἤλιδι] Leon. aspirate Ἥλιδι. Inclusum εἶναι, quod versu ultimo sequitur, abest a L. et C. ed. SYLB.

τιθέασι] Cod. Vind. τιθέσι. I. B.

λέβητας χαλκοῦς] *aereos;* quod non reddiderunt interpretes, nec est apud Pausaniam. I. B.

in quo collocantur — referant] *in quo Dionysiis tres lebetes vacui collocantur. Quo facto vocant peregrinos Graecos, si quis scrutari haec libeat; tum ianuarum claustra sigillis obsignant; deinde cum ea referaturi sunt, ostendunt cum civibus tum peregrinis sigilla; sic denique aperiunt.* NIC.

Habet eandem fabulam Pausanias, cuius verba Latine referam. Eliacor. 2 cap. 26 p. 517: *Deorum omnium unum maxime Liberum venerantur Elei, et eum sacri sui (quam Thyian nominant) ad eum locum, qui stadia ab urbe distat circiter octo, diem obire dictitant. Nam cum in sacello lagenas tres inanes totidem sacerdotes deponant praesentibus et civibus et peregrinis, si quos forte adesse contigerit, mox vero templi fores vel sacerdotes ipsi, vel alii, quibus curae sit huius rei periculum facere, suo quisque obsignant annulo; postero vero die agnitis signis ingressi, vini plenas reperiunt lagenas. Haec uti a me commemorata sunt, ex Eleis fide spectatissima viri, et aliquot item exteri, ita se habere mihi sancte deierarunt. Neque enim res tulit ut ipse adessem cum solenne illud celebraretur.* Hactenus Pausanias, quo auctore usus videtur Alexand. ab Alex. *dier. gen.* lib. 6 cap. 2 p. 424: *Nec defuere qui crederent apud Heleos in Bacchi festo quod Θύαν vocant, tres lebetes in templo sua sponte repleri vino.* Nos adscribamus Kuhnii sententiam: Ianuis bene obsignatis occlusisque aditus sacerdotibus sine dubio erat per κρυπτὴν ὁδὸν sub templo, ad implendos vino lebetes; id quod ex historia Beli apocrypha patet. Huius modi fraudis exempla attigit Camerarius in *Horis subcisivis cent. 2.* cap. 51 p. 217. Conf. Pausan. *Boeot.* c. 37 p. 785, ubi furtum Agamedis et Trophonii enarratur, qui e templo, per parietis iuncturam lapide mobili obturatam ingressi, pecuniam surripiebant.

CAP. CXXXV.

Εἶναι δὲ φασὶ παρ' αὐτοῖς καὶ ἰκτίνους, οἳ παρὰ μὲν τῶν διὰ τῆς ἀγορᾶς τὰ κρέα φερόντων ἁρπάζουσι, τῶν δὲ ἱεροθύτων οὐχ ἅπτονται.

Aiunt et apud eos ipsos milvos esse, qui carnes quidem in foro rapiant, caeterum immolatas non tangant.

NATALIS DE COMITIBVS.

Corvos apud eosdem esse ferunt, qui carnem ex manibus per forum deferentium arripiunt, at quae in sacrificiis mactata sint, non attingunt.

Etiam haec Pausanias *Eliac.* 1 seu lib. 5 cap. 14 p. 410: *Quod ad Olympicam aram attinet, illud etiam magno miraculo ducitur, quod milvi, etsi avium hoc genus (ἰκτῖνες insigni est rapacitate, sacra tamen in Olympia facientibus infensi non sunt.* Apollonius Dyscolus in *hist. commentit.* cap 10 ex Theopompo refert, has aves in ludis Olympicis κρέα τῶν ἱεροθύτων non attigisse. Paulo aliter Plinius lib. 10 cap. 10 p. 551: *Notatum in his* (milvis), *rapacissimam et famelicam semper alitem nihil esculenti rapere unquam ex funerum ferculis, nec Olympiae ex arâ.* Aelianus vero *histor. anim.* 2 cap. 47. vult milvos generatim nunquam attigisse, quae Iovi sacrificata fuerint, etsi e macello, si potuerint, carnem auferre facile ausi fuerint. Pro *immolatas* habent praeter Duv. edit. omnes reliquae: *inviolatas.*

CAP. CXXXVI.

Ἐν Κορωνείᾳ δὲ τῆς Βοιωτίας λέγεται τοὺς ἀσπάλακας τὰ ζῶα μὴ δύνασθαι ζῆν, μηδ' ὀρύττειν τὴν γῆν, τῆς λοιπῆς Βοιωτίας πολὺ πλῆθος ἐχούσης.

In Coronea Boeotiae urbe talpae nec vivere, nec terram fodere possunt, magna alioqui copia per totam Boeotiam redundante.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

In Coronea Boeotiae non posse vivere talpas animalia, neque terram fodere posse dicunt, cum alioqui magna sit talparum multitudo in reliqua Boeotia.

Εν Κορωνείᾳ] Cod. Vindob. Εν Κορωνίδι τῆς, omisso δέ.

ἀσπάλακας] idem ἀσπαλάγγας τὸ ζῶον. I. B.

In Coronea] *Coroneae, in Boeotiae oppido.*

Idem etiam ab aliis traditum est. Aristoteles *hist. anim.* lib. 8 cap. 28 edit. Scal. p. 980: *In Boeotia talpae circa Orchomenum multae sunt; in Lebadica vicina nullae, neque, si importentur, volunt fodere.* Aelianus *hist. anim.* lib. 17 cap. 10: *Boeotiae terrae solum talpis caret agro Lebadico; ac si importentur aliunde, non fodiunt, sed moriuntur; ad eius vicinam vero Orchomenum permultae procreantur.* Antigonus cap. 10: *In Boeotia magna est talparum multitudo; in solo Coronico agro id animal non nascitur, illatumque moritur.* Ita quoque Stephanus Byz. v. Κορώνεια. Plin. lib 8 cap. 58 p. 484: *In Boeotiae Lebadia illatae solum ipsum fugiunt, quae iuxta in Orchomeno tota arva subruunt, talpae.* Ergo Plinius, Aelianus et ipse philosophus noster id non de Coronico agro, sed de Lebadico retulerunt. Certum est omnino, esse regiones, in quibus prorsus nullae degant talpae, eas nimirum, quibus solum est nimis argillosum vel arenosum et sterile. Namque ea tantum terra, quae humus dicitur, talpas alere potest, quippe quae sola lumbricos habet, quibus vescuntur talpae. Quam ob caussam prata nostra et horti subruuntur ab hisce bestiolis, non ericeta. Insula in mari Aquitanico, Rupellae opposita, quae *isle de Re* vocatur, nullas habet talpas, quae tamen frequentes sunt in vicina insula, *isle d' Oleron*, contra Carenthoni ostium. Neque terrae septentrionales talpas alunt, quae et in Louisiana desunt. Conf. *Essais sur l' histoire naturelle de la taupe, et sur les differens moyens qu'on peut employer pour la detruire par* M. de la Faille, cuius libelli interpretatio Germanica prodiit Francof. et Lipsi. 1778. 8. Conf. quoque Reichardts Land- und Garten-Schatz vol. 6 pag. 166 et 173 qui multa de natura talparum edocuit, quae naturae historicis commendamus.

CAP. CXXXVII.

Εν Λούσοις δὲ τῆς Αρκαδίας, κρήνην εἶναί τινα φασὶν, ἐν ᾗ χερσαῖοι μῦες γίνονται, καὶ κολυμβῶσι, τὴν δίαιταν ἐν ἐκείνῃ ποιούμενοι. λέγεται δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν Λαμψάκῳ εἶναι.

In Colubris Arcadiae ferunt fontem esse, in quo mures terrestres natare, vitamque degere soleant, atque idem etiam in Lampsaco contingere.

NATALIS DE COMITIBVS.

Fontem quendam in Arcadiae Colossis esse fama est, in quo mures terrestres nascuntur et natant, vitamque ibi degunt, atque alter eiusdem naturae est in Lampsaco.

Εν Λούσοις] Εν Κολούσοις. Apud Sotionem legitur Λουσοῖς. Sic et apud Stephanum, nisi quod geminatur σ. Plinius: *At Lusis Arcadiae quodam fonte.* STEPH. Pro Κολούσοις apud interpretem est *Colubris.* Verum nomen est Λουσοῖς apud Sotionem, et Antigonum et Plinium. SYLB. Cod. Vindob. Κολούσσοις. I. B.

In Colubris] *Lusis, in Arcadia.*

terrestres natare] *terrestres nasci et natare.*

in Lampsaco] *Lampsaci.*

Antigonus Caryst. cap. 152: *Fontem qui Lusis est, itidem ut eum qui Lampsaci, mures in se habere, domesticorum similes. Haec Theopompum narrare.* Sotion in *Excerptis:* ἐν Λουσοῖς τῆς Αρκαδίας Φησὶν Αριστοτέλης κρήνην τινὰ εἶναι, ἐν ᾗ μῦς χερσαίους γίνεσθαι, καὶ τούτους κολυμβᾶν ἐν ἐκείνῃ τὴν δίαιταν ποιουμένους. *Lusis Arcadiae fontem esse Aristoteles affirmat, in quo mures terrestres sint, in eodemque natent et vitam degant.* Plin. lib. 31 cap. 2 p. 548: *At in Lusis Arcadiae quodam fonte mures terrestres vivere et conversari.* Τὰ Λουσὰ locus Arcadiae. Lampsacus urbs Mysiae. Esse mures, qui in aqua degunt, pervulgatum est, quorum in numero sunt, qui *amphibii* vocantur, quorum iconem habes in Buffonii *hist. nat.* IV, 1. p. 198 tab. 43. Conf. Pallas *species glirium*

pag.

pag. 80. Eo quoque pertinent *forices aquatici*, quorum notitiam primus dedit Daubenton apud Buff. IV, 2 p. 40 tab. 11 edit. Lipſiens.

CAP. CXXXVIII.

Ἐν δὲ Κράνωνι τῆς Θετταλίας, φασὶ δύο κόρακας εἶναι μόνους ἐν τῇ πόλει, οὗτοι ὅταν ἐκνεοττεύσωσιν, ἑαυτοὺς μὲν, ὡς ἔοικεν, ἐκτοπίζουσιν, ἑτέρους δὲ τοσούτους τῶν ἐξ αὐτῶν γενωμένων ἀπολείπουσιν.

In Cranone Theſſaliae urbe duos eſſe tantum corvos ferunt, qui ſe ipſos quidem alio transferunt. Caeterum alios totidem ex ſe natos relinquunt.

NATALIS DE COMITIBVS.

At in Cranone Theſſaliae duos ſolos corvos eſſe ferunt in civitate, qui ubi nidum fecerunt, ſicuti conſtat, diſcedunt ipſi, ii totidemque ex ſe genitos relinquunt.

Ἐν δὲ Κράνωνι] Fortaſſe cum hac hiſtoria coniungenda eſt quae infra legitur cap. 149. SYLB.

In Cranone] *Cranone in Theſſalia.*

qui ſe] *qui, ubi pullos ſuos educarunt, ſe ipſos alio transferunt, alios vero totidem* — NIC.

Cranon non ignobile oppidum Theſſaliae. Plin. lib. 10 cap. 12 p. 551: *Ceterae omnes* (aves quae ſunt aduncis unguibus) *ex eodem genere pellunt nidis pullos, ac volare cogunt, ſicut et corvi; qui ipſi non carne tantum aluntur, ſed robuſtos quoque fetus ſuos fugant longius. Itaque pārvis in vicis non plus bina coniugia ſunt; circa Cranonem quidem Theſſaliae ſingula perpetua; genitores ſoboli loca cedunt.* Eadem Stephanus Byz. ex Callimachi *mirabilibus* retulit et Antig. Car. cap. 15. e Theopompo. Vid. Callimachi edit. Erneſt. I pag. 445. Fabula inde orta videtur, quod

quod corvi nidulantur solitarii, atque alias aves e vicinia fugant. Conf. Buffonii *ornitholog.* edit. Berolinensis 7 p. 61, ubi et reliqua vera partim, partim falsa, quae veteres de *corvo corace* tradiderunt, collegerunt et diiudicarunt Buffon et Otto, cui diligentissimo ornithologo huius voluminis interpretationem debemus. Confer. quoque Aristot. *hist. an.* lib. 9 cap. 31. Aelian. *hist. anim.* 2 cap. 49 et lib. 7 cap. 18.

CAP. CXXXIX.

Ἐν δὲ (τῇ) Ἀπολλωνίᾳ τῇ πλησίον κειμένῃ τῆς τῶν Ταυλαντίων χώρας, φασὶ γίγνεσθαι ἄσφαλτον ὀρυκτὴν καὶ πίσσαν, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκ τῆς γῆς συναναπηδῶσαν τοῖς ὕδασιν, οὐδὲν διαφέρουσαν τῆς Μακεδονικῆς, μελαντέραν δὲ καὶ παχυτέραν πεφυκέναι ἐκείνης. οὐ πόρρω δὲ τούτου τοῦ χωρίου πῦρ ἐστι καιόμενον πάντα τὸν χρόνον, ὥς φασιν οἱ κατοικοῦντες περὶ τὴν χώραν ἐκείνην. ὁ δὲ καιόμενος τόπος, ἐστὶν οὐ πολύς, ὡς ἔοικεν, ἀλλ' ὅσον μάλιστα πενταπλέθρου τὸ μέγεθος· ὄζει δὲ θείου καὶ συπτηρίας, καὶ πέφυκε περὶ αὐτὸν πόα τε βαθεῖα, ὃ καὶ θαυμάσειεν ἄν τις μάλιστα, καὶ δένδρα μεγάλα, οὐκ ἀπέχοντα τοῦ πυρὸς πήχεις τέσσαρας. καίεται δὲ συνεχῶς περὶ Λυκίαν καὶ Μεγάλην πόλιν τὴν ἐν Πελοποννήσῳ.

In Apollonia, quae iuxta regionem Taulanticam sita est, nasci aiunt bitumen picemque instar aquarum e terra subsilientium; solo eo, quod atra magis densiorque proveniat, Macedonicae absimilem. Nec procul isthinc ferunt accolae ignem iugiter ardere, loco minime amplo, ut qui pentaclini spatium complectatur, unde odor sulphuris aluminisque redditur; crescitque [et] circa hunc herba altissima, et, quod magis mirere, arbores excelsae non plus quatuor passibus isthinc distantes. Flagrat autem continue circa Lyciam et Megaram Peloponnesi urbem.

NAT-

NATALIS DE COMITIBVS.

In Apollonia quae proxima eſt Atlanticorum regioni bitumen excavatum eſſe dicitur, et pix eodem modo, quae ex terra profluat aquarum more nihilque differat a pice Macedoniae, niſi iſta fuerit et nigrior et ſpiſſior. Non procul ab eo loco ignis eſt qui perpetuo ardeat, ut narrant loci illius coloni. Locus qui ardet non eſt magnus, ut par eſt, ſed quantum ſpatium quinque thororum capax ſit, oletque ſulphur et alumen, circa quod naſcitur herba denſa, et quod maxime videri poſſet admirabile, arbores praegrandes, quae non diſtant ab igne per maius quam quatuor ulnarum ſpatium. Ardet aſſidue ſimiliter in Lycia et in Megale civitate Peloponneſi.

Εν δὲ Απολλωνίᾳ] Leon. Cam. et Iſing. habent: ἐν δὲ Απολλωνίᾳ, τῇ πλησίον κειμένῃ τῶν Ατλαντίνων χώρᾳ; minus belle. Praeterea pro Ατλαντίνων rectius legemus Ταυλαντίων, *Taulantiorum*, cuius populi ſupra quoque facta eſt mentio cap. 21. Brodaeus certe ſic corrigit *Miſcell.* lib. 4 cap. 23. SYLB. Τῶν Ταυλαντίων ſuaſerat Sylburgius. Ipſe vero in ſua editione reliquerat Ατλαντίνων, quod Holſtenius ad Stephanum p. 56 in Ατιντάνων mutat. Eſt vero Atintania Macedoniae pars, ut Apollonia eiusdem regionis urbs. Adeoque minus huc convenire videtur Atintanes, quam Taulantii, Illyricus populus, et Apollonia Illyriae urbs. Nam ſedes narrationis Illyria eſſe videtur, non Macedonia, cum quod Apollonia Macedoniae opponitur, tum quod proxima hiſtoria et ipſa Illyrica eſt. NIC. In codice Vindobon. eſt Αθπλατίνων, puncto ſub π tanquam ſpurio poſito. I. B.

συναναπηδῶσιν] deeſt hoc verbum in Lexicis. I. B.

ἀλλ' ὅσον μάλιστα] Leon. et Cam. maſc. genere ὅστος; minus belle. SYLB.

καὶ συπτηρίας] Vulgo *alumen* redditur, ſed ſalem, quem nos ita vocamus, ignorarunt veteres, quorum alumen ſeu συπτηρία haud dubie fuit vitriolum impurum. Conf. hiſtoria aluminis, quam dedimus in *Commentationibus ſociet. ſcient. Gottingenſis* vol. 1 et in Beyträgen zur Geſchichte der Erfindungen vol. 2 p. 92. I. B.

ὃ καὶ θαυμάσειεν] malim καὶ ὃ θαυμ. vel ὅ τε θαυμ. ut interpres quoque vertit: *et quod magis mirere.* SYLB.

Μεγάλην πόλιν] Isingr. et Steph. Μεγάρην πόλιν; itidemque interpres: *et Megaram Peloponnesi urbem;* perperam. Megara enim extra Peloponnesum a geographis statuitur. SYLB.

In Apollonia] *Apolloniae, q. i. reg. Taulantiorum* —

ut qui pentaclini] *ut qui spatium complectatur, quod quinque accubantes occupent.* (conf. cap. 1 p. 7. b.).

non plus quatuor passibus]. *vix quatuor cubitis.*

Megaram] *Megalopolin.* NIC.

Holstenius in notis in Stephan. Byzant. p. 56 et Vossius in annotationibus in Scylacis *periplum* pag. 4 putant, legendum esse Ατιντάνων. Sed Sylburgius, vir eruditissimus, Ταυλαντίων legi mavult; quas quidem inter sententias non multum interesse discrimen mihi videtur, cum utraque possit defendi. Namque ea urbs Apollonia, de qua hic sermo est, erat in ora Illyricana ad mare Hadriaticum, sita inter Epirum, in qua sedem habebant Atintanes, et inter terram a Taulantiis habitatam, vicinam Epidamno. Locum, ubi bitumen effodiebatur et terra flagrabat, accurate indicavit Aelianus *var. hist.* lib. 13 cap. 16, remque exposuit ipsis fere Aristotelis verbis. Nos adscribamus interpretationem Latinam: *Apolloniatae urbem habitant vicinam Epidamno, in Ionico sinu; atque in proximis urbi locis fodina est bituminis* (ἀσφάλτου), *quod implet eam, eodem plane modo e terra exoriens, quo pleraeque aquarum scaturigines. Non procul etiam immortalis ille ignis* (τὸ ἀθάνατον πῦρ) *ostenditur, qui vero ardet collis est exiguus, neque in magnum spatium extenditur, neque longum habet ambitum, sulphur autem et alumen olet; circumque ipsum bene florentes sunt arbores, multaque viridia, et ignis iuxta exaestuans nihil laedit, neque teneros arborum surculos, neque frondem. Ignis vero diu noctuque ardet, neque desiit unquam, ut aiunt Apolloniatae, ante bellum, quod cum Illyriis gerere debuerunt.* Dioscorides lib. 1 cap. 100 tradit, gigni pissasphaltum in Apollonia Epidamno vicina, quem e montibus Cerauniis exoriri non temere credit. Galenus lib. XI *de simpl. medic. facult.* ἐν Απολλωνίᾳ τῇ κατ' Ηπειρον. Leontinus in *Geopon.* lib. 15 cap. 8 p. 1095: ἡ ἄσφαλτος ἐξ Απολλωνίας τῆς κατὰ Δυῤῥάχιον ἐκ τῆς λίμνης ἀναβάλλεται. *Bitumen ex Apollonia allatum iuxta Dyrrachium ex stagno eiicitur.* Plinius lib. 34 cap. 15 p. 715 *bituminis Apolloniatici* meminit et lib. 16 cap. 12 p. 11 et lib. 24 cap. 7 p. 333 *picis fossilis atque pissasphalti in Apolloniatarum agro.* Vitruvius lib. 8 cap. 3 *circa Apolloniam,*

niam, inquit, *fontes sunt, qui picis magnam multitudinem cum aqua vomunt.* Asphaltus, bitumen, pix fossilis, pissasphaltus sunt res valde similes et vix nisi colore et spissitudine diversae. Solet hoc bitumen liquidum aquae innatare et paulatim indurare. Reperiuntur etiam glebae induratae in terra, potissimum arenosa, unde varium in usum eruuntur. Fodinae vocantur *picariae.* Vlpianus lib. 50 *digest.* tit. *de verborum signif.* commemorat *vectigal salinarum, metallorum et picariarum.* Terra bitumine vel petroleo saturata solet exhalare vapores naphthae subtilissimae, qui facile ardent, qua de re iam egimus cap. 32, 33, 34. Aristoteles noster atque Plinius, qui Theopompo auctore usus est, scribunt, picem fossilem Apolloniatam non deteriorem esse Macedonica. Fuit vero haecce pix Macedonica non fossilis, sed resina vegetabilis, quae coquebatur e larice, auctore Plinio p. 11; ergo picem fossilem simillimam fuisse pici vulgari asserunt illi; nec falso. Attamen vegetabilis facile dignoscitur eo, quod spiritus vini maiorem eius copiam resolvit, quam picis fossilis.

Lycia erat regio inter Cariam et Pamphyliam. De igne, qui perpetuo ibi flagrabat, varii auctores varia memoriae mandarunt. Plinius lib. 5 cap. 27 p. 273: *mons Chimaera in Lycia noctibus flagrans, Hephaestium civitas, et ipsa saepe flagrantibus jugis.* Idem lib. 2 cap. 106: *Flagrat in Phaselitide mons Chimaera, et quidem immortali diebus et noctibus flamma.* Huic monti propterea adfingitur fabula Chimaerae. Servius ad Virgilii *Aeneid.* 6, 288: *Revera Chimaera mons est Lyciae, cuius hodieque ardet cacumen.* Ctesias apud Photium p. 68: ὅτι πῦρ ἐστὶν ἐγγὺς Φασήλιδος ἐν Λυκίᾳ ἀθάνατον, *quod ignis iuxta Phaselidem in Lycia sit immortalis.* Idem Ctesias apud Antigon. Car. cap. 182. Scylacis *periplus*, in Lycia p. 37: ὑπὲρ δὲ τούτου ἱερὸν Ηφαίστου ἐν τῷ ὄρει, καὶ πῦρ πολὺ αὐτόματον ἐκ τῆς γῆς καίεται καὶ οὐδέποτε σβέννυται. *Supra id fanum Vulcani in monte, multusque ignis terra editus ardet sua sponte, neque unquam extinguitur.* Potissimum huc pertinent verba Senecae *epist.* 79 pag. 543: *In Lycia regio notissima est, Hephaestion incolae vocant, perforatum pluribus locis solum, quod sine ullo nascentium damno ignis innoxius circuit. Laeta itaque regio est et herbida nil flammis adurentibus, sed tantum vi remissa ac languida refulgentibus.* Conf. Plutarchus *de virtutibus mulierum* p. 248.

Μεγάλη πόλις seu Μεγαλόπολις (nam etiam sic dicitur Straboni) Megalopolis, urbs nobilissima Arcadiae, cuius in vicinia ignem fuisse immortalem, nullius, nisi Aristotelis nostri auctoritate mihi constat.

CAP. CXL.

Λέγεται δὲ καὶ ἐν Ιλλυριοῖς τίκτειν τὰ βοσκήματα δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ τὰ πλείστα διδυμοτοκεῖν· καὶ πολλὰ δὲ τρεῖς ἢ τέσσαρας ἐρίφους τίκτειν, ἔνια δὲ καὶ πέντε καὶ πλείους. ἔτι δὲ γάλακτος ἀφιέναι ῥᾳδίως τρία ἡμίχοα. λέγουσι δὲ καὶ τὰς ἀλεκτορίδας, οὐχ ὥσπερ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπαξ τίκτειν, ἀλλὰ δὶς καὶ τρὶς τῆς ἡμέρας.

Ferunt et in Illyriis, iumenta et bis in annos ſingulos, et pleraque geminos, multa ternos et quaternos parere, non nulla etiam quinos, aut plures ſimul progignere, lacteque diurno tres ſemiſextarios implere. Tum gallinas non ſemel tantum, ſed bis terve in dies ſingulos ova edere.

NATALIS DE COMITIBVS.

Affirmant et pecudes quae ſunt in Illyriis bis parere quotannis, et plurima animalia bina parere; multasque capras tres aut quatuor hoedos, aliquando quinque ac etiam plures. Lactis praeterea facillime tria multralia replere. Quin etiam gallinas aſſerunt non ſemel parere ſingulis diebus, ſicut apud reliquas nationes, ſed bis aut ter ſaepius.

De fecunditate τῶν βοσκημάτων vide quae annotavimus ad cap. 81, ubi etiam de gallinis Adrianis ſermo fuit. Etiam Athenaeus lib. 7 p. 285 commemorat τοὺς Ἀδριατικοὺς ὄρνιθας, ſed quos reliquis gallinis dicit eſſe ἀχρειοτέρους καὶ πολὺ ἐλάττους.

CAP.

CAP. CXLI.

Λέγεται (δὲ) καὶ ἐν τῇ Παιονίᾳ τοὺς βοῦς τοὺς ἀγρίους πολὺ μεγίστους ἁπάντων τῶν ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι γίγνεσθαι.

In Paeonia quoque esse aiunt feros boves, omnium maximos, qui ubivis alibi sint.

NATALIS DE COMITIBVS.

Dicuntur agrestes boves Paeoniae multo maiores esse omnibus bobus, quae in frigidis regionibus inveniuntur.

ἔθνεσι γίγνεσθαι] De transpositione a Stephano hic facta, supra dictum est ad cap. 124, in qua non habeo quod desiderem, nisi quod historia quae hic de Siculo freto sequitur, cum ea coniungi debuisset, quae supra est cap. 122. Nam ut superiorem, ita et hanc ex Polycrito desumtam esse, satis declarat hic relativum οὗτος δέ φησι. Aut illa igitur huic praeponenda erit; aut haec illi subiungenda. SYLB. Etiam in codice Vindob. post γίγνεσθαι sequitur: καὶ τὰ κέρατα αὐτῶν χωρεῖν τέσσαρας χόας, et statim: Εν Ιλλυριοῖς δὲ — quod in editionibus extat cap. 150. I. B.

ubivis alibi] *ubivis gentium.*

De hocce boum genere abunde disputavimus cap. 1. Quae verba in interpretatione habent editiones post: *alibi sint*, pertinent ad cap. 124, ubi ea uncinis inclusimus.

CAP. CXLII.

Περὶ δὲ τοῦ πορθμοῦ τῆς Σικελίας καὶ ἄλλοι μὲν πλείους γεγράφασι, καὶ οὗτος δέ φησι συμβαίνειν τεραστώδες. ἐκ γὰρ τοῦ

De Siculo freto cum alii complures scribant, tum hic stupendam in eo rem evenire inquit. Tyrrheni enim maris aestum strepitu

Τυρρηνικοῦ πελάγους πολλῷ ῥοίζῳ φερόμενον τὸν κλύδωνα, προσβάλλειν πρὸς ἀμφότερα τὰ ἀκρωτήρια, τό μὲν τῆς Σικελίας, τὸ δὲ τῆς Ἰταλίας, τὸ προσαγορευόμενον Ῥήγιον, ἐκ μεγάλου πελάγους εἰς στενὸν συγκλείεσθαι· τούτου δὲ γινομένου, κῦμα μετέωρον αἴρειν σὺν πολλῷ βρόμῳ ἐπὶ πάνυ πολὺν τόπον τῆς ἄνω φορᾶς, ὥστε τοῖς μακρὰν ἀπέχουσι, συνόπτον εἶναι τὸν μετεωρισμὸν, οὐκ ἀνόμοιον φαινόμενον θαλάσσης ἀναφορᾷ, λευκὸν δὲ καὶ ἀφρῶδες· παραπλήσιον δὲ τοῖς συρμοῖς τοῖς γινομένοις ἐν τοῖς ἀνυπερβλήτοις χειμῶσι· καὶ ποτὲ μὲν ἀλλήλοις συμπίπτειν ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν ἀκρωτηρίων τοὺς κλύδωνας, καὶ ποιεῖν συγκλεισμὸν, ἄπιστον μὲν διηγεῖσθαι, ἀνυποπτόμενον δὲ τῇ ὄψει θεάσασθαι· ποτὲ δὲ διϊσταμένους ἐκ τῆς πρὸς ἀλλήλους συρράξεως, οὕτω βαθεῖαν καὶ φρικώδη τὴν ἄποψιν ποιεῖν τοῖς ἐξ ἀνάγκης θεωμένοις, ὥστε πολλοὺς μὲν μὴ κρατεῖν ἑαυτῶν, ἀλλὰ πίπτειν σκοτουμένους ὑπὸ τοῦ δέους· ἐπειδὰν

pitu ingenti utrimque, cum Siciliae tum Italiae oram, quam Rhegium vocant, ferire, delatumque ex mari vasto in angustias postremo concludi, atque ibi fluctum sublimem tolli, sonitu magno spatioque altissimo, ut procul distantibus conspicua sit haec aquarum ebullitio, ut puta alba, et spumosa, nec similis maris incremento. Haec ut incredibiliter narrantur, ita contueri oculis nemo sustinet. Interdum enim diffusi rursus ex collisione mutua aestus adeo profundum ac horribilem aspectum necessario intuentibus praebent, ut non nulli prae timore animi impotentes, velut offusa oculis tenebra concidant. Postquam vero ad alterutram partem fluctus allisi, sublatique ad litus supremum, denuo in subiectum mare devolvuntur, tum magno rugitu, cum vorticibus et immensis et crebris ex imo fundo ebullit, inque gyrum elevatur, et omnigenos etiam colores reddit. Interdum enim ater, non nunquam caeruleus, frequenter purpureus

δὲ προσπεσὸν τὸ κῦμα πρὸς ὁποτερονοῦν τῶν τόπων, καὶ μετεωρισθὲν ἕως τῶν ἄκρων, πάλιν εἰς τὴν ὑποῤῥέουσαν θάλασσαν κατενεχθῇ, τότε δὴ πάλιν σὺν πολλῷ μὲν βρυχηθμῷ, μεγάλαις δὲ καὶ τραχείαις δίναις τὴν θάλασσαν ἀναζεῖν καὶ μετεωρίζεσθαι κυκωμένην ἐκ βυθῶν, παντοδαπὰς δὲ χρόας μεταλλάσσειν. ποτὲ μὲν γὰρ ζοφερὰν, ποτὲ δὲ κυανῆν, πολλάκις δὲ πορφυρίζουσαν διαφαίνεσθαι. τὸν δὲ δρόμον καὶ τὸ μῆκος αὐτῆς, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις τὴν ἀναῤῥοιαν, οὐδὲ ἀκούειν οὐδὲν ἑρπετὸν, οὔθ' ὁρᾷν ὑπομένειν, φεύγειν δὲ πάντα πρὸς τὰς ὑποκειμένας ὑπωρείας. λήγοντος δὲ τοῦ κλύδωνος, τὰς δίνας μετεώρους φέρεσθαι, ποικίλλας οὕτως τὰς ἀναφορὰς ποιουμένας, ὥστε δοκεῖν πτερύγων ἤ τινων ἄλλων μεγάλων ὄφεων σπειράμασι παρομοίους τὰς κινήσεις ἀποτελεῖν.

pureus apparet. Caeterum curſum et immenſitatem fluxus refluxusque ne reptilia quidem vel audire vel videre ſuſtinent, quocirca ad radices montium iuxta confugiunt. Tempeſtate autem deſinente, in ſublime efferuntur voragines, ſpecie relucente varia, turbinibusque ac motibus ventorum, aut ingentium ſerpentum ſpiris non abſimiles.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

De freto Siciliae et alii complures multa memoriae prodiderunt, et hic, de quo mentionem fecimus, Polycritus, monſtro ſimile quiddam evenire inquit; ex pelago Tyrrheno ſcilicet multo cum ſtrepitu ac ſtridore fluctum ad utrumque promontorium incurrere, quorum hoc Siciliae, illud Italiae nominatur Rhegium, qui quidem fluctus ex magno pelago in anguſtum concluditur. Hoc ubi acciderit, unda in ſublime multo cum fremitu extollitur, ita ut multum loci ſpatium inundet, atque longe diſtantibus elevatio conſpicitur haud quaquam elato mari perſimilis, at alta ſit unda et ſpumoſa, ſimillima ratione, qui inſuperabilibus in locis a mari verſantur undas in utrumque promontorium incidere vident et inundare. Quod cum dictu incredibile ſit, tum aſpectu et horrendum eſt et intolerabile. Accidit aliquando ut undae ex colliſione ita inter ſe diſtent, ut et profundum et horrendum neceſſario aſpectum praebeant inſpectantibus, ita ut non nulli ſe ipſos continere nequiverint, ſed prae timore ſint obcoecati et pene mortui, cum vero fluctus ad alterutrum locorum incidens et in ſublime elatus ad verticem usque, in mare denuo defluens, ſeceſſerit, tunc mare rurſus cum magno ſtrepitu magnisque et formidandis vorticibus fervet, atque in circulum ex profundo extollitur, multiplicesque refert colores, nunc quidem obſcurum, nunc caeruleum, et ſaepius apparet unda purpurea. Curſus et longitudo et refluxus praeterea talis eſt, ut neque videre, neque audire quidem ulla poſſint animalia, ſed omnia ad montis radices confugiant. Ubi ceſſaverit impetus undarum, ita ſublimes ferri vertices dicunt reductiones facientes, ut vel ſerpentum vel aliarum magnarum viperarum ſpiris perſimiles motus efficiantur.

τοῦ Τυῤῥηνικοῦ πελάγους] Leon. et Cam. Τυῤῥηνοῦ πελάγους; minus uſitate. SYLB.

Ρήγιον, ἐκ μεγάλου] L. et C. et Iſ. ante ἐκ μεγάλου repetunt participium Φερόμενον. SYLB. Sic etiam cod. Vindob. Ρήγιον, καὶ Φερόμενον ἐκ μεγάλου. I. B.

οὐκ ἀνόμοιον] Pro hoc erat ſcriptum οὐχ ὅμοιον. Illud autem συνόπτην non placebat; mallem εὐσύνοπτον. STEPH. L. et C. οὐχ ὅμοιον; itidemque interpres: *nec ſimiles maris.* SYLB. Etiam cod. Vind. οὐχ ὅμοιον.

λευκὸν δὲ καὶ ἀΦρῶδες] ἀΦρῶδες referendum non ad proximum ſubſtantivum μετεωρισμὸν, ſed ad remotius κῦμα. SYLB.

τοῖς συρμοῖς] deeſt in L. et C. et Iſ. SYLB.

συγκλεισμὸν] Cod. Vind. συγκλυσμόν.

ἐξ ἀνάγκης] pro hoc legendum ἐκ γῆς. STEPH.

σκοτουμένους] Cod. Vind. πλητουμένους.

ὑπὸ τοῦ δέους] L. et C. ἐκ τοῦ δέους. SYLB. τοῦ abeſt in c. Vind. deinde προσπεδόν.

βρυχηθμῷ] Cod. Vind. μυκηθμῷ. I. B.

κυκωμένην] κυκαμένην pro vulgari κυκλουμένην Stephanus e vet. libro nobis reſtituit. SYLB. Attamen Sylburgius ſua in editione p. 114 lin. 24 habet κυκωμένην, et ſic etiam Caſaubonus.

παντοδαπὰς δὲ χρόας] Leon. Cam. et Iſing. χρόας καταλαβεῖν; minus convenienter. SYLB.

μετεώρους Φέρεσθαι] Cod. Vind. Φαίνεσθαι, et diſtinctione poſt ποικίλας poſita; poſtea ἀνκστροΦάς. I. B.

σπειράματι] forſan rectius plur. σπειράμασι. SYLB.

utrimque — — oram, quam] *utrumque promontorium, c. S. t. I. quod.*

ſonitu] *fremitu.* conſpicua] *conſpicuus ſit hic ebulliens aeſtus.*

ut puta — — incremento] *nec maris exaeſtuantis fluctibus abſimilis, albus et ſpumoſus; ſimillimus vero tractibus undarum maris foediſſime hiemantis: interdum adverſos*

 fluctus

fluctus ad utrumque promontorium inter se confligere, et angustiis urgeri. Haec ut incredibiliter narrentur.

nemo sustinet] *neminem sustinere —*

interdum enim diffusi] *interdum vero dehiscentes.*

aestus] *fluctus adeo profundam ac horribilem voraginem — — ostendere, ut multi prae caligine —*

ad litus supremum] *summa promontoria.*

devolvuntur] *devoluti sint, tum rursus magno —*

et crebris — ebullit] *et minacibus — effervescere mare, inque caelum efferri et varios etiam colores reddit. Interdum enim atrum, non nunquam caerulcum, frequenter purpureum videri.*

sustinent] *sustinere, sed ad radices montium subiacentium confugere.*

efferuntur voragines] *efferri vortices, varias praebentes species, adeo ut motus spiris presterum aut aliorum ingentium serpentum similes edere videantur.* NIC.

De freto Siculo conferantur, quae iam ad cap. 56 contulimus. Quae hic leguntur, e Polycrito hausisse noster videtur, quam ob caussam Sylburgius recte hoc caput cum capite 122 coniungi iubet. Hac sententia fuit quoque Natalis, qui Polycriti nomen interseruit. Sed hanc freti descriptionem penitus explicandam relinquo criticis, cum insunt, quae emendatione indigere mihi certe videntur. Adscribam tamen Iustini lib. 4 cap. 1 verba, quae Aristotelis relationi bene consonant. *Proximum Italiae promontorium Rhegium dicitur, ideo quia Graece abrupta hoc nomine pronuntiantur. Nec mirum si fabulosa est loci huius antiquitas, in quem res tot coiere mirae. Primum quod nusquam alias tam torrens fretum, nec solum citato impetu, verum etiam saevo, neque experientibus modo terribile, verum etiam procul videntibus. Undarum porro inter se concurrentium tanta pugna est, ut alias veluti terga dantes in imum desidere, alias quasi victrices in sublime ferri videas; nunc hic fremitum ferventis aestus, nunc illic gemitum in voraginem desidentis exaudias.*

CAP.

CAP. CXLIII.

Φασὶν, οἰκοδομούντων Ἀθηναίων τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς ἐν Ελευσῖνι, περιεχομένην σήλην πέτραις ἐυρεθῆναι χαλκῆν, ἐφ' ἧς ἐπεγέγραπτο, Δηϊόπης τόδε σῆμα [Δημήτριος.] ἣν οἱ μὲν λέγουσι Μουσαίου εἶναι γυναῖκα, τινὲς δὲ Τριπτολέμου μητέρα γενέσθαι.

Aiunt, Athenienſibus templum Cereris Eleuſiniae extruentibus, porrectam a petris columnam aeream inventam, cui inſcriptum erat, Deïopes hoc ſepulcrum, quam alii Muſaei uxorem, alii vero Triptolemi matrem fuiſſe perhibent.

NATALIS DE COMITIBVS.

Memoriae proditum eſt, quod aedificantibus templum Cereris Eleuſinae inter lapides columna aerea inventa fuit, in qua erat inſcriptum: Deiopes hoc monumentum; quam alii uxorem aiunt fuiſſe Muſaei, alii matrem Triptolemi.

περιεχομένην] L. et C. παρεχομένων σήλ. parum congruenter. SYLB.

Δημήτριος] Incluſum Δημήτριος abeſt a L. C. I. itidemque a verſione Latina. SYLB. Cod. Vind. Διϊόπης σῆμα Δημήτρος.

porrectam] *columnam ſaxis concluſam inventam eſſe aeream.*

ſepulcrum] *Demetrius fecit.* NIC.

Eleuſis ſeu Eleuſin oppidum Atticae, verſus Megaram, ubi myſteria Cereris celebrabantur. Scylax *peripl.* in Attica p. 20: *primum oppidum Atticae eſt Eleuſis, ubi fanum Cereris et munimentum,* οὗ ἱερὸν Δήμητρός ἐσι καὶ τεῖχος. Muſaei nomen qui habuerunt, multi fuerunt, de quibus poſt Meurſium in *Atticis lection.* II, 19 et *Biblioth. Art.* lib. 4 in *Oper.* II p. 832, diligenter diſputavit Fabricius in *Biblioth. Gr.* vol. I p. 101. Muſaeus vero, de quo hic ſermo eſt, idem videtur, a quo myſteria Eleuſinia inſtituta dicuntur. Eiusdem mentionem fecit Ariſtoteles *Polit.*

Polit. VIII cap. 5 p. 935 et *Hist. anim.* VI, 6. Sed inter scriptores, qui Triptolemi genealogiam explicarunt, reperio neminem, qui mentionem fecerit huius Deiopes, cuius tamen mentionem iniecit Pausanias I, 14 p. 34, sed obiter tantum et in transitu, ita tamen ut appareat eum, hanc Triptolemi fuisse matrem, non credidisse.

CAP. CXLIV.

Εν μιᾷ τῶν Αιόλου προσαγορευομένων νήσων, πλῆθός τι φασὶ γενέσθαι φοινίκων· ὅθεν καὶ Φοινικώδη καλεῖσθαι. οὐκ ἂν οὖν εἴη τὸ λεγόμενον ὑπὸ Καλλισθένους ἀληθὲς, ὅτι ἀπὸ Φοινίκων τῆς Συρίας τῶν τὴν παραλίαν οἰκούντων, τὸ φυτὸν ἔλαβε τὴν προσηγορίαν· ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς Φοίνικας ὑπὸ τῶν Ελλήνων φασί τινες προσαγορευθῆναι, διὰ τὸ πρώτους πλέοντας τὴν θάλασσαν, ἢ ἂν ἀποβαίησαν, πάντας ἀποκτείνειν καὶ φονεύειν. καὶ κατὰ γλῶσσαν δ' ἐστὶ τὴν Περραιβῶν, τὸ αἱμάξαι, φοινίξαι.

Iuxta Aeolias insulas, ut vocant, unam ferunt palmis arboribus abundantem, nomen ex eo traxisse ut Phoenicula appellaretur. Itaque falso Callisthenes asserit a Phoenicibus Syriam litoralem incolentibus arbori nomen hoc inditum. Verum a Graecis aiunt quidam Phoenices appellatos, quod primi maria navigantes, quocumque appellerent, omnes necarent. Sed et Perrhoeborum lingua φοινίξαι trucidare significat.

NATALIS DE COMITIBVS.

In una earum insularum, quae Aeoli nomen obtinuerunt, quandam palmarum copiam nasci dicunt, unde etiam dicitur palmaria. Non est igitur verum, quod dicitur a Callisthene, quod ex Syriae Phoe-

Phoenicibus loca mari vicina incolentibus planta nomen accepit, ſed et ipſos Phoenices a Graecis et appellatos eſſe dicunt quidam, quia cum primi per mare navigaſſent, ubi primum egreſſi ſunt omnes obtruncarunt et trucidarunt, lingua autem Peraeborum ſanguine inficere dicitur phoenixae.

Φοινικώδη] Forſan rectius Φοινικοῦσσαν καλεῖσθαι; ſicut etiam interpres: *nomen ex eo traxiſſe ut Phoenicuſa appelletur.* SYLB. Certum eſt, Φοινικώδης ab aliis quoque uſurpari, neque opus eſſe illud in Φοινικοῦσσα mutare. NIC.

Φοίνικας] Vnde nomen habeant Phoenices, Bochartus *Can.* lib. I cap. I p. 562 quaerit. NIC.

οὐκ ἂν οὖν] οὖν deeſt in cod. Vind.

ὅτι ἀπὸ Φοινίκων] ſic etiam in cod. Vind. ubi Duval. ὑπό.

Συρίας τῶν τὴν] ſic quoque cod. Vind. cum apud Duval. deſideretur τῶν.

γλῶσσαν δ' ἐσὶ] pro ἐσὶ ſi ἔτι malis, per me licet. SYLB.

αἰμάξαι] Heſychius: Φοινίξαι. αἰμάξαι. βάψαι. NIC.

Iuxta Aeolias] *Aeoliarum, quas vocant, inſularum.*

Phoenicula] *Phoenicuſa.*

ex eo] *inde.*

trucidare] *cruentare.* NIC.

Φοινικοῦσα, Φοινικώδης, Phoenicuſa, Phoenicodes, hodie Felicuda ſeu Felicur. Primum nomen et gemino σ et ſimplici ſcribitur. Strabo lib. 9 p. 424: Ἐρικοῦσσα καὶ Φοινικοῦσσα ἀπὸ τῶν φυτῶν κέκληνται. *Ericuſa et Phoenicuſa a ſtirpibus dictae.* Stephanus p. 269: Ἐρικοῦσσα, μία τῶν Αἰόλου νήσων, ἀπὸ φυτοῦ καλουμένη, ὡς τὸ Φοινικοῦσσα. Hodie tamen palmae defecerunt, auctore Cluvero *Sicil.* p. 415. Quaedam de hodierno inſulae ſtatu leguntur in Delomieu Reiſe nach den Lipariſchen Inſeln. Leipzig 1783. 8 p. 104. De Calliſthene conf. Voſſius *de hiſtoricis Graecis* lib. I cap. 8. et Fabricii *biblioth. Graeca.* Fuit conſobrinus Ariſtotelis, auctore Plutarcho in *vita Alexandri*, quo cum conſentit Diog. Laertius in vita Ariſtotelis V, 5. Perrhaebi, incolae Perrhaebiae, quae

pars quondam fuit Theſſaliae prope Macedoniam. Illorum parvum aut nullum aetate ſua ſuperfuiſſe veſtigium, auctor eſt Strabo lib. 9. Conf. quae Thom. de Pinedo annotavit ad Stephan. p. 543. Phoenices a Graecis Φοίνικας vocari, a *φοινίξαι*, *trucidare*, negat Thomas Hyde in annotat. ad Abrahami Peritſol *itinera mundi* cap. 6. "Eos enim, inquit, „Φοίνικας appellabant, quia *coccineis* „veſtibus induti, quippe quae in „Oriente olim et usque hodie ſemper „affectatae. Et a Graeca *φοῖνιξ* ru„*ber color*, dicti ſunt *Poeni*, et adj. „*Punicus*. Hinc etiam *φοίνιξ* avis „dicta, quia *rubra* ſeu *flammea*." Vid. Ugolini *Theſaur. antiquit. ſacrarum*. vol. 7 p. LXXI.

CAP. CXLV.

Τῆς καλουμένης Αἰνιακῆς χώρας περὶ τὴν ὀνομαζομένην Ὑπάτην λέγεται παλαιά τις στήλη ἐυρεθῆναι, ἣν οἱ Αἰνιᾶνες τίνος ἦν εἰδέναι βουλόμενοι, ἔχουσαν ἐπιγραφὴν ἀρχαίοις γράμμασιν, ἀπέστειλαν εἰς Ἀθήνας τινὰς κομίζοντας αὐτήν. πορευομένων δὲ διὰ τῆς Βοιωτίας, καί τισι τῶν ξένων ὑπὲρ τῆς ἀποδημίας ἀνακοινουμένων, λέγεται αὐτοὺς εἰσαχθῆναι εἰς τὸ καλούμενον Ἰσμήνιον ἐν Θήβαις. ἐκεῖθεν μὲν γὰρ μάλιστα ἂν ἐυρεθῆναι τὴν τῶν γραμμάτων ἐπιγραφήν· λέγοντες εἶναί τινα ἀναθήματα ὁμοίους ἔχοντα τοὺς ῥυθμοὺς τῶν γραμμάτων ἀρχαῖα. ὅθεν αὐτοὺς φασιν ἀπὸ τῶν γνωριζομένων, τὴν

Circa Hypatam urbem dicitur columna vetus reperta eſſe inſignita inſcriptione litteris vetuſtis compoſita. Quas Acarnanes, cum ea cuius eſſet, explorare cuperent, Athenas miſerunt quosdam allaturos, qui dum per Boeotiam iter faciunt, caſu, miſſionis cauſſam advenis quibusdam detegunt, a quibus Thebas ad Iſmenium, quod vocant, adducuntur, eo quod iſthic monumentum litteris ſimilibus conſcriptum cerneretur; ſed et rhythmos etiam, donariis inſculptos, litteris non abſimilibus, quas a peritis earum edocti, legendo propoſitam inſcriptionem aſſecuti ſunt, his ſcilicet carminibus compoſitam:

Ab-

ἕυρεσιν ποιησαμένους τῶν ἐπιζητουμένων, ἀναγράψαι τοὐσδε τοὺς στίχους·

Ἡρακλέους τεμένει τε Κυθήρᾳ Φερσεφαάσσῃ,
Τῇδ' ἀγέλην ἐλάων, ἠδ' Ερύθειαν ἄγων.
Τὰς δ' ἐδάμασσε πόθῳ Πασιφάεσσα θεά.
Τῇδε δέ μοι τέκνῳ τῷ δ' ἐυρύθοντι δάμαρτι
Νυμφογενὴς Ερύθη· δὴ τόδ' ἔδωκα πέδον
Μναμόσυνον Φιλίας, φηγῷ ὑπὸ σκιερᾷ.

Abducta bove Geryonis, pulchraque Erythia,
Haec luco Alcides Perſephonae poſuit:
Victorem et deſiderio Dea candida vicit,
Nympharum vero de genere una Erythe.
Hic puerum fago complexa Erythonta ſub alta,
Concubitus ſola haec dat mumenta ſui.

Τούτῳ τῷ ἐπιγράμματι ἐπεχώρησε καὶ ὁ τόπος ἐκεῖνος Ερυθος καλούμενος, καὶ ὅτι ἐκεῖθεν τοὺς βοῦς καὶ οὐκ ἐξ Ερυθείας ἤγαγεν. οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς κατὰ Λιβύην καὶ Ιβηρίαν τόποις οὐδαμοῦ τὸ ὄνομα λέγεσθαί φασι τῆς Ερυθείας.

Hoc epigrammate patet, eum locum Erythum appellatum, quod iſthinc boves, non ex Erythia deduxerit. Neque enim uſpiam vel iuxta Libyam vel Hiſpaniam, nomen Erythia extare ferunt.

Natalis de Comitibvs.

Dicitur columna quaedam in Hypata vocata fuiſſe reperta, quam cuius nationis eſſet, quorumve hominum inſcriptionem haberent ſcire cupientes, non nullos Athenas ad eam deportandam miſerunt.

Cum

Cum vero illi per Boeotiam iter facerent et cum quibusdam peregrinis profectionis cauſſam communicaſſent, dicuntur illi in Iſmenium dictum intra Thebas fuiſſe introducti, cum aſſererent inde praecipue hanc inſcriptionem fuiſſe decerptam, dicerentque quaedam eſſe donaria antiqua eosdem litterarum rythmos continentia; ex quo ipſos aiunt ab illis rei quaeſitae inventionem capientes, haec carmina ita conſcripſiſſe:

Alcides luto haec poſuit Proſerpinae, ut idem
Duxit Erythiam, Geryonisque boves.
Ducentem deſiderio dea ſplendida vicit.
E nymphis Erythe ſola virum domuit.
Sub fago umbroſa monumentum praebet amoris,
Subque Erythonte ſua vincula nectit Amor.

In hoc epigrammate et locus ille Erythus appellatur, ut patet, et dictum eſt quod boves inde, at non Erythia duxerit. Non enim inveniri poſſe aiunt Erythiae nomen in locis, quae ſunt in Lybia vel in Iberia dictum.

Αἰνιακῆς] Hic quoque lacuna erat antea. STEPH. Vt hic Αἰνιακῆς χώρας legitur, ita Αἰνιακὸς κόλπος apud Stephanum Byz. a primitivo Αἰνία, quod Perrhaebiae eſt oppidum; cives ipſi Αἰνιᾶνες appellantur, ut docet idem Stephanus. SYLB.

Αἰνιᾶνες] C. pro Αἰνιᾶνες habet Ακαρνᾶνες, itidemque interpres. minus recte. Nam et Stephano Byz. Υπάτη eſt πόλις Αἰνιάνων. SYLB.

Ισμήνιον] Templum Apollinis Iſmenii oraculo celebre, de quo omnino cl. Valckenaer Animadv. ad Ammon. 2, 4 p. 96. ſeq. conſulatur. Eiusdem meminit Pauſanias IX, 10. NIC.

ἐκεῖθεν μὲν γὰρ] Cod. Vind. δὲ pro μὲν γάρ.

ἀναθήματα] Tripodes inprimis ab Thebanis conſecrati. Vnde Pindarus *Pyth.* XI, 6 templum hoc χρυσέων τριπόδων θησαυρὸν, *aureorum tripodum theſaurum* vocat. Rationem affert ſcholiaſtes: τριπόδων δὲ εἶπε θησαυρὸν τὸ Ισμήνιον, διὰ τὸ αὐτόθι πολλοὺς ἀνακεῖσθαι τρίποδας. οἱ γὰρ Θηβαγενεῖς ἐτριποδοφόρουν ἐκεῖσε. Inter hos aliquot fuiſſe antiqua ſcriptura inſignes Herodotus obſervat, qui et inſcriptiones ipſas ſervavit V, 59 ſeq. NIC.

τοὺς ῥυθμοὺς] τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων etiam Herodotus V, 58 pag. 399 edit. Weſſel. dixit, de quo longa et docta Salmaſii diſputatio ad Herodis inſcript. p. 34 extat, cuius ſumma haec eſt, ῥυθμὸν hic formam et modum litterarum ſignificare. Unde idem hiſtoriae pater loco eodem μεταῤῥυθμίζειν dixit, ubi Ionas narrat in figuris et modulis litterarum a Phoenicibus acceptarum non nihil immutaſſe. Conf. Crenii *muſeum philologicum* II p. 57 ſeq. NIC.

Ηρακλέους] In corrupto iſto epigrammate mire conſentiunt editiones, et Latina item verſio. Sequenti verſu ſi legas τῇ δ' ἀγέλην ἐλάων, melius conſtat metrum. Sunt autem bini pentametri elegiaci, ad ſingulos hexametros heroicos additi. SYLB.

Nunc quidem beneficio Iſmeniorum vatum litteras huius inſcriptionis videmus. Verum ad illarum ſenſum eruendum ope ipſius Apollinis Iſmenii opus eſſe videtur. Certe pleraque adeo vel depravata vel obſcura ſunt, ut in toto carmine non minus laboremus, quam olim Aenianes. Qua de re Caſaubonus in ſua editione verſionem plane omiſit. Nam interpres quae ſibi viſa ſunt, non quae leguntur, dedit. Hinc Iſaacus Voſſius ſi non Phoebi, attamen Oedipi vocem audiviſſe ſibi perſuaſum habebat, cum ei Cl. Salmaſius ſcripſiſſet, duas eſſe inſcriptiones, non unam, ſic legendas:

Ηρακλέης τεμένιζε Κυθήρας Φερσεφάσσῃ,
Τῇ δ' ἀγέλην ἐλάων, ἐκ δ' Ερύθης ἀνάγων,
Τόνδ' ἐδάμασσε πόθῳ Φερσεφάεσσα θεά.

Hic igitur Hercules Proſerpinae, non Cereris, ut vulgo perhibetur, ſed Veneris, filiae certum regionis locum conſecrat, qua ille ex Erytha boves agens tranſierat, et ubi amore, neſcio cuius, erat correptus. Iam alteram, quae nihil pertinet ad priorem, ſic conſtituit:

Τηλεδάμῳ τέκνῳ καὶ Ευρύτῳ ἡ δάμαρ αὐτοῦ
Νυμφογενὴς Ερύθη δὴ τόδ' ἔθηκα πέδον
Μναμόσυνον φιλίας, φηγῷ ὑποσκιερόν.

Hic Erythe, filio Teledamo, et marito Euryto, amoris cauſſa, monumentum cum agri fagis conſiti et inumbrati ſpatio adiuncto, h. e. nemus cum monumento dedicat. Rationes qui requirit, inveniet eas in notis Voſſii ad *Periplum* Scylacis, quem ille iuvenis edidit 1639, pag. 4. Haec quae ille tum pro oraculo habuerat, viginti poſt annis plane damnavit, et cum Melam nobis daret, ipſe tanquam tripodas ſenſiſſet, ex hac librorum manu exaratorum corruptela,

Ηρακλέους τεμενὶς τὸ κυθήρᾳ Περσεφάσσᾳ
Τηδορυονῆας ἀγέλων ἑλάων ἤδ' Ερύθειαν ἄγων
Τὰς δ' ἐδάμασσε πόθῳ Πασσιφάεσσα θεὰ
Τηδεδέμοι τέκνῳ τῷδ' Ευρύθοντι δάμαρ
Νυμφογενὴς Ερύθη δὴ τό δ' ἔδωκα πέδον
Μνημόσυνον Φιλότας Φυτὰ ὑπὸ σκιερᾷ.

haec explanavit:

Ηρακλέης τεμενίσσατο Κούρᾳ Περσεφάσσᾳ
Γηρυονῆ ἑλάων ἤδ' Ερύθειαν ἄγων,
Τὰς δ' ἐδάμασσε πόθῳ Πασσιφάεσσα θεά.
Τηλεδάμῳ τέκνῳ, τῷ τ' Εὐρυτίωνι δάμαρ πρὶν
Νυμφογενὴς Ερύθη τῇ τόδ' ἔδωκα πέδον
Μνημόσυνον Φιλότα Φυτάδ' ὑπὸ σκιερᾷ.

Ut Hercules lucum illum Proſerpinae Aidonei Moloſſorum regis filiae dedicarit, tum cum Geryonem cum armentis in Erythiam Epiroticam egiſſet. Iſta autem armenta, vel iſtos boves deſiderio ſuo ſubiecerit, id eſt, ſuas fecerit, Paſiphae Nympha, quae Herculi fuit ὁμόχρονος. Hinc natam eſſe fabellam de amoribus Paſiphaes, Voſſius putat. Alteram inſcriptionis partem Erythe Nympha Geryonis coniux poſuit Teledamo filio ſuo, et Eurytioni. Fuit vero iſte Eurython Geryonis ſubulcus, ut docet Apollodorus. Φιλότα vero pro Φιλότατος veteri Dorum more, qui duplices iſtos admittebant genitivos. Haec hic ſufficiant. Reliqua ad Melam edit. Ab. Gronovii, Lugduni Bat. 1722. 8 p. 547, vel edit. Iac. Gron. p. 810 videantur. In his non acquieſcens Ioh. Bouherius, rem de integro tentans in epiſtola, quae Scip. Maffei *Galliae antiquitatibus* inſerta, alia exſculpſit. Si cui nondum omni ex parte ſatisfactum ſit, is illud Ciceronis *Epiſt.* 9, 2: *Quis eſt tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?* ſibi reſponſum putet. Mihi quidem hariolationum ſatis videtur, quare iſtas novis cumulare ſupersedeo. NIC.

τεμέ-

τεμένει] in cod. Vind. τεμένισσῳ et pro τῇ ὃ' ἀγέλην ἐλάων legitur : Γερυονεῖας ἀγέλας ἐλάων.

τὰς δ' ἐδάμασσε] cod. Vind. τὰς μὲν ἐδάμασσε.

τῇδε δέ μοι] τῇδε δή μοι. Ibidem ὀάμαρ pro ὀάμαρτι. Pro Ερύθη δὴ τόδ' ἔδωκα legitur Ερύθη δ' ἔδωκα. Ibidem verſu ultimo : φιλίτας φυγὰ pro φιλίας, φηγῷ.

ἐπεχώρησε] Anonymus, qui coniecturas non omnes probabiles adſcripſit exemplo libri, quod eſt in bibliotheca Academiae, maluit legere ἀποχωρίζεται.

Ερυθος] cod. Vind. Ερυθής.

οὐκ ἐξ Ερυθείας] Nimirum non ea ex Erythia, quam extra columnas Herculis ſitam fuiſſe volunt, ſed ex Erythia Epiri. Eiusdem ſententiae plures fuiſſe ad Scylacem loco dicto oſtendit Voſſius, cui et ipſe accedit in obſervationibus ad Melam 3, 6 p. 809 contra Salmaſium, qui ad Solinum p. 203 pro altera iſta ultra Gades ſtat. Quam licet plurimi amplectantur, non deſunt tamen, qui Epiroticam noſtro cum auctore defendant. Inſtar omnium ſit Bochartus *Can.* I, 34 pag. 678. NIC.

Hypatam] add. *Aeniacae regionis.*

Quas Acarnanes] *Quam Aenianes.*

advenis] *hoſpitibus.*

adducuntur] add. *inde enim litterarum emodationem maxime peti poſſe, eo quod iſtic — —*

monumentum — abſimilibus] *donaria quaedam cernerentur, formis litterarum antiquis, his ſimilibus, inſcripta.*

quas a peritis] *unde illos dicunt, ex notis explicatione eorum, de quibus cum maxime quaereretur, inventa, hos verſus exſculpſiſſe.*

patet] *et eum.*

quod iſtinc] *et illum iſtinc.*

deduxerit] *egiſſe.* NIC.

Hypata urbs Theſſaliae, prope fluvium Sangarium, quae ſaepius a Livio nominata eſt. Stephanus Byzantinus: Υπάτη πόλις Αινιάνων. λέγεται καὶ Υπάτα. — — Αινία πόλις Περραιβῶν. καὶ Αινιᾶνες, οἱ οἰκοῦντες. — — Εσὶ καὶ Ισμηνὸς ποταμὸς Βοιωτίας, ἀφ' οὗ Ισμήνιος Απόλ-

Ἀπόλλων. De hocce Apolline Ismenio classicus omnino locus est Pausaniae pag. 730, iam ab eruditissimo Niclas excitatus. Auctor interpretationis Latinae, quam hic inscriptioni appositam vides, Montesaurus esse videtur. Nam in huius libelli versione ab eo facta, quae prodiit an. 1552 ea iam legitur. Inserta est eadem quoque interpretationi vulgari operum Aristot. ed. Wechel. 1593 et edit. Duval. Sed in interpretatione vulgari operum Aristot. edit. Basileae 1578 fol. ista inscriptio Graece tantum legitur. Sic et Casaubonus versionem sua in editione nullam dedit, neque in edit. Aristot. Aureliae Allobrog. 1606. 8 ulla addita est. Natalis autem prorsus novam tentavit. Caeterum quoniam non is sum, qui ad hoc caput explicandum quidquam pensi conferre possim, volui saltem Bouherii dissertationem e libro non vulgari infra addere, ut lectores ipsi de eius sententia iudicare queant.

CAP. CXLVI.

Τῆς δὲ Λιβύης ἐν Ιτύκῃ [τῇ] καλουμένῃ (ἣ κεῖται μὲν, ὡς λέγουσιν, ἐν τῷ κόλπῳ τῷ μεταξὺ Ερμείας καὶ τῆς ἵππου ἄκρας, ἐπέκεινα δὲ Καρχηδόνος [ὡς] σταδίους διακοσίους· ἣ καὶ πρότερον κτισθῆναι λέγεται αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος ἔτεσι διακοσίοις ὀγδοήκοντα ἑπτά, ὡς ἀναγέγραπται ἐν ταῖς Φοινικικαῖς ἱστορίαις) γίνεσθαί φασιν ἄλας ὀρυκτούς, ἐπὶ τρεῖς ὀργυιὰς τὸ βάθος, τῇ ὄψει λευκοὺς καὶ οὐ στερεούς, ἀλλ' ὁμοίους τῷ γλισχροτάτῳ γλοιῷ· καὶ ὅταν ἀνενεχθῶσιν εἰς τὸν ἥλιον, ἀποστερεοῦσθαι, καὶ γίνεσθαι ὁμοίους τῷ Παρίῳ λίθῳ. γλύφεσθαι δὲ ἐξ αὐτῶν λέγουσι ζῴδια καὶ ἄλλα σκεύη.

In Utica Libyae nasci fimum fossilem aiunt trium passuum profunditate, aspectu album et minime firmum, sed similem viscosissimo glutino, qui in solem prolatus adeo indurescit; ut nihil a Pario lapide differat, quo cum animalcula et vascula poliuntur.

NA-

NATALIS DE COMITIBVS.

In Ityca Lybia civitate ita appellata, quae, uti dicunt, ſita eſt in ſinu inter Hermiam equique promontorium, ac ultra Carthaginem ſeptem ſtadiis ſupra octoginta et ducenta, uti conſcribitur in Punicis hiſtoriis, ſalem excavari aſſerunt ad trium ulnarum altitudinem, aſpectu candidum, at minime durum, ſed tenaciſſimis ſordibus perſimilem. Qui ubi ad ſolem exportatur, fit durior, Parioque lapidi ſimilis, ex quo et animalia et vaſa complura a ſculptoribus conficiuntur.

Ιτύκῃ [τῇ] Incluſus articulus τῇ additus ex L. et C. ſed fortaſſe rectius ἐν τῇ καλουμένῃ Ιτύκῃ. SYLB. τῇ non eſt in cod. Vind.

Ερμείας] Ερμαία per αι legitur apud Strab. 967. SYLB. Cod. Vindob. ἑρμαίας.

ἢ κεῖται — ἱσορίαις] Niſi me omnia fallunt, totus hic locus ex gloſſemate huc perperam irrepſit, quam ſuſpicionem movet ipſe interpres, etſi in hoc capite longe ineptiſſimus. F. C. MATTHIAE.

ἐπέκεινα] L. et C. diviſe ἐπ' ἐκεῖνο. SYLB.

[ὡς] ϛαδίους] Incluſum ὡς additum ex eisdem editionibus. SYLB.

λέγεται αὐτῆς] Cod. Vind. λέγεται ὑπὸ Φοινίκων, αὐτῆς.

Φοινικικαῖς] C. Φοινικαῖς; ſicut ſcilicet Latini *Punicis*. Sed Φοινικικαῖς, quod habet etiam L. editio, Graecae etymologiae magis eſt conſentaneum. SYLB.

ἅλας] Interpres quid legerit, aut quid ei in mentem venerit, ut nobis pro *ſale* hic *ſimum* daret, haud exputo. Sed forte *ſimum* operarum eſt peccatum pro *limum*, et ipſius vel oculis vel animo obverſatum eſt ἴλύας, vel ἐιλύας, aut ἰλῦς, ſive ἐιλῦς. NIC.

λέγουσι ζώδια] L. et C. λέγεται. SYLB.

In Utica Libyae] *In Libyae urbe, cui nomen Utica, quae in ſinu inter Mercurii et Hippi promontoria, ducentis circiter ſtadiis ultra Carthaginem ſita, ipſa Carthagine annis ducentis octoginta ſeptem, ut Phoeniciae hiſtoriae tradunt, prius condita dicitur, ſalem naſci foſſilem* — NIC.

minime firmum] *durum*. NIC.

indureſcit] *indureſcat.*

differat] *differat. Sculpi vero ex illo animalia et vaſcula.* NIC. In edit. Caſauboni et Wechel. itemque illa Baſilienſi an. 1578 legitur: *animalcula maſcula poliuntur.* I. B.

Uticam ſexaginta ſtadiis a Carthagine diſtare, nempe verſus occaſum, auctor eſt Appianus *de bello Punico* pag. 68 edit. Tollii. Eam Tyriorum coloniam fuiſſe ſcribit Stephanus Byz. Tyrii ſcilicet putantur Uticam condidiſſe, quam primum in Africam appulerunt. Iuſtinus lib. 18 cap. 4: *cum et opibus et multitudine abundarent, miſſa in Africam iuventute, Uticam condidere.* Itaque de antiquitate gloriabatur non parum; quin et eo nomine Carthagini praeferebatur. Silius Italicus lib. 3.

Proxima Sidoniis Utica eſt effuſa maniplis,
Priſca ſitu, veterisque ante arces condita Byrſae.

Velleius Paterculus lib. 1 cap. 2 circa Codri tempora, qui Sauli fuit aequalis, Tyrios paucis annis poſt Gades, Uticam condidiſſe refert. Mela lib. 1 cap. 7: *Utica et Carthago, ambae inclitae, ambae a Phoenicibus conditae.* Confer. Bocharti *Phaleg* I pag. 517. Conferatur quoque de tempore, quo Carthago condita creditur, Iackſon, chronologiſche Alterthümer. Nürnberg 1756. 4 pag. 346.

Promontorium Mercurii notarunt Plinius lib. 5 cap. 4 p. 245, et Polybius lib. 1: Ερμαῖα ἄκρα, ἡ προτείνει ὡς πρὸς τὴν Σικελίαν; Strabo lib. 17 p. 1191: ἡ Ερμαία ἄκρα. De altero promontorio, quod τοῦ ἵππου vocatur, omnia collegit iam diligentia Bocharti p. 518. Huic promontorio imminebat urbs, quam et ipſam propterea ἵππου ἄκραν vocatam eſſe conſtat. Conf. Scylacis *peripl.* p. 48. Stephanus Byz. Diodorus lib. 20 p. 762. Hodie urbis Uticae vix reliquiae agnoſcuntur; attamen Shaw demonſtratum ivit, fuiſſe eam eo loco, quo nunc *Boo-ſhatter* eſt. Shaw's *travels.* Oxford 1738. fol. p. 149. Operae pretium erit conferre chartam geographicam, quam ibi dedit, in qua promontoriorum urbiumque Uticae atque Carthaginis ſitus deſcriptus eſt, quae etiam inſerta eſt volumini XV der Algemeinen Welthiſtorie p. 200.

Caeterum noſter loquitur de ſale gemmae ſeu ſale foſſili ſeu nativo, ut ait Plinius XXXI, 7. Sal iſte, ut idem recte ait, lapicidinarum modo caeditur, atque ex eo excuduntur vel exſculpuntur variae res, tanquam ex marmore, e. c. ſalina, id eſt, vaſcula, in quibus ſal ad menſae uſum reponitur, itemque candelabra, caetera. Neque deſunt eius generis vaſa et ſigna in mea rerum mineralium collectione, quae in Tranſilvania e ſale formata ſunt. Sed quae noſter de ſale Libyae refert, ea Solinus temere tribuit Siciliae, qui ob hanc cauſſam merito vapulat a Salmaſio p. 82. Ita enim Solinus: *Caetera ſalinarum metalla, quae ſunt aut Agrigento, aut Centuripiis proximantia, funguntur cautium miniſterio; nam illinc excuduntur ſigna ad facies homi-*

hominum vel deorum. Omnia fere eadem ſunt, quae noſter retulit, ſi Libyam pro Sicilia ponas et Uticam pro Agrigento. Ζώδια vocavit Solinus: *ſigna ad facies hominum et deorum.* Gloſſae reddunt ζώδια ſigna et ſigilla et ἀνδριαντάρια, teſte Salmaſio.

Porro tradit noſter, ſalem Libyae eſſe primum fragilem et glutinoſum, deinde vero ſole indureſcere. Idem *Problem.* lib. 3, 16: τὸ πῦρ, inquit, πήγνυσι τοὺς ἅλας; *ignis ſalem indurat.* Quo pertinent etiam verba Plinii XXI, 7 p. 559, etſi non de nativo ſale, ſed de factitio, qui aeſtivis ſolibus ſiccatur, loquatur. Ita ille: *Africa circa Uticam conſtruit acervos ſalis ad collium ſpeciem, qui ubi ſole lunaque induruere, nullo humore liqueſcunt, vixque etiam ferro caeduntur.* Haec quae de ſale relata ſunt, facile ex eius indole intelliguntur. Sal enim foſſilis quando effoditur, ſolet humidus eſſe ac lubricus; poſtquam aqua ope ſolis vel ignis diſſipata eſt, fit ita durus, ut ad duritiam lapideam accedat. Verum tamen eſt quoque ſal foſſilis, qui e terra in lucem prolatus aërique expoſitus, magno pondere ingraveſcit. Nimirum talis ſal attrahit vapores humidos ex aëre, qui pondus augent. Attrahit vero propterea, quoniam terra calcaria ineſt, quae cum parte ſalis acida coniuncta, iſtum ſalem reddit, qui *Sal ammoniacus fixus* dicitur et in aëre deliqueſcit in humorem, quem dicimus *oleum calcis.* Poteſt tamen fieri, ſed quod rarius puto, ut pars ſalis foſſilis acida copioſior inſit, quam pro quantitate ſalis alcalini eſſe debeat. Tunc enim ſal acidus, nullis particulis alcalinis ſaturatus, trahit humores aëreos, quibus ſal foſſilis madeſcit atque ingraveſcit. Neque hanc ſalis naturam prorſus ignoravit Plinius, qui pag. 559 ita: *Inſigne de eo proditur, quod leviſſimus intra ſpecus ſuos, in lucem univerſam prolatus, vix credibili pondere ingraveſcat.* Cauſſa huius rei, quam affert, futilis eſt: *Cauſſa evidens, cuniculorum ſpiritu madido ſic adiuvante molientes, ut adiuvant aquae.* Denique ſalem foſſilem eiusdem generis e terra adhuc effodi in litore Africano praeter alios comprobat Shaw pag. 228, 229.

CAP. CXLVII.

Τοὺς πρώτους τῶν Φοινίκων ἐπὶ Ταρτησσὸν πλεύσαντας, λέγεται τοσοῦτον ἀργύριον ἀντιφορτίσασθαι, ἔλαιον καὶ ἄλλον ναυτικὸν ῥῦπον εἰσαγαγόντας, ὥστε

Primos Phoenices, ferunt, cum Tarteſſum navigaſſent, tantam argenti vim oleo aliisque nauticis ſordibus commutaſſe, ut nec capere naves, nec ferre poſſent;

μηκέτι ἔχειν δύνασθαι μήτε ἐπιδέξασθαι τὸν ἄργυρον, ἀλλ' ἀναγκασθῆναι ἀποπλέοντας ἐκ τῶν τόπων, τά τε ἄλλα πάντα ἀργυρᾶ οἷς ἐχρῶντο, κατασκευάσασθαι, καὶ δὴ καὶ τὰς ἀγκύρας πάσας.

sent; quocirca coactos sub discessum, cum caetera, quibus utebantur, tum anchoras etiam ex argento conflare.

NATALIS DE COMITIBVS.

Tantum argentum primi Phoenices, qui in Tarteſſum applicuerunt, comportaſſe dicuntur, quantum vel olei vel aliorum nauticorum ſtrigmentorum importaverant; ita ut neque amplius argentum capere poſſent, cum non eſſet exiguum pondus, ſed ex eo loco navigantes cum alia vaſa facere cogerentur argentea, tum etiam anchoras omnes navium.

ἐπὶ Ταρτησσὸν] Nomen hoc tribus commune eſt urbibus. Hic antiquiſſimam in Tarteſſide inſula, inter duo Baetis oſtia, intelligi, (nam alteras duas Phoenices condiderunt, cum hanc iam habitatam inveniſſent) oſtendit Bochartus *Can.* I, 34 p. 671. NIC.

ναυτικὸν ῥύπον] forſan convenientius ῥῶπον, *merces.* SYLB. Ῥῶπον emendatio eſt veriſſima, quae etiam Weſſelingio probatur ad Diod. 5, 35 pag. 358, qui idem refert. Nempe τοὺς Φοίνικας, ἐμπορίαις χρωμένους, — — ἀγοράζειν τὸν ἄργυρον μικρᾶς τινος ἀντιδόσεως ἄλλων Φορτίων. (pag. 312). NIC. C. Vind. ῥῶπον.

μήτε ἐπιδέξασθαι] ſic quoque cod. Vind. ſed apud Duval. μήτε ἐκδέξασθαι.

τὰς ἀγκύρας] Modeſtior eſt Diodorus, qui non de totis anchoris, ſed de plumbo illis infuſo hoc prodit. Ἐπὶ τοσοῦτο δὲ τοὺς ἐμπόρους διατεῖναι τῆς φιλοπερ-

λοιπερδίας, ὥστε ἐπειδὰν, καταγόμων ὄντων τῶν πλοίων, περιττεύῃ πολὺς ἄργυρος, ἐκκόπτειν τὸν ἐν ταῖς ἀγκύραις μόλιβδον, καὶ ἐκ τοῦ ἀργύρου τὴν ἐκ τοῦ μολίβδου χρείαν ἀλλάττεσθαι. *ut cum refertis navibus multum adhuc argenti ſupereſſet, plumbo in anchoris exciſo, argento eius uſum explerent.* NIC.

ſordibus] *mercibus.* NIC. Edit. Caſaub. et Wech. et Baſ. *ſordibus commutatam eſſe.*

Hiſpania antiqua ſaepe veteribus argento dives celebratur. Stephanus Byzantinus: Ταρτησσὸς, πόλις Ἰβηρίας, ἀπὸ ποταμοῦ τοῦ ἀπὸ τοῦ Ἀργυροῦ ὄρους ῥέοντος, ὃς τις ποταμὸς καὶ κασσίτερον ἐν Ταρτησσῷ καταφέρει. *Tarteſſus, urbs Iberiae, a fluvio* (cognomine) *qui ab argenteo monte defluit, qui fluvius ſtannum quoque in Tarteſſum defert.* Hic amnis Tarteſſus poſtea Baetis nuncupatus eſt. Strabo lib. 3 p. 148: *Non procul a Caſtalone mons eſt, ex quo profluere dicunt Baetim, quem montem Argenteum* (Ἀργυροῦν) *vocant, ob argenti in eo metalla.* Iuvabit relegere quae de Tarteſſo diſputarunt Schöning et Schlözerus in Allgemeiner Weltbiſtorie vol. XXXI p. 10. Conf. quoque quae ad cap. 38 a nobis annotata leguntur.

CAP. CXLVIII.

Λέγουσι, τοὺς Φοίνικας τοὺς κατοικοῦντας τὰ Γάδειρα καλούμενα, ἔξω πλέοντας Ἡρακλείων στηλῶν ἀπηλιώτῃ ἀνέμῳ ὑπαχθέντας ἐπὶ τινας τόπους ἐρήμους θηρίου καὶ φύκους πλήρεις· οὓς, ὅταν μὲν ἄμπωτις ᾖ, [μὴ] βαπτίζεσθαι· ὅταν δὲ πλημμύρα, κατακλύζεσθαι· ἐφ' ὧν εὑρίσκεσθαι ὑπερβάλλον θύννων πλῆθος, καὶ

Phoenices, aiunt, qui Gadiram inhabitant, dum ultra columnas Herculis navigarent, vento ſubſolano impulſos ad regiones quasdam applicuiſſe, ulva algaque plenas, quae aeſtibus maris rigantur, exundationibus vero prorſus obruuntur aquis. Thunnorum copiam iſthic innumerabilem inveniri tradunt, magnitudine denſitateque incredibili, quos

 ſalſos

τοῖς μεγέθεσι καὶ τοῖς πάχεσιν ἄπιστον, ὅταν ἐποκείλωσιν· οὓς ταριχεύοντες καὶ συντιθέντες εἰς ἀγγεῖα, διακομίζουσιν εἰς Καρχηδόνα. ὧν Καρχηδόνιοι μόνον οὐ ποιοῦνται τὴν ἐξαγωγὴν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀρετὴν ἣν ἔχουσι κατὰ τὴν βρῶσιν, αὐτοὶ καταναλίσκουσιν.

salsos vasis impositos Carthaginem deportant, unde soli non evehuntur, sed ob singularem bonitatem plane absumuntur.

NATALIS DE COMITIBVS.

Phoenices aiunt Gadira vocata incolentes, extra columnas Herculis navigantes, aspirante subsolano vento per quatriduum, in loca quaedam deserta perveniſſe, alga et ulva plena, quae quidem ubi fuerit maris receſſus, humectantur; at ubi fuerit inundatio mareque excreverit, illa demergi contingit. In his eximia quaedam thunnorum reperitur multitudo, qui magnitudine et craſſitudine ſint incredibili. Hos in ſalſamenta condientes et in vaſis componentes Carthaginem deferunt; quorum exitus omnino apud Carthaginenſes denegatur extra regionem, quod ipſi comedant ob ſuavitatem, iucundiſſimumque ſaporem.

Λέγουσι τοὺς Φοίνικας] L. et C. λέγουσι περὶ Φοίνικας, quam praepoſitionem ſi admittere velimus, rectius ponetur ante τὸ Γάδειρα. SYLB.

[μὴ] βαπτίζεσθαι] Incluſa μὴ, abeſt a L. et C. ed. nec agnoſcit eam interpres: *quae aeſtibus maris rigantur.* SYLB.

θύννων] L. θύνων, uno ν. SYLB.

μόνον

μόνον ὀυ ποιοῦντες] Possemus etiam μόνων legere. SYLB. Cod. Vindob. μόνων.

qui Gadiram] *Gades.*

regiones quasdam] *desertas.*

obruuntur] *obruantur.*

inveniri tradunt] add. *qui vi undarum eiiciantur.*

densitateque] *et obesitate.* NIC.

vento subsolano] add. *quatriduum.*

rigantur] *rigentur.*

Sunt qui suspicantur, loqui Aristotelem de Americae aut Brasiliae parte. Conf cap 85. et potissimum Thom. Hyde annotat ad Abrahami Peritsol *itinera mundi* cap 2. Equidem hanc sententiam aliis diiudicandam committo, adscribam tamen verba ex Iornandis libro *de rebus Geticis* cap. 1, quae illis non absimilia sunt: *Oceani vero intransmeabilis ulteriores fines non solum non describere quis aggressus est, verum etiam nec cuiquam licuit transfretare; quia resistente ulva et ventorum spiramine quiescente, impermeabiles esse sentiantur, et nulli cogniti, nisi soli ei, qui eos constituit.* Vid. Muratori *rerum Italic. scriptor.* tom. I p. 191. Loquitur vero Iornandes sine controversia de eo fuco, qui *Fucus natans* seu *Sargasso* vocatur, cuius figuram optimam dedit Rumphius in *Herbar. Amboin.* vol. VI tab. 76 fig. 1 et 2. Hic est ille fucus, cuius ingenti copia mare coopertum offendebat Columbus an. 1492, quando ab insulis Canariensibus ad occidentalem plagam traiiceret. Tali sub prato fluctuanti pisces copiosi degere solent. Conf. S. G. Gmelini *historia fucorum*, edita Petropoli 1768. 4 p. 95. Aristoteles autem de fucis a fluctibus in littus eiectis loqui videtur.

De thynnis loca veterum plurima collegit Gesnerus lib. IV p. 1147. Etsi nullus dubito, quin idem sit piscis, qui *scomber thynnus* vocatur, tamen longum esset, hanc sententiam argumentis idoneis comprobare. Adeant lectores *Notes sur l'histoire des animaux d' Aristote par* Camus p. 798. Etiam Strabo lib. 3 p. 215 meminit thynnorum circa Carteiam Hispaniae, quos valde pingues et crassos laudat. Carthaginiensium morem fuisse, ut sponsa non prius iungeretur sponso, quam thynni concisa gustassent frusta, refert Scaliger. *poetic.* lib. 3 cap. 101 p. 389, sed nescio quo auctore usus.

CAP. CXLIX.

Εν τῇ Πηδασίᾳ τῆς Καρίας θυσία τῷ Διὶ συντελεῖται, ἐν ᾗ πέμπουσιν αἶγά τινα, περὶ ἣν θαυμαστόν τι φασὶ γίγνεσθαι· βαδίζουσα γὰρ ἐκ Πηδάσων σταδίους ἑβδομήκοντα δι' ὄχλου πολλοῦ τοῦ θεωροῦντος, οὔτε διαταράττεται κατὰ τὴν πορείαν, οὔτ' ἐκτρέπεται τῆς ὁδοῦ. δεδεμένη δὲ σχοινίῳ, προπορεύεται τοῦ τὴν ἱερωσύνην ἔχοντος. καὶ τὰ κέρατα αὐτῆς χωρεῖν τέσσαρας χόας, ἐνίων δὲ καὶ πλεῖον.

Θαυμαστὸν δ' ἐστὶ καὶ τὸ δύο κόρακας εἶναι διὰ τέλους περὶ τὸ τοῦ Διὸς ἱερόν, ἄλλον δὲ μηδένα πέτεσθαι τόπον, καὶ τὸν ἕτερον αὐτῶν ἔχειν τὸ πρόσθεν τοῦ τραχήλου λευκόν.

In Pedaſia Cariae urbe Iovi ſacrificium peragitur, quo aiunt capram miſſam (quod admiratione dignum) ſtadiis ſeptuaginta ex Pedaſo per turbam frequentem, quae ſpectare ſolet, progredi neque interturbari, aut a via declinare, quodque reliquis gentibus magis ſtupendum eſt, cornua heminas quatuor capere.

[Sic et duos corvos ad Iovis templum aſſiduos extitiſſe, neque alio uſpiam evolaſſe tradunt].

NATALIS DE COMITIBVS.

In Pedaſia Cariae ſacrificia Iovi perſolvuntur, in quibus capram quandam mittere ſolent, cui mirabile quiddam aiunt contingere. Dum enim procedit ex Pedaſis per ſeptuaginta ſtadia inter magnam oraculum expetentium multitudinem, neque perturbatur in itinere, neque ex via divertit, ac poſtea alligata ſune illis praecedit, qui fert ſacri-

sacrificia recto tramite. Quod autem reliquis nationibus fit admirandum, illud est, quod eius cornua quatuor choas capiunt.

[*Consimili ratione duos corvos apud Iovis templum degere dicunt, quorum alter in nullum alium advolat locum, alter priorem colli partem habet candidam*].

Ἐν τῇ Πηδασίᾳ] De restituta huius loci lectione, supra dictum ad cap. 124. Historia vero de duobus corvis, fortasse coniungenda cum ea quae supra est cap. 138. SYLB.

καὶ τὰ κέρατα — πλεῖον] Haec verba in cod. Vind. desiderantur.

ἐνίων δὲ] anonymus maluit ἐνίοτε δή. I. B.

πέτεσθαι τόπον] ibidem προσιέναι τὸν τόπον.

urbe] *regione.* quo] *ubi.*

mixtam] *missam.* ex Pedaso] *Pedasis.*

interturbari] *in itinere.*

declinare] *sed funiculo alligatam sacerdotem sponte praecedere. Eius vero cornua congios quatuor capere, interdum plus. Hoc quoque mirum dictu est; duos corvos circa Iovis templum esse assiduos, neque alio uspiam avolare, et alterum eorum anteriore colli parte album esse.* NIC.

Stephanus Byzantinus: Πήδασα, πόλις Καρίας. Quae urbs memoratur Straboni lib. 13 p. 909 in mediterraneis Halicarnassensium, cui neutro plurativo dicitur: ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῶν Ἁλικαρνασσέων τὰ Πήδασα ἦν πόλις, καὶ ἡ νῦν χώρα Πηδασὶς λέγεται. *In mediterraneis autem Halicarnassi Pedasa urbs fuit, et nunc regio Pedasis dicitur* Alexand ab Alex. *dier. genial.* IV cap. 12: *Mirum evenire in Pedasia regione Cariae, ut cum Iovi Lycaeo stata die sacrificetur, capram e Pedaso sua sponte ad sacrificii locum venire, et se immolandam praebere dicant.* Miraculum eiusdem generis, sed paulo maius, occurrit in historia Iudaeorum, quod verbis Sulpitii Severi I cap. 57 referre liceat: *consilium fuit, arcam domini Hebraeis reddere. Ita ex sententia principum, augurumque et sacerdotum, impositа vehiculo, multis cum muneribus remittitur. Illud mirabile, quod*

cum oneri boves feminas subiecissent, vitulosque earum domi retinuissent, iter nullo duce in Iudaeam pecudes direxerunt, non revocante affectu foetus relicti. Conf. 1 Samuel. cap. 6 et Iosephus VI, 2. Ceterum nescio, an ad Aristotelis relationem explicandam faciant, quae memoriae mandavit Apollonius Dysc. in *hist. comment.* cap. 13: *In libro de fabulosis locorum rebus est, cum Halicarnassi sacrificium quoddam Iovi Asciraeo peragitur... gregem caprarum, ad fanum adductum, consistere; votisque absolutis, unam earum, nemine ducente, progressam ad aram accedere, quam sacerdos arreptam lizet.*

Quae hic de corvis leguntur, ea in omnibus interpretationibus Latinis adiecta sunt capiti 124, unde ea huc reduximus. Solent vero corvi bini esse in locis arctioribus, et ubi pluribus non satis cibi est. Conf. quae a nobis disputata sunt ad cap. 138.

CAP. CL.

Εν Ιλλυριοῖς δὲ τοῖς Αρδιαίοις καλουμένοις, παρὰ τὰ μεθόρια τῶν Αυταρεατῶν, κἀκεῖνοί φασιν ὄρος εἶναι μέγα· τούτου δὲ πλησίον ἄγκος, ὅθεν ὕδωρ ἀναπηδᾷν, οὐ πᾶσαν ὥραν, ἀλλὰ τοῦ ἦρος, πολὺ τῷ πλήθει. οἱ λαμβάνοντες, τὰς μὲν ἡμέρας ἐν τῷ ξεγνῷ φυλάττουσι, τὰς δὲ νύκτας εἰς τὴν ἀιθρίαν τιθέασι. καὶ πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας τοῦτο ποιησάντων αὐτῶν, πήγνυται τὸ ὕδωρ, καὶ γίνεται κάλλιστον ἅλας· ὃ ἕνεκεν τῶν βοσκημάτων μάλιστα διατηροῦσιν. οὐ γὰρ εἰσάγονται πρὸς αὐτοὺς ἅλες, διὰ τὸ κατοικεῖν πόρρω αὐτοὺς θαλάσσης,

In Illyriis, qui Ardiaei vocantur, iuxta Autoritarum confinia, montem magnum, et in propinquo vallem esse inquiunt, unde aqua prosilit copiosa, non equidem omni tempore, sed vere tantum, quam interdiu vasi infusam servant, noctu sub dio constituunt. Quod dum ita fit sex diebus, ultimo congelatur, ac sal omnium praestantissimum efficitur. Studiose hoc ob pecorum copiam potissimum facere observant. Neque enim ad eos sal importatur, tum quod a mari longius habitant, et a commerciis sunt alieniores; qui tamen ob pecora cum primis

opus

καὶ εἶναι αὐτοὺς ἀμίκτους. πρὸς οὖν τὰ βοσκήματα πλείσην αὐτοῦ χρείαν ἔχουσιν. ἁλίζουσι γὰρ αὐτὰ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ. ἐὰν δὲ μὴ ποιήσωσι τοῦτο, συμβαίνει αὐτοῖς ἀπόλλυσθαι τὰ πλεῖστα τῶν βοσκημάτων.

opus habet, interitura, nisi bis in singulos annos eo reficiantur.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Illyriis Ardiis nuncupatis iuxta Autartarum confinia montem esse aiunt permagnum, apud quem vallis existit, unde scatet aqua non quibusvis anni temporibus, sed vere tantum, eaque abundantissima. Hanc capientes per diem in loco obscuro recondunt, noctu vero sub dio deponunt, quod cum per quinque vel sex dierum spatium effecerint, aqua congelat fitque sal optimus, quem iumentorum praecipue gratia asservant. Non enim eo sal inferri solet, quia procul distant a mari, et quia nullo cum caeteris commiscentur commercio. Plurimus est illis ad iumenta usus, quibus bis quotannis salem tribuunt, quod nisi efficerent, contingeret sane, ut plurima illorum pars moreretur.

Ἀρδιαίοις] Pro Ἀρδιαίοις legebatur olim Ἀρδίοις. Apud Stephanum Ἀρδιαῖοι reperitur. STEPH. L. et C. Ἀρδίοις, et seq. v. Αὐταρτῶν. nostra scriptura cum Stephani Byz. onomastico consentit. SYLB.

Αὐταρεατῶν, κἀκεῖνοι] Cod. Vind. Αὐταριατῶν κἀκείνων. I. B.

In Illyriis] *In ea Illyrii regione, quam Ardiaei colunt, iuxta Autareatarum* — Stephanus et alii Αὐταριᾶται scribunt. De reliquo hic locus salis praestantiam ad luem pecua-

pecuariam oſtendit, quam ſalinae Luneburgenſes adhuc ab hac urbe prohibuiſſe videntur, cum tamen proxima loca iam aliquoties infeſtarit. NIC.

profilit] *profiliat.* equidem omni] *omni quidem.*

ſex] *quinque aut ſex.*

ſtudioſe — obſervant] *id quod pecoris potiſſimum cauſſa faciunt.*

tum quod] tolle *tum.* qui tamen] *quo.*

De Ardiaeis et Autareatis, populis Illyricis, conf. Cellarii *geograph.* I p. 607. Veteres ſalis multum offerebant ovibus, imponentes per aeſtatem canalibus ligneis, ut, cum a paſtu redirent, lamberent. Ita etiam per hiemen faciebant, quo tempore et pabulo ſalem admiſcebant. Praebito ita ſale occurrere ſibi videbantur paſtores pecudum faſtidio, quin ciborum gratia continuo uſu exoleſceret, atque ut eo cupidinem bibendi paſcendique iis conciliarent. Colum. VII, 3, 20. Pallad. *m. Nov.* 13. Ariſtot. *hiſt. anim.* VI cap. 19. *Pecudes*, inquit Plinius XXXI, 7, *armenta et iumenta, ſale maxime ſollicitantur ad paſtum, multo largiore late, multoque graciore etiam in caſeo dote.* De cauſſa, cur pecori paſtores ſalem proponant, diſputat Plutarchus *quaeſtionum naturalium* tertia. Sed mirum videtur, quod Ardiaei aquam ſalſam noctu tantum ſub dio conſtituerint, quae aeſtivis ſolibus in cryſtallos ſiccari ſolet. Neſcio an verba τὰς μὲν ἡμέρας — τὰς δὲ νύκτας, incuria librariorum hic transpoſita ſint. Num forte eo conſilio aquam ſalſam noctu tantum ſub dio expoſuerunt, quo puriores melioresque fierent cryſtalli? Certum eſt enim, cryſtallos lenta evaporatione aquae ſuperfluae fieri maiores pulcrioresque.

CAP. CLI.

Εν Αργει δὲ φασι γίνεσθαι ἀκρίδος τινὸς γένος, ὃ καλεῖται σκορπιομάχον. ὅταν γὰρ ἴδῃ

In Argo genus locuſtae ferunt eſſe, (ſcorpiomachum vocant), quod viſo ſcorpione ſta-

tim

[τάχιστα] σκορπίον, ἀνθίσαται αὐτῷ. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ σκορπίος ἐκείνῃ· καὶ κύκλῳ περιϊοῦσα τρύζει περὶ αὐτόν· τὸν δὲ, κέντρον ἐπαίροντα, ἀντιπεριάγειν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, εἶτα κατὰ μικρὸν ἀνιέναι τὸ κέντρον, καὶ τέλος ὅλον ἐκτείνεσθαι, καὶ τῆς ἀκρίδος κύκλῳ τρεχούσης. τὰ τελευταῖα δὲ προσελθοῦσα, κατεσθίει αὐτόν. ἀγαθὸν δέ φασιν εἶναι πρὸς τὰς πληγὰς τοῦ σκορπίου ἐπιφαγεῖν αὐτήν.

tim pugnae accingitur, ipso vicissim se opponente. Itaque undequaque circumcurrens stridore assultat; contra aculeum ille eodem loco velut in gyrum actus, ubique obtendit, donec avidius forte ac nimis eductum totum amittat. Quocirca advolans bestiola velut exarmatum iam devorat. Scorpionum ictibus, haec statim comesta, medetur.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Argo genus quoddam nasci locustarum dicitur, quae scorpiomachi appellantur, quae dictio adversus scorpios pugnantes significat, quia ubi viderint scorpionem in illum insurgunt, quod ipsum efficiunt in ipsas et scorpii. Illae enim in gyrum discurrentes in ipsum stridunt, at hic aculeum extollit in eodem loco, paulatimque postea remittit, totumque demum protendit locusta circum discurrente. Illa denique accedens illum deglutit; quare optimum esse remedium fertur ad scorpiorum ictus si quis locustam comederit.

Εν Αργει] *In Argis.* Stobaeus *ſerm.* 98 p. 541 ex Trophili *collectan. mirabil.* narrat: Εν Αργει φασὶ γίνεσθαι ἀκρίδος τὶ γένος, ἣν καλεῖσθαι σκορπιομάχον. ὅταν γὰρ ἴδῃ τάχιστα σκορπίον, ἀνθίσασθαι αὐτῷ. ἀγαθὸν δέ φασιν εἶναι καὶ πρὸς τὰς πληγὰς τοῦ σκορπίου, τὸ ἐπιφαγεῖν αὐτήν. NIC.

ἀκρίδος τινὸς] mallem ἀκρίδος τί γένος. SYLB. Ita eſt quoque in cod. Vindob. et paucis verbis interiectis ἀντίστασθαι pro ἀνθίσασθαι. I. B.

τάχιστα] abeſt a L. et C. edit. SYLB.

σκορπιομάχον] Huic ſimilis eſt ὀφιόμαχος ſeu ὀφιομάχης, de quo Bochartus *hieroz.* P. 2 l. 4 c. 2 pag. 449. NIC.

ὅλον ἐκτείνεσθαι] Εκτείνεσθαι de moribundis et mortuis uſurpatur, ut de ſerpente Aeſopico fab. 70: τοῦ δ' ὄφεως μετὰ θάνατον ἐκταθέντος. Conf. Cerda ad *Aen.* 12, 276 et Raderus ad Curt. 9, 5, 28. Quoties apud Homerum legitur! ὕπτιος ἐξετανύσθη vel ἐξετάθη. Scorpius ſpiculo ſine intermiſſione eiaculando fatigatur. Paulatim ceſſat iaculator. Denique plane deficiens moribundus extenditur. Aliter haec accepit interpres: *donec avidius forte ac nimis eductum* (aculeum) *totum amittat.* Repugnante cum linguae tum ipſius ſcorpii natura. Non enim credo hoc illi accidere. NIC.

καὶ τῆς ἀκρίδος κύκλῳ] in cod. Vind. καὶ ante τῆς non adeſt, neque προσελθοῦσα; et pro τοῦ σκορπίου ἐπιφαγεῖν legitur ibi τοῦ ἐπιφαγεῖν. I. B.

undiquaque] *undique.*

ſtridore aſſultat] *cum ſtridore illi aſſultat.*

obtendit] *tum illum paulatim remittit; denique totus extentus iacet, iſta interim circa illum tripudiante. Poſtremo haec accedens eum devorat.* NIC.

Τὸ Αργος, urbs in mediterraneis Argivorum, Latine *Argi*, viriliter plurali numero. Rem ipſam, quae hic legitur, poſt Ariſtotelem ſolus, quod ſcio, repetiit Trophilus, cuius verbis uſus iam eſt doctiſſimus Niclas. Sed locuſtae cuiusdam vim contra ſcorpionum venenum collaudarunt plures. Dioſcorides lib. 2 cap. 57 p. 101: ἡ δὲ λεγομένη ἀκρὶς ἀσίρακος ἢ ὄνος, ἄπτερός ἐσι καὶ μεγαλόκωλος, πρόσφατος· ξηρανθεῖσα δὲ σφόδρα σκορπιοδήκτοις ὠφελεῖ πινομένη σὺν οἴνῳ. χρῶνται δὲ αὐτῇ κατακόρως οἱ κατὰ Λέπτιν Λίβυες. *Quae locuſta aſiracos aut onos dicitur, ſine pennis eſt, grandioribus membris dum recens eſt. Haec aſſiccata ſi ex vino bibatur, contra ſcorpionis ictus magnopere confert. Caeterum hac eadem*

eadem abunde vescuntur Afri, qui Leptin incolunt. Ergo videtur Dioscorides cogitasse *Gryllum cristatum* Linnei, qui edulis est. Porro Galenus auctor est, in Aegypti regionibus arefactum asiracum, quem vocant, exhiberi iis, qui a scorpio percussi sunt. Atque Avicenna, *locustae*, inquit, *meliores sunt crassae, quae alas non habent, et hae assantur et comeduntur propter punctura scorpionis.* Nostri quidem entomologi scorpiomachum istum nondum perspectum habent, attamen non prorsus a vero abhorrere quae de eo retulit noster, mecum putabunt, qui modum, quo insecta, quae ad genera *Sphex* et *Ichneumon* dicta pertinent, aliorum insectorum larvis insidiantur, norunt. Neque iam scorpionum tota historia satis explorata est.

CAP. CLII.

Τοὺς ἐν Νάξῳ σφῆκάς φασιν, ὅταν φάγωσι τοῦ ἔχεως, (προσφιλὴς δ' αὐτοῖς ἡ σὰρξ, ὡς ἔοικεν, ἐξὶν) ἐπειδάν τινα κεντήσωσι, περιωδύνους οὕτως ποιεῖν, ὥστε χαλεπωτέραν φαίνεσθαι τῆς πληγῆς τῶν ἔχεων.

Vespas, ferunt, in Naxo, si serpente gustato, quorum caro pergrata est illis, aculeum infixerint alicui, tantos dolores excitare, ut tolerabiliores videantur ictus serpentum.

NATALIS. DE COMITIBVS.

Fama est, quod ubi vespae quae sunt in Naxo viperam gustaverint (est enim illis iucunda caro viperina, ut videtur) si quem percusserint, ita molestos ictus faciunt, ut magis doleant percussi, quam si vipera momordisset.

Plinius lib. XI cap. 53 p. 645: *Vespae serpente avide vescuntur, quo alimento mortiferos ictus faciunt.* Sic etiam Aelianus *hist. anim.* IX cap. 15: ὁ γοῦν σφὴξ γευσάμενος ἔχεως, χαλεπωτερός ἐσι τὴν πληγήν. Conf. etiam lib. 5 cap. 16. Liceat monere, errare entomologos recentiores, quibus *Sphex* dicitur genere feminino, cum sit masculino.

CAP. CLIII.

Φασὶ, τὸ Σκυθικὸν φάρμακον, ᾧ ἀποβάπτουσι τοὺς ὀϊστοὺς, συντίθεσθαι ἐξ ἐχίδνης. τηροῦσι δὲ, ὡς ἔοικεν, οἱ Σκύθαι τὰς ἤδη ζωτοκούσας, καὶ λαβόντες αὐτὰς, τήκουσιν ἡμέρας τινάς. ὅταν δὲ ἱκανῶς αὐτοῖς δοκῇ σεσῆφθαι πᾶν, τὸ τοῦ ἀνθρώπου αἷμα εἰς χυτρίδιον ἐκχέοντες, εἰς τοὺς κοπρίους κατορύττουσι πωμάσαντες. ὅταν δὲ καὶ τοῦτο σαπῇ, τὸ ὑφισάμενον ἐπάνω τοῦ αἵματος, ὃ δή ἐστιν ὑδατῶδες, μιγνύουσι τῷ τῆς ἐχίδνης ἰχῶρι, καὶ οὕτω ποιοῦσι θανάσιμον.

Scythicum venenum, quo ſagittae inficiuntur, ex vipera parari aiunt. Obſervant enim Scythae parientes, et captas mox diebus aliquot liquefaciunt: cumque ſatis computruiſſe videntur, infundunt ollulae humanum ſanguinem; quam in ſterquilinio defoſſam cooperiunt. Ac ubi putridus iam is quoque apparet, liquorem ſupernatantem aquoſum, miſcent cruore viperae, praeſensque et letale hoc pacto venenum reddunt.

NATALIS DE COMITIBVS.

Scytharum venenum, quo ſagittas inficiunt, ex vipera confici aſſerunt. Scythae enim gravidas viperas venantur, easque capientes per non nullos dies liqueſcere patiuntur ac putreſcere, quod cum ſatis factum eſſe apparet, capientes univerſum hominis ſanguinem una in ollulam infundunt, eamque operculo obturantes in ſimo ſepeliunt. Hoc ubi putruerit conſiſtens ſupra ſanguinem, quod aquoſum eſt, capiunt, et cum illo ſaniem viperae commiſcent, quod ita fit laetiferum.

τὸ

τὸ τοῦ ἀνθρώπου] pro τὸ τοῦ rectius fortaſſe legitur τότε, *tunc*; et mox ἐγχέοντες, *infundentes*. Forſan etiam rectius ibidem τὰς κοπρίας. SYLB.

εἰς τοὺς κοπρίους] Cod. Vind. τὰς κοπρίας.

liquefaciunt] *macerant*.

defoſſam cooperiunt] *obturatam defodiunt*. NIC.

De hoc veneno, quo Scythae ſagittas tingebant, Plinius lib. XI, 53: *Scythae ſagittas tingunt viperina ſanie et humano ſanguine; irremedicabile id ſcelus mortem illico adfert levi tactu.* Aelianus *hiſtor. an.* IX cap. 15: *Scythae dicuntur Scythico, quo ſagittas oblinunt, humanam ſaniem innantem ſcilicet ſanguini, et ab eo ſeparatam, admiſcere; cuius rei teſtis locuples eſt Theophraſtus.* Ad quem locum iam Gronovius annotavit ea, quae docet ſcholiaſtes Nicandri ad *Alexiph.* v. 207: τοξικὸν λέγεται ὑπό τινων καὶ Σκυθικόν· ἄλλοι δὲ λέγουσι, ὅτι ἐκ τοῦ αἵματος τῆς ὕδρας ἀνεφύη· τὴν δὲ ὕδραν τόξοις ἀνεῖλεν ὁ Ἡρακλῆς, καὶ διὰ τοῦτο τοξικὸν καλεῖται. Ovidius *ex Ponto* IV ep. 9, 83: *Sintne litae tenues ſerpentis felle ſagittae.* Venenum etiam Lernaeum ſeu, ut Ovid. *met.* IX, 158 ait, *Lernaeae virus Echidnae*, quo ſagittae Herculis infectae dicuntur, viperae fuiſſe venenum videtur. Etiam nunc varias gentes inficere ſagittas ſuas veneno ſerpentum, ex itinerariis conſtat. Conf. *Reſa till Goda Hopps - Udden af* Anders Sparmann. Stockholm 1783. 8, cuius libri interpretatio germanica prodiit Berolini 1784. Hoc de veneno multa lectu digna diſputat Redi in *Experimentis circa varias res naturales.* Amſtelaedami 1685. 12 pag. 266, ſed qui merito in dubium vocat encheireſin ſeu eam veneni parandi rationem, quam Ariſtoteles noſter perhibet. Conf. etiam quae a nobis dicta ſunt ad cap. 87.

CAP. CLIV.

Ἐν Κουρίῳ τῆς Κύπρου ὄφεών τι γένος εἶναί φασιν, ὃ τὴν δύναμιν ὁμοίαν ἔχει τῇ ἐν Αἰγύπτῳ ἀσπίδι, πλὴν ὅτι τοῦ χειμῶνος ἂν δάκῃ, οὐδὲν ἐργάζεται. εἴτε δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν, εἴτε διότι

In Curio Cypri urbe, ſerpentum quoddam genus eſſe vim habens aſpidi Aegyptio non abſimilem, niſi quod hyeme morſus huius ſunt inefficaces, ſive ob aliam quampiam cauſſam, ſive quod

τὸ ζῶον δυσκίνητον γίνεται ὑπὸ τοῦ ψύχους ἀποπηγνύμενον, καὶ τελέως ἀδύνατον, ἐὰν μὴ θερμανθῇ.

quod ad motum languidum ex frigore redditur, et poſtremo prorſus collabitur, niſi calore reficiatur.

NATALIS DE COMITIBVS.

Genus quoddam viperarum in Curio Cypri loco eſſe dicitur, quod vim habet aſpidi Aegyptiae perſimilem, praeter id quod ſi momorderit per hiemem nihil efficit, ſive illud alia de cauſſa contingat, ſive quia animal pigerrimum fit ob frigus et congelatum, et niſi calefiat, impotens et debile omnino.

ὁμοίαν ἔχει] L. et C. infin. ἔχειν, *habere.* SYLB.

In Curio] *Curii, quod Cypri eſt oppidum.*

collabitur] *deficit.* NIC.

Difficillimam etiam nunc hiſtoriae naturalis partem eſſe eam, quae de ſerpentibus harumque characteribus agit, ſciunt omnes qui hoc ſtudio vel leviter imbuti ſunt. Quam ob cauſſam mirum non eſt, quod ſerpentum nomina, quae apud veteres leguntur, explicare vix liceat, cum nullae notae adſunt, quibus ſpecies certo agnoſcantur. Nihilo ſecius periculum fecimus, quaedam colligendi e ſcriptis veterum, quae aliquo modo ad aſpidem agnoſcendam facere queunt. Patria eius dicitur Africa, quamquam Strabo et in aliis locis aſpides agnoſcit. Habitat in utraque Nili ripa, teſte Aeliano. Frigus non fert, ſed hieme latet in arenis abdita, quod etiam Ariſtoteles hic confirmare videtur. Ita Lucanus *Pharſal.* IX, 700:

Hic, quae prima caput movit de pulvere, tabes
Aſpida ſomniferam tumida cervice levavit,
Plenior huic ſanguis, et craſſi gutta veneni
Decidit; in nulla plus eſt ſerpente coactum.
Ipſa caloris egens gelidum non tranſit in orbem
Sponte ſua, Niloque tenus metitur harenas.
Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur
Huc Libycae mortes, et fecimus aſpida mercem.

Am-

Ammianus lib. 22: *Serpentes Aegyptus alit innumeras, — — quas omnes magnitudine et decore aſpis facile ſupereminens, nunquam ſponte ſua fluenta egreditur Nili.* Sed in hoc erravit Ammianus, non intellectis Lucani verbis. Magnitudo non omnibus eadem, ſicuti nec reliquis ſerpentibus certa magnitudo a natura conſtituta eſt. Eſſe aſpides ſaepe quatuor, interdum quinque cubitorum, auctor eſt Aelianus XVI, 39 et VI, 38. Colorem, qui et ipſe in ſerpentibus mutabilis eſt, Nicander in *Theriac.* v. 171 ex interpretatione Gorrhaei ita indicat:

Illa cute interdum obſcura, cineriſve colore
Fraxineove nitet, maculis quandoque notatur,
Aut fuliginea eſt perſaepe, ſimillima nigro
Aethiopum limo, vaſto quem murmure Nilus
Volvit.

Pauſanias aſpidum colorem nigrum dicit. Habet haec ſerpens cervicem latam, intumeſcentem, et iuxta oculos tubercula duo, quibus efficitur, ut oculi ſint cavi et hebetiores, qui non in fronte ex adverſo cernunt, ſed in temporibus, teſte Plinio. Tumidae aſpidis delineationem habes apud Spanhemium *de praeſtant. numiſm.* p. 189. Venenum inſanabile dicitur Ariſtoteli *hiſt. an.* VIII, 29; Aeliano I, 54 et VI, 38 et Plinio VIII, 23, qui quidem remedium eſſe vult, ſi confeſtim partes contactae amputentur. Plures tamen medicinas docuerunt medici veteres. Morſum eſſe leviſſimum, qui ſomnum ſine ſenſu aut dolore letiferum inducat, ſatis probavit Cleopatrae fatum. Quam ob cauſſam *aſpida ſomniferam* vocat Lucanus. Atque Nicander v. 188:

— — *κἀμάτου δ' ἄτερ ὄλλυται ἀνὴρ,*
Ὑπνηλὸν δ' ἐπὶ νῶτα φέρει βιότοιο τελευτήν.

— — *nullus ſenſusve in morte doloris,*
Membra gravi tantum pereunt torpentia ſomno.

Galenus lib. I *de theriaca* cap. 8, ubi de aſpidibus: *Alexandriae ſaepe vidi quam cito mortem inferant. Quoties enim aliquem huius ſupplicii lege damnatum, humaniter citoque interimere volunt, admotam pectori beſtiam aliquantulum inambulare iubent, et hominem hac ratione ſtatim enecant.* Aſpidi hoſtem eſſe ichneumonem, ſatis pervulgatum eſt; conf. Ael. 3, 22 et 6, 38 et 10, 47. Sed omnia quae veteres de hac ſerpente memoriae mandarunt, valde incerta ſunt vel ex hac cauſſa, quoniam plures aſpidum ſpecies eſſe perhibent. Tres annumerant Galenus et Aetius *tetrab.* IV ſerm. I cap. 21, et ſecundum Aelianum X, 31 Aegyptii aſpidum genus in ſedecim ſpecies dividunt. Dioſcorides autem unum tantum genus agnoſcit, ut et Nicander, quem ſequitur, licet coloribus diſtinguat. Plura qui de aſpide legere vult, adeat Geſneri *hiſtor. animal.* librum quintum pag 28. Bocharti *hierozoic.* II p. 379 et Salmaſii *exercit. Plin.* p. 242.

Quae omnia etſi manca et dubia ſunt, tamen fuere, qui aſpidem veterum inveniſſe et agnoviſſe ſibi viſi ſint. In his eſt Bellonius, qui ſerpentem, quam dryinum vocat, aſpidem

dem esse vult. En verba ipsius ex itinerar. p. 203: *Serpentem etiam invenimus, callum instar tuberculi in fronte habentem, qui nostra opinione veterum aspis est, mihi admodum rarus visus, tametsi iam antea apud Brutios in Italia eum conspexissemus. Ut autem Cerastes supra oculos, binos callos elatiores habet, sic unicum hic; coloreque amphisbaenam aemulatur.* Bellonii aspis est *Coluber ammodytes* Linnei, at argumenta, quibus usus est, levia mihi videntur. Deinde in memoriam redit, quod olim a praeceptore optimo Linneo accepi, se in libris manu scriptis Pauli Hermanni, qui diu in India orientali moratus est, legisse multa de serpente quadam *Nintipolonga* dicta, quae morsu leniſſimo lassitudinem iucundam, soporemque et mortem sine dolore inferat. Haec eadem esse videtur, quae quondam in museo Lugdunensi asservata et in catalogo dicta est: *Serpens Indicus ex fusco nigricans cum maculis albicantibus, Nintipolonga Zeylon. i. e. somnum letalem morsu inducens, serpens hypnoticus.* Conf. I. Raii *synopsis methodica animalium quadrupedum et serpentini generis.* Londini 1693. 8 p. 332. Denique Hasselquist in ipsa insula Cypro eam ipsam aspidem reperisse sibi visus est, de qua hic noster loquitur. Neque a vero eius coniectura aberrare videtur, quapropter eius verba digna sunt, quae hic repetantur ex itinerarii interpretatione Germanica p. 239: Auf der Insel Cypern findet sich eine Schlange, welche die jetzigen Griechen ασπιν nennen. Sie ist kurz, selten über einen Fuß lang, aber von einer ausserordentlichen Dicke, die oft an die Dicke eines Menschenarms reicht. Ihr Gift ist das schrecklichste, das zu unserer Zeit im Morgenlande bekannt ist. Wenn sie einen Menschen gebissen hat, so fällt er in einen Schlummer, der sich bald in einen starken Schlaf verwandelt, und nach vier und zwanzig Stunden ewig wird, ohne daß man einige heftige Symptomen, oder andere Zeichen eines Todeskampfs bemerkt, als daß der Puls stehen bleibt, der ganze Körper in einem Augenblicke schwarzgelb wird, und nach andern 24 Stunden faulet. In dieser Schlange scheinen sich die Eigenschaften von Aspis und Seps zu vereinigen, und vielleicht haben die Alten beyde Namen einerley Art gegeben, ungeachtet sie sich zwo Arten darunter gedacht haben. His idem pag. 367 addidit haec: "Colu„ber, qui in Cypro Aspic dicitur, „scatet veneno praesentissimo, intra „aliquot horarum spatium cum gan„graena universali necans. Credi„tur mutare colores secundum ter„ram, cui incumbit, ut si in terra „requiescat ferruginea, qualis admo„dum communis in Cypro, ferrugi„neus appareat, si in atra, ater et „sic porro, qua variatione stratage„matis instar utitur, ad insidias eo „facilius struendas, non adeo facile „detegendas, dum colores loci imi„tatur, nihilo minus in aprico re„stans, ad insultum valde paratus." Hactenus Hasselquist, cuius sententia valde probabilis est; sed quaenam *colubrorum* species sit haec aspis Hasselquistiana, non facile cognoscitur. Nam quae in Systemate Linneano dicitur *Aspis*, ea vehementer discrepat ab aspide veterum.

De Curio urbe, quae in meridionali insulae parte ponitur a Ptolemaeo, et a Plinio Curias appellatur, vid.

vid. Meurſii lib. 1 *de Cypro* cap. 11, qui tamen de hoc ſerpente nihil attulit. Sed idem lib. 1 cap. 3 de Ophiuſa, quod nomen eadem inſula traxiſſe videtur, quoniam plurimos habuerit ſerpentes. Quapropter dicta eſt ὀφιώδης, *anguibus abundans*, a Nicaeneto, apud Parthenium, *Erotic.* cap. 11. Inde apud Ovid. *metam.* 10, 229: *Ophiuſia arva* i. e. Cypria. Fuerunt etiam in iſta inſula, qui Ophiogenes vocabantur, quorum corpori, ſicut Pſyllorum Marſorumque, ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus. *Ex qua familia*, inquit Plin. 28 cap. 3 p. 449: *legatus Evagon nomine, a Conſulibus Romae in dolium ſerpentium coniectus experimenti cauſſa, circum mulcentibus linguis miraculum praebuit.*

CAP. CLV.

Εν Κέῳ φασὶν εἶναί τι γένος ἀχέρδου, ὑφ' ἧς ἐάν τις πληγῇ τῇ ἀκάνθῃ, ἀποθνήσκει.

In Ceo aiunt genus eſſe acherdi, cuius ſpina, qui vulnerantur, intereunt.

NATALIS DE COMITIBVS.

Eſt genus quoddam ſpinoſae plantae, uti ferunt, in Ceo, cuius ſpinis, ſi quis percutiatur, moritur.

Εν Κέῳ] Inſula et urbs eſt, quae vulgo Cos vocatur. Euſtath. ad *Il.* 2, 677: εὕρηται δὲ καὶ Κέως λεγομένη ὡς ἡ Τέως. Vid. ibi Politus p. 679. NIC.

Eandem rem, ſed paulo aliter, repetiit Antig. Caryſt. cap. 21. Profiteor omnino de hac planta me nihil habere, quod liqueat. Neque nomen frequens eſt in ſcriptis veterum. Legitur apud Homerum *Odyſſ.* XIV, 10: καὶ ἐθρίγκωσεν ἀχέρδῳ, *et cinxerat ſepe ſpinoſa*; ubi ſcholiaſtes dicit idem quod confirmatur in Wilh. Xylandri ſcholiis Graecis ad Theocrit. *idyll.* XXIV, 88: ἄχερδος, ἀκανθῶδες φυτὸν, ἐξ οὗ τὰς αἱμασιὰς ποιοῦσι, ἤγουν ἡ ἄπιος ἡ ἀγρία. Hemiſtichium ex Homero attulit quoque Heſychius, ſed nihil praeter illud. Ergo ſilveſtrem pirum ſeu piraſtrum eſſe volunt, quippe quae et ipſa ſolet eſſe ἀκανθῶδης, *ſpinoſa*. Et in *Geoponicis* VIII, 37, 3, ubi ἀχέρδου φύλλα ad acetum utilia laudan-

dantur, addidit auctor: ἀχέρδου, τουτέσιν ἀγριοαπιδία, quod quidem nomen et ipsum infrequens est et in lexicis desideratur. Suidas ad nominis explicationem nihil contulit, praeter verba ex *Oedipo* Sophoclis: κοίλης τ' ἀχέρδου, κἀπὸ λαΐνου τάφου, (*stans*) *prope pirum silvestrem et supra lapideum sepulcrum.* Denique etiam in Theocriti *idyll.* XXIV, 88 nomen occurrit: ἢ ἀνέμῳ δεδονημένον αὖον ἄχερδον· *vel vento agitatum siccum acherdum.* Mihi quidem ἀχράδες et ἀχέρδοι nihil, aut non fere multum differre videntur. Certe enim ἀχρὰς Dioscoridi est genus ἀγρίου vel ἀγρίας ἀπίου. Sunt omnino in arboribus etiam silvestribus quaedam differentiae seu varietates, quas Graeci fortasse istis vocabulis denotare voluerunt. Conf. quae de eo, quod interfit inter ἀπίους et ἀχράδας differuit Perizonius ad Aeliani *var. hist.* lib. 3 cap 39. Pausanias *Corinth.* cap. 17 p. 148: ἄγαλμα ἐξ ἀχράδος, ubi interpres: *signum e piro silvestri factum;* non male.

CAP. CLVI.

Ἐν Μυσίᾳ φασὶν ἄρκτων τὶ γένος εἶναι λευκὸν, αἱ ὅταν κυνηγῶνται, ἀφιᾶσι τοιαύτην πνοὴν, ὥστε τῶν κυνῶν τὰς σάρκας σήπειν· ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν λοιπῶν θηρίων ἀβρώτους ποιεῖν· ἐὰν δέ τις καὶ βιάσηται καὶ ἐγγίσῃ, ἀφιᾶσιν ἐκ τοῦ στόματος φλέγμα πάμπολύ τι, ὡς ἔοικεν· ὃ προσφυσᾷ πρὸς τὰ πρόσωπα τῶν κυνῶν, ὡσαύτως καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὥστε καὶ ἀποπνίγειν καὶ ἀποτυφλοῦν.

In Mysia vero ursorum quoddam genus album esse aiunt, quod inter venandum canes flatu infectos putrefacit, eodemque modo et reliquarum ferarum carnem esui inutilem reddit. Verum ubi iam instant canes et venatores, phlegmate vtrorumque faciem conspuunt, quod pertinaciter haerens suffocat et excaecat.

NATA-

NATALIS DE COMITIBVS.

Dicunt genus esse quoddam ursarum albarum in Mysia, quae, cum venatores insequuntur, talem emittunt anhelitum, ut canes putrescant, et reliquas pecudes esui faciant minime aptas. Si quis autem magis etiam cogat et appropinquarit, plurimam pituitam ex ore, ut patet, effundit, quae ita intumescere facit canum et hominum ora, ut suffocentur, vel certe obcoecentur.

ἂι ὅταν κυνηγῶνται] Eaedem editiones habent ἂι ἅμα κυνηγῶνται; ea nimirum significatione, qua Horatius: *quo simul mearis;* pro *cum.* SYLB.

ὁ προσφυσᾷ] L. et C. προσφυσᾷ τὰ πρόσωπα τ. κ. SYLB.

Sermo est de ursis albis, quos *maritimos* vocare solemus, etsi nec in locis mediterraneis prorsus insolentes sint. Tales e Thracia vidit Pausanias in *Arcad.* cap. 17 p. 634. ἄρκτους τῶν Θρᾳκίων λευκάς. Aristoteles ursos albos solo colore ab reliquis discrepare putat, lib. V *de generat. anim.* cap. 6, quo cum consentit inter recentiores Buffon, etsi sint, qui albis caput longius collumque angustius esse perhibent. Ipse saepius eos vidi Petropoli, allatos e mari albo, sed praeter magnitudinem seu corporis proceritatem, qua vulgares antecellunt, equidem nullum discrimen animadverti. De reliquo praeter nostrum novi neminem vel inter recentiores vel veteres, qui de ursis enarrasset ea, quae hic accipimus, quaeque non absimilia sunt fabulis de bonaso cap. 1.

CAP. CLVII.

Ἐν δὲ τῇ Ἀραβίᾳ ὑαινῶν τι γένος φασὶν εἶναι, ὃ ἐπειδὰν προίδῃ τι θηρίον, ἢ ἀνθρώπου ἐπιβῇ ἐπὶ τὴν σκιὰν, ἀφωνίαν ἐργάζεται καὶ πτῆξιν τοιαύτην, ὥστε

Aiunt, in Arabia hyaenarum genus esse quoddam, quod simul ac feram aliquam viderit, aut super hominis umbram ingredi coeperit, vocem illis aufert, et consternatio-

μὴ δύνασθαι κινεῖν τὸ σῶμα. τοῦτο δὲ ποιεῖν καὶ ἐπὶ τῶν κυνῶν.

nem ſtuporemque tantum infert, ut corpus movere nequeant. Idem aiunt et canibus uſuvenire.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Arabia genus quoddam Hyaenarum eſſe dicitur, quae cum aliquam vel feram vel hominem praeviderint, ita obſtupeſcere faciunt, itaque conſiſtere, ut corpus movere non valeant, quod cum fecerint, exurunt.

ὑαινῶν] L. et C. ὑαίνων, contra regulam. Eſt autem hic quoque locus veteris libri ope a Stephano ſuppletus et correctus, quem Geſnerus *hiſtor. anim.* lib. I p. 627 ex Aeliano (lib. VI cap. 14) ſic correxerat: ὁ ἐπειδὰν προΐδῃ θηρίον ἢ ἄνθρωπον κοιμώμενον, τὸν δεξιὸν πόδα ταῖς ῥισὶ προσφέρον, νάρκην ἐργάζεται καὶ πῆξιν τοιαύτην, ὥςε μὴ δ. ubi etiam nota eum cum vulg. ed. retinere πῆξιν pro πτῆξιν: minus convenienter. SYLB.

ἢ ἀνθρώπου] Hic quoque antea erat lacuna. STEPH.

πτῆξιν τοιαύτην] Omnino πῆξιν erat retinendum, et iure ſuo id defendit Salmaſius ad Solin. p. 765. Nimirum πηγνύω, ut Latinum verbum *defigo* et utriusque derivata, devotionibus magicis, et veneficiis propria ſunt. Exempla Salmaſius et Geſnerus *Theſ. L. L.* cumularunt. *Verum hyaena quodcunque animal ter luſtraverit movere ſe non poteſt; qua propter magicam ſcientiam ineſſe ei pronuntiaverunt.* Solin. cap. 27 p. 37. B. NIC. In codice Vindobon. fuerat ab initio πλῆξιν (non πῆξιν), ſed correctum eſt in πτῆξιν. I. B.

τοῦτο δὲ ποιεῖν] Pro τοῦτο δὲ ποιεῖν καὶ ἐπὶ τῶν κυνῶν legebatur τοῦτο δὲ ποῖον καλεται. STEPH. Legendum forte τοῦτο δὲ ποιοῦν κατεσθίει, aut tale quid ex Aeliano. GESNER. l. c.

aufert] *auferat.*

infert] *inferat.* NIC.

Lon-

Longa est disputatio de Hyaena veterum, multisque fabulis absonis involuta, quam meam facere nolo. Equidem eorum accedo sententiae, qui illud animal esse putant, quod zoologis nostris dicitur *Canis Hyaena*. Vid. Erxleben *ſtyſtema regni anim.* p. 575. Quae noster de hyaena hic enarrat, ea fere leguntur etiam apud Aelianum *hist. an.* lib. 3 cap. 7 et lib. 6 cap. 14, qui auctoritate utitur Aristotelis, cuius in libris, qui nunc habentur, haec fabula non reperitur, nisi hoc in libello, in quo explicando occupati sumus. Plinius VIII, 30 *umbrae hyaenae contactu canes obmutescere* tradit. Reliqua, quae huc pertinent, collegit et exposuit diligentia Niclasii ad *Geopon.* XV, 1, 11 p. 1040. Conf. Bocharti *hieroz.* I p. 691. Haud dubie vehementissimus pavor, quo pleraque animalia visu hyaenae corripiuntur, huic fabulae originem dedit. Eodem modo canem molossum obmutescere et timore corruere vidi, quem in conspectum ursi maritimi adduxeram.

Cap. CLVIII.

Κατὰ δὲ Συρίαν εἶναί φασί τι ζῶον ὃ καλεῖται λεοντοφόνον. ἀποθνήσκει γὰρ ὁ λέων, ὡς ἔοικεν, ὅταν αὐτοῦ φάγῃ· ἑκὼν μὲν τοῦτο οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ φεύγει τὸ ζῶον. ὅταν δὲ συλλαβόντες αὐτὸ οἱ κυνηγέται, καὶ ὀπτήσαντες ὥσπερ ἄλφιτα λευκὰ περιπάσσωσιν ἄλλῳ ζώῳ, τὸ γευσάμενον ἀπόλλυσθαί φασι παραχρῆμα. κακοῖ καὶ προσουροῦν τὸν λέοντα τοῦτο τὸ ζῶον.

In Syria animal esse aiunt, quod leonicidum vocant; eo enim ingesto leones exanimantur. Volentes non tangunt, sed fugiunt. Verum venatores ut farinam candidam decoctam animalibus reliquis aspergunt, quae gustata subito necant, urinam leonibus gravant.

Natalis de Comitibvs.

Nascitur quoddam animal in Syria, quod Leonicida appellatur; moritur enim leo, sicuti patet, ubi ipsum comederit, quod quidem

non facit sponte; sed animal illud devitat. Verum cum venatores id comprehendant, assant, farinisque albis conspergunt, sicut alia assata animalia, atque illud gustatum repente leonem interimit. Coniicit idem animal urinam in leonem, quae si contigerit, illi fert exitium.

λεοντοφόνον] Haec sedes est glossae Hesychianae: Λεοντοφόνον, ζηρίδιόν τι πλανώμενον ἐν Συρίᾳ. Ubi editores ne hilum quidem. Plin. VIII, 38 p. 462: *Leontophonon accipimus vocari parvum, nec alibi nascens, quam ubi leo gignitur: quo gustato tanta illa vis, ac ceteris quadrupedum imperitans, illico exspiret. Ergo corpus eius adustum aspergunt aliis carnibus polentae modo, insidiantes ferae, necantque etiam cinere. Tam contraria est pestis. Haud inmerito igitur odit leo, visumque frangit, et citra morsum exanimat. Ille contra urinam spargit, prudens hanc quoque leoni exitialem.* Solinus c. 27 p. 36: *Leontophonas vocari accipimus bestias, quae captae exuruntur, ut earum cineris aspergine carnes pollutae iactaeque per compita concurrentium semitarum, leones necent, si quantulumcunque ex illis sumserint. Propterea leones naturali eas premunt odio, atque ubi facultas lata est, morsu quidem abstinent, sed dilaceratas exanimant pedum nisibus.* Haec vero Bochartum *Hier.* P. 2, 5, 18 p. 792. Hesychium de culice leonis oculos vulnerante interpretantem reuincunt. NIC.

ἐκὼν μὲν] forsan rectius, ἐκὼν μὲν οὖν οὐ ποιεῖ. Cam. pro μὲν habet μήν. SYLB.

ἀλλὰ φεύγει] Cod. Vind. φάγει.

περιπάσσωσιν] L. et C. περιπάσωσι. Ibidem sensus est, τὸ τούτου γευσάμενον ἀπόλλ. SYLB.

προσουροῦν] C. πρὸς τὸ οὐρεῖν, parum convenienter. SYLB. Cod. Vind. κακῇ δὲ καὶ προσουροῦν. Inepte hunc locum, ut alios non paucos, interpres in edit. Duval. reddidit. Iam si pro mendoso κακῇ reponas, quod recte se habet, vulgatum κακοῖ, et δὲ ex codice recipias, plana fiet haec Aristotelis sententia: *sed et vel commingens leonem hoc animal, eum laedit.* A. E. LIBER BARO A LOCELLA.

necant] *Hoc animal leonem etiam infestat illum commingens.* NIC.

Prae-

Praeter Plinium, Solinum et Hesychium, quorum verba iam attulit Niclas, etiam Aelianus *hist. anim.* IV, 18 leontophoni mentionem iniecit: λεοντοφόνου φαγὼν ὁ λέων ἀποτέθνηκε. *Leonem ingestus leontophonus perimit.* Etsi hodie hoc animal leonibus infestum ignoratur, tamen facile intelligitur, neque vermem neque insectum esse, ut recentiorum quidam coniiciunt, sed animalculum quoddam e quadrupedum seu mammalium numero; nam dicitur urinam reddere, quod mammalibus proprium est. De cetero legimus etiam relatum, agitari leones multitudine culicum, qui oculis mordicus insident. De his culicibus loquuti sunt Strabo lib. XVI. Diodorus Sic. lib. 3 edit. Wess. I p. 191. Achilles Tatius et Ammianus Marcellinus lib. 18 cap. 10, sed errat sine controversia Bochartus, qui λεοντοφόνον culicem putat, id quod iam monuit eruditissimus Niclas. Fuerunt qui legerint ita: κακοῖ καὶ πρὸς τὸ οὐροῦν τὸν λέοντα τὸ ζῶον; sed legendum esse omnino προσουροῦν docuit iam magnus Gesnerus *hist. anim.* lib. I p. 651.

Cap. CLIX.

Λέγεται καὶ τοὺς γῦπας ὑπὸ τῆς τῶν μύρων ὀσμῆς ἀποθνήσκειν, ἐάν τις αὐτοὺς χρίσῃ ἢ δῷ τι μεμυρισμένον φαγεῖν. ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς καινθάρους ὑπὸ τῆς τῶν ῥόδων ὀσμῆς.

Feruntur et vultures ex unguentorum odore exanimari, si qui vel ungantur ipsi, vel uncta vorent; et scarabeis ex rosarum odore itidem evenire.

Natalis de Comitibvs.

Dicuntur etiam vultures unguentorum odore necari, si quis vel illos unxerit, vel quidpiam unctum dederit comedendum; quod ipsum scarabaei etiam ex odore rosarum patiuntur.

itidem] *idem dicunt.* Nic.

Vul-

Vultures unguento fugari, immo necari, praeter noſtrum, complures ſunt auctores, qui perhibuerunt. Quorum in numero ſunt: Plinius XI, 53 p. 645. Aelianus *hiſt. an.* III, 7 et IV, 18. Phile p. 9 οἱ τῷ μύρῳ θνήσκουσι, κανθάρων δίκην. Clemens Alex. *paedagog.* lib. 2. edit. Colon. anni 1688 p. 178 et edit. Pot. p. 208. Theophraſtus *de odoribus* p. 442. Eutecnii *paraphr. Oppian. Ixeut.* pag. 8. *Geoponic.* XIII, 16 et XIV, 26, ubi iam Niclas hoſce auctores excitavit. Conr. Geſnerus *hiſt. anim.* III p. 752 ex Oppiani libro, qui, ni fallor, nondum editus eſt, haec verba protulit: *Cadaverum foetore gaudent, et tantopere averſantur unguenta, ut ne armenta quidem mortua, quorum carnes unguento illitae fuerint, attingant.* Euſtath. in *Hexaëm.* p. 27: Φασὶ δὲ τὸν γῦπα τὰ ῥόδινα μύρα χρισθέντα ἀποθνήσκειν.

Necari cantharos ſeu ſcarabaeos roſarum odore, confirmant Clemens Alex. Aelianus, Theophraſtus et Geoponici locis iam laudatis, itemque Anatolius *de antip. et ſymp.* p. 301. in Fabricii *bibl. Gr.* 4. κάνθαροι θνήσκουσι μύρῳ χρισθέντες. Sextus Empir. *pyrrhon. hypotyp.* I, 14, 55 p. 16. Euſtath. in *Hexaëm.* p. 31: οἱ δὲ κάνθαροι ἐὰν ῥοδίνῳ χρισθῶσιν, εὐθὺς ἀποθνήσκουσιν. Plin. XI, 53: *Vultures unguento qui fugantur, alios appetunt odores; ſcarabaei roſam.* Ad hunc locum Con. Geſnerus *hiſt. avium* p. 752 ita: "Hunc locum a „librariis corruptum apparet. Her„molaus legit: *ſcarabaei roſa*, ſcili„cet *fugantur*. Roſam interpretor „unguentum roſaceum; videtur au„tem ῥόδον in ſingulari numero, „ut *roſa* apud Celſum, pro rhodino „accipi, non item in plurali, etſi „quidam ſcribant vultures interire „τῇ ὀσμῇ τῶν ῥόδων, ut in Geopo„cis Ariſtot. et Theophraſtus: οἱ κάν„θαροι ὑπὸ τῶν ῥόδων ἀναιροῦνται." Hactenus Geſnerus, cuius ſententia confirmatur verbis Clementis Alexandrini: οἱ γῦπες καὶ κάνθαροι ῥοδίνῳ χρισθέντες μύρῳ τελευτᾷν λέγονται. Sed fabula ipſa ficta et commentitia eſt. Namque multi ſunt ſcarabaei, qui roſis gaudent, ex. gr. Scarabaeus auratus, Scar. faſciatus, Attelabus apiarius, Meloe veſicatorius, qui eſt Cantharis officinarum. Conf. Ioh. Hermanni, profeſſoris Argentoratenſis, quem honoris cauſſa nomino, diſſ. *de roſa*, Argentorati 1762 pag. 23.

CAP. CLX.

Καὶ ἐν Σικελίᾳ δέ φασι καὶ ἐν Ἰταλίᾳ τοὺς γαλεώτας θανάσιμον ἔχειν τὸ δῆγμα, καὶ οὐχ

Et in Sicilia et in Italia, aiunt felium morſum lethalem, nec ut apud nos et levem et imbecillem;

et

ὥσπερ τοὺς παρ' ἡμῖν, ἀσθενὲς καὶ μαλακόν· εἶναι δὲ καὶ μυῶν γένος ἐφιπτάμενον, ὃ ὅταν δάκῃ, ἀποθνήσκειν ποιεῖ.

et muſcarum genus, quod morſu necet, ad quae devolarit.

NATALIS DE COMITIBVS.

Muſtelas in Sicilia et in Italia ferunt morſum habere letiferum; at non ſicuti noſtrates debilem et mollem ac remiſſum. Quibus accedit et illud, quod genus reperitur muſcarum advolantium, quae ubi momorderint interitum pariant.

ποιεῖ] C. infin. ποιεῖν. SYLB.

felium] *ſtellionum.*

muſcarum genus] *et murium genus volucre, quod morſu necet.* NIC.

Γαλεώτης et ἀσκαλαβώτης idem animal denotant, nimirum ſtellionem, quod probatum iam eſt cap. 12 et 67. Huius morſus letales in quibusdam Italiae locis eſſe, noſter etiam tradit *hiſt. anim.* VIII cap. 33 p. 987: τῆς δ' Ἰταλίας ἔν τισι τόποις, καὶ τὰ τῶν ἀσκαλαβωτῶν δήγματα θανάσιμα ἐστι. Sed diſſentit Plinius VIII, 31 p. 457: *eosdem* (ſtelliones dicens) *mortiferi in Graecia morſus, innoxios eſſe in Sicilia.* Nicander in *theriac.* v. 483 commemorat venenatos ſtelliones Thracicos. Neque negari poteſt, eſſe in hoc genere, quibus venenum a natura inditum ſit, etſi de venenatis Italiae ſtellionibus mihi nondum quidquam innotuerit. Μυῶν γένος ἐφιπτάμενον coniectura non aſſequor. Plinius quidem VIII, 58 p. 484 muribus araneis in Italia venenatum eſſe morſum perhibet, ſed hoc animalculum vocatur Graecis μυογάλη ſeu μυγαλῆ. Interpres quidem nobis hic *feles* fecit et *muſcas*, γαλέας legens et μυιῶν, ut ſupra cap. 27.

CAP. CLXI.

Εν δὲ τῇ Μεσοποταμίᾳ τῆς Συρίας φασὶ καὶ ἐν Ισρουντι ὀφίδιά τινα γίγνεσθαι, ἃ τοὺς ἐγχωρίους οὐ δάκνει, τοὺς ξένους δὲ καὶ ἀδικεῖ σφόδρα. Περὶ δὲ τὸν Ευφράτην καὶ τελείως φασὶ τοῦτο γίγνεσθαι. πολλοὺς γὰρ φαίνεσθαι περὶ τὰ χείλη τοῦ ποταμοῦ, καὶ διανέοντας ἐφ' ἑκάτερα· ὥστε τῆς δείλης ἐνταῦθα θεωρουμένους, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἐπὶ θατέρου μέρους φαίνεσθαι, καὶ τοὺς ἀναπαυομένους τῶν μὲν Σύρων, μὴ δάκνειν, τῶν δὲ Ελλήνων μὴ ἀπέχεσθαι.

In Meſopotamia Syriae, et in Iſtrunte, aiunt ſerpentes quosdam exiguos naſci, qui indigenas non laedant, advenas vero vehementer infeſtent. Circa vero Euphratem fluvium maxime id accidere inquiunt, ubi plurimi circa fluminis litora conſpiciuntur, qui in partem utramque devolvi ſolent, ut cum veſpere citerius litus occupent, illuceſcente luce ultra flumen videantur, ac Syros quidem non laedunt, ſed Graecis minime parcunt.

NATALIS DE COMITIBVS.

In Meſopotamia Syriae regione, et in Iſtronte exigui quidam ſerpentes naſcuntur, qui indigenas non mordent, at in externos magnopere ſaeviunt. Affirmant iſtud ipſum circa Euphratem praeſertim evenire; nam cum multi ſerpentes iuxta ripas fluminis conſpiciantur, et in utramque partem fluvii tranſeant, ubi extiterit, in altera tantum fluminis ripa apparent, ibi Syros dormientes non mordent, Graecis minime parcunt.

ἐν Ισρουντι] De loco hoc vehementer ambigitur, quia alibi non occurrit. Plinius VIII, 59 eadem de *Tyrinthe* prodit. Sed et ibi codices ſcripti habent *in Myrinthe.*

the. Harduinus mavult *in Minthe*, qui est Peloponnesi mons. Salmasius ad Solinum p. 325 legit, *in Myunthe.* Holstenius ad Stephanum p. 324. Plinio duce hic emendat ἐν Τιρύνθι. NIC.

διανέοντας] L. et C. διενεύοντας, itidemque interpres: *qui in partem utramque devolvi solent.* Minus apte. SYLB.

διανέοντας] Ergo aquatiles angues sunt. Nam διανέουσι ἐφ' ἑκάτερα, *in utramque partem transnatant.* Perperam interpretes *devolvi* vertunt. Διανέειν vel διανεῖν est *transfretare, transnatare.* Hesychius: νεῖν, νήχεσθαι. Inde Latinum *nare.* Ut καλεῖν, *calare*, πιλεῖν, *pilare.* Serpentes et angues manifesto distinxit Plinius, ut *angues* aquarum sint, *serpentes* terrarum. SALMAS. ad Solin. p. 325.

vero Euphratem] *Circa Euphratem vero.*

devolvi] *tranare.*

Syros quidem] *dormientes.* NIC.

De Μεσοποταμίᾳ τῆς Συρίας vid. Cellarii geogr. II p. 708. Rem ipsam etiam alii prodiderunt. Plinius lib. VIII, 59 p. 485: *Iam quaedam animalia indigenis innoxia, advenas interimunt; sicut serpentes parvi in Tirynthe, quos terra nasci proditur. Item in Syria angues, circa Euphratis maxime ripas, dormientes Syros non attingunt; aut etiamsi calcati momordere, non sentiuntur maleficia; aliis cuiuscunque gentis infesti, avide et cum cruciatu exanimantes, quam ob rem et Syri non necant eos.* Aelianus *hist. anim.* IX, 29: *Ad primos ortus huius fluminis* (Euphratis) *quaedam serpentes* (τινὲς ὄφεις), *hominibus externis, non item indigenis, inimicissimae; atque usque eo infestae, ut eos advenientes morte mulctent.* Apollonius Dysc. *hist. comm.* cap. 12: Περὶ Βαβυλῶνα δὲ, διαβάντι τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, ὀφίδια γίγνεται· καὶ τοὺς μὲν ξένους, τύπτει· τοὺς δ' ἐντοπίους, οὐκ ἀδικεῖ. *Apud Babylonem, Euphrate traiecto, exigui dicuntur esse angues, qui peregrinos feriant, ab incolis abstineant.* Alexand. ab Alex. *dier. genial.* 2 cap. 17: *in Syria angues ne lacessitos quidem Syros attingere, in peregrinos autem, ictu perniciali iras acuere.* Caussa huius rei, modo in caussam inquirere liceat rei, quae ipsa non satis probata videatur, in eo fortasse est, quod indigenae animalia noxia penitius norunt, eaque accuratius evitare sciunt, quam advenae. At longius a vero abesse videtur, quod iidem subiungunt, nimirum in Latmo, Cariae monte, a scorpionibus non laedi hospites, indigenas interimi. Conf. Antig. Car. c. 18.

CAP. CLXII.

Εν Θεσσαλίᾳ φασὶ τὸν ἱερὸν καλούμενον ὄφιν πάντας ἀπολλύειν, οὐ μόνον ἐὰν δάκῃ, ἀλλὰ καὶ ἐὰν θίγῃ. διὸ καὶ ὅταν φανῇ, καὶ τὴν φωνὴν ἀκούσωσι (φαίνεται δὲ σπανίως), φεύγουσι καὶ οἱ ὄφεις καὶ οἱ ἔχεις, καὶ τ' ἄλλα πάντα θηρία. τῷ δὲ μεγέθει οὐκ ἔσι μέγας, ἀλλὰ μέτριος. Εν Τήνῳ δέ ποτε φασὶν αὐτῇ τῇ πόλει κατὰ Θετταλίαν ἀναιρεθῆναι ὑπὸ γυναικός· γενέσθαι δὲ τὸν θάνατον τοιόνδε· γυναῖκα κύκλον γράψασαν, καὶ τὰ φάρμακα θεῖσαν, εἰσβῆναι εἰς τὸν κύκλον, αὐτὴν καὶ τὸν υἱὸν, εἶτα μιμεῖσθαι τὴν φωνὴν τοῦ θηρίου· τὸ δὲ ἀντάδειν, καὶ προσιέναι. ᾄδοντος δὲ καταδαρθεῖν τὴν γυναῖκα, καὶ ἐγγυτέρω προσιόντος, μᾶλλον, ὥσε μὴ δύνασθαι κρατεῖν τοῦ ὕπνου. τὸν δ' υἱὸν παρακαθήμενον ἐγείρειν, τύπτοντα,

In Theſſalia ferunt, ſacrum ſerpentem, non ſolum morſu, ſed etiam contactu reliquos omnes perdere. Quocirca cum apparet, aut vox tantum auditur (quod raro contingit) ſerpentes ac viperae, tum reliquae etiam ferae omnes diffugiunt. Magnitudine eſt non perinde vaſta, ſed moderata. Aiunt, in Teno urbe ipſum a mulíere e medio ſublatum in hunc modum: primum circulum deſcripſit femina, quem incantationibus habitis una cum filio ingreſſa, ac vocem beſtiae imitata eſt; qua recinente accedenteque, obdormiſcere coepit, magisque iam appropinquante, ſomno abſtinere non potuit. Quocirca filius matrem pulſavit, (ita praecipiente ipſa) minatus, ſi obdormiret, utríque certum imminere interitum, verum

κελευούσης ἐκείνης, καὶ λέγειν ὅτι ἐὰν μὲν καθυπνώσῃ, ἀπολεῖται καὶ αὐτὴ καὶ ἐκεῖνος· ἐὰν δὲ βιάσηται καὶ προσαγάγηται τὸ θηρίον, σωθήσονται. ὡς δὲ προσῆλθεν ὁ ὄφις εἰς τὸν κύκλον, λύσιν εὐθὺς γενέσθαι αὐτοῦ.

rum si perimeret, ac bestiam abducere posset, salvos fore. Itaque circulum ingressus serpens statim exanimatus est.

NATALIS DE COMITIBVS.

Serpentem sacrum vocatum in Thessalia omnes interimere aiunt; neque solum si momorderit, verum etiam si attigerit. Idcirco ubi visus est, vocemque eius audiverunt, (apparet autem perraro) et serpentes et viperae diffugiunt, et alia omnia venenata animalia. Magnitudine non est magnus, sed mediocris, quem in Teno aliquando Thessaliae civitate interfectum esse dicunt a quadam muliere, quae caedes ita peracta est. Mulier circulum in terra descripsit, veneficiisque ibi depositis ipsa una cum filio ingressa est circulum; mox serpentis eius vocem imitanti serpens respondit et accessit ad eam. Cum vero serpens sibilaret, mulier fere consopita est; eoque propius etiam accedente, multo magis, ita ut somnum vincere non posset. Filius assidens et percutiens illam excitabat, quod ita fuerat ab ea instructus, ac dicebat: quod si dormierit erunt ambo ex ea re morituri, sin autem vim intulerit serpenti, ipsumque adduxerit et devicerit, ambo pariter servabuntur. Ubi vero serpens in circulum pervenit, continuo obiit.

αὐτῇ τῇ πόλει] αὐτῇ agnoscit etiam interpres: *in Teno urbe ipsa.* Sed verius fortasse αὐτὸν, scilicet τὸν ἱερὸν ὄφιν. SYLB. Cod. Vindob. Ἐν Τήνῳ δὲ φασί ποτε αὐτῇ πόλει. Ibidem pro τοιόνδε, quod mox sequitur, est τοιοῦτον.

λύσιν εὐθὺς γενέσθαι αὐτοῦ] Cod. Vindob. αὖον pro λύσιν, et vocabulo ultimo αὐτόν.

λέγειν ὅτι ἐὰν] λέγειν positum pro participio λεγούσης. SYLB.

non perinde vasta] *non vasta.*

Aiunt, in Teno] *Teni aiunt in Thessaliae urbe* —

quem incantationibus] *et pharmaca in eo posuit: tum in illum una cum* —

obdormiscere coepit] *coepit femina, magisque iam appropinquante ista, haec somno* —

si perimeret] *si vinceret et adduceret bestiam, salvos fore.* NIC.

Haec quae legimus de serpente *sacro* dicto magae Thessalae carminibus exanimato, praebent exemplum incantationis, cuius vestigia e vetustissimis libris iam collegit Bochartus *hieroz.* 2 p. 384. Conferenda sunt etiam quae viri docti annotarunt ad *Psalm.* LX, 5, 6. Thessalia rerum magicarum usu ubique celebris est, ut inter auctores constat, et probavit Barthius ad Stat. 2 *Theb.* p. 259, qui anus eius gentis vulgo quoque incantatrices fuisse, docet ibidem ad lib. 2 p. 710. Quam ob caussam Plinius XXX, 1 p. 523 veneficas sagasque vocat *Thessalas matres*, nec raro *Thessalia* et *Thessalis* pro *maga* accipitur; e. c. Lucan. VI, 451. Conf. Beroaldus ad Apulej. *metamorph.* lib. 2 p. 171. Tenus urbs Thessaliae a geographis omissa est, neque nomen mendi suspicione caret. Est vero Tenos etiam insulae nomen, quae aluit serpentes terribiles, ut ait Aristophanis scholiastes in *Plutum*, quam ab caussam etiam Ophiusa et Hydrussa olim dicta. Vid. Bocharti *Phaleg.* I pag. 443. Sed de hac Cycladum insula hoc loco non est cogitandum.

Sicut omnibus fabulis aliquid veri saltem inesse solet, ita nec serpentium incantationes omni ratione destitui existimo. Mea quidem sententia primi incantatores usi sunt iis rebus, quas serpentibus noxias esse cognoverant, quaeque eos vel fugant vel obstupefaciunt vel necant. Huius generis fuerunt sine dubio φάρμακα, quae adhibuisse hic legitur maga Thessala. Pertinet huc etiam quod legitur in Luciani *Philopseude* de Chaldaeo, qui, ut serpentes evocaret,

caret, in agrum mane veniens, ſacra ſeptem nomina ex vetuſto libro legit, θείῳ καὶ δᾳδὶ καταγνίσας τὸν τόπον, περιελθὼν εἰς τρὶς, *ſulphure ac face luſtrato loco in orbem ter obambulans.* Suffocari vero cuncta animalia acido ſulphuris volatili, pervulgatum eſt. Eandem ob cauſſam gagates quoque dicitur fugare ſerpentes, ἑρπετά; Orpheus *de lapid.* 12 p. 330. Conf. ſupra cap. 125. Ut gemma dracontia e draconis viventis cerebris excidi poſſet, obiiciebantur belluae ſomnifera medicamenta, ſeu gramina medicata ad incitandum ſoporem; ita ſomno obſopito e capite exſecabatur lapis. Plin. 37 cap. 10 p. 790. Solinus cap. 30 p. 41 et Philoſtratus *in vita Apol.* lib. 3 cap. 8 p. 100, qui quidem nihil de pharmacis, ſed eorum loco de incantationibus loquitur: πολλὰ τῆς ἀπορρήτου σοφίας ἐπ' αὐτὸν ἄδουσιν, οἷς ἄγεταί τε, καὶ τὸν αὐχένα ὑποβαλὼν τῆς χειᾶς, ἐπιπαθεύδει τοῖς γράμμασι. *Multis magicis eum incantant, quibus demulcetur, cervicemque caverna exerens litteris indormit.* Ergo erant hae incantationes, de quibus Philoſtratus loquitur, ſomnifera medicamenta a Plinio dicta. Atque haec etiam Pſyllorum fuit ars, quam recte declaravit Voſſius *de origine idololatriae* lib. 4 p. 1519: "Ni„hil aeque veriſimile eſt, ac illud, „Pſyllos, quoniam inter ſerpentes „degerent a primis incunabulis, qua„ſi cum lacte a matribus, quo tutio„res eſſent, remedia quaedam non „adeo vulgaria eſſe edoctos; neque „iſta alienigenis aperuiſſe, partim „ne minus iis eſſent admirationi, „partim etiam ne minus ex illis ca„perent lucri. Ac credibile eſt, nec „alibi remedia fuiſſe tam praeſentia, „quia ubi locorum abundarent ſer„pentes, iisdem praecipue remedia „venenis Deus produxit." Hactenus Voſſius. Atque etiam qui noſtra aetate in Arabia, America et Indiis ſerpentes tractant et incantant, dicuntur uti herba e genere *Ariſtolochiae*, id quod et Forſcâl et Iacquin prodiderunt. Conf. Linnei *amoenit. acad.* VI p. 216 et *Syſtema nat.* I p. 348. Huc pertinere etiam credo lignum ſerpentis, de quo verba geographi Nubienſis attulit Bochartus l. c. pag. 387. Horum pharmacorum vapor fuiſſe videtur illud, quod magae Theſſalae ſomnum attuliſſe hic legitur fere letiferum, quem ut averteret, filius aderat. Maga ſerpentem evocatura ſonum eius aut vocem imitata eſt, qua arte et aves et feras advocare ac decipere ſolent venatores. Incantationi obluctari credebatur ſerpens, cum recanebat. Eſt vero *recanere*, ἀντᾴδειν, vel *recantare*, ſi mavis, contrario ſibilo incantationem repellere et retorquere. Serpens recanens credebatur creare periculum mago. Sic cum Theſſalae veneficae ſacer ſerpens occineret, parum abfuit, quin in ſoporem letiferum illa dilaberetur. Hoc lumen affert verbis Plinii XXVIII, 2 p. 446: *non pauci etiam ſerpentes ipſas recanere; et hunc unum illis eſſe intellectum*, caet. Conf. Turnebi *adverſar.* lib. 23 cap. 11 p. m. 469.

Serpens vocatur cognomine *ſacer*, quoniam immanis et horribilis erat, nec facile violari poterat. Ita Virgilio *Aen.* XI, 721 accipiter dicitur *ſacer ales*. Conf. Stephani *theſ. ling. lat.* v. *Sacer*, et Munckerus ad *mythographos latinos* p. 847.

Ιχέον

Ισέον ὅτι πολλὰ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων ἐυρίσκεται ἐν οἷς οὐκ ἐκείνη ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τοῦ περὶ τῶν θαυμασίων ἀκουσμάτων ἣν τεθείκαμεν, ἀλλ' αὕτη.

Plerique veteres codices, quibus uſus eſt olim Henricus Stephanus *cum hunc libellum ederet, principium ſupra poſitum non agnoſcunt; ſed eius loco habent quae ſequuntur.*

Interprete Io. NICOLAO NICLAS.

CAP. CLXIII.

Λέγεται περὶ τὰ Τύανα ὕδωρ εἶναι Ορκίου Διὸς * δὲ αὐτὸ ἀσβαμαῖον, οὗν πηγὴ ἀναδίδοται πάνυ ψυχρά. παφλάζει δὲ ὥσπερ οἱ λέβητες. τοῦτο ἐυόρκοις μὲν ἡδύ τε καὶ ἵλεων, ἐπιόρκοις δὲ παρὰ πόδας ἡ δίκη. ἀποσκήπτει γὰρ καὶ εἰς ὀφθαλμοὺς καὶ εἰς χεῖρας καὶ εἰς πόδας. ἁλίσκονται τε ὑδέροις καὶ φθόαις· καὶ οὐδὲ πρόσθεν ἀπελθεῖν δυνατὸν, ἀλλ' αὐτόθι ἔχονται, καὶ ὀλοφύρονται πρὸς τῷ ὕδατι, ὁμολογοῦντες ἃ ἐπιώρκησαν.

Prope Tyana aqua Iovi Horcio ſacra eſſe dicitur, quam Asbamaeam vocant, fonte valde frigido ſcaturiens. Ebullit vero inſtar lebetum. Sancte jurantibus haec ſuavis eſt et propitia; periuri vero poenas dant e veſtigio. Oculos enim et manus et pedes invadit. Aqua intercute et tabe corripiuntur. Neque diſcedere ante poſſunt, ſed ibi tenentur, lamentanturque ad aquam, periuria confitentes.

ὁρκίου Διὸς] Talis quaepiam requiri videtur lectio: ὕδωρ εἶναι ὁρκίου Διός· οἱ δὲ καλοῦσιν αὐτὸν ἀσφαλιαῖον· οὗ πηγὴ ἀναδίδοται. SYLB. Cod. Vind. Διὸς, καλοῦσι δὲ αὐτὸ ἀσβαμαῖον, οὗ πηγὴ —

οἱ λέβητες] ibidem οἱ deeſt, tum hab. παραπόδας.

ἀπελθεῖν δυνατὸν] concinnius ἀπελθεῖν δύνανται. SYLB.

Λέγεται περὶ τὰ Τύανα] Bene factum, quod haec narratio in *vita Apollonii Tyanenſis* lib. I cap. 6 apud Philoſtratum inventa eſt, cum ſumma ſalute utriusque exemplaris, nam editorum nullus hoc obſervavit. NIC.

Ορκίου Διὸς] Sic recte hic legitur, et obſecundare amico ſuo (Fabricio, ni fallor), hoc etiam apud Philoſtratum praecipienti, Olearius debebat, ubi nunc male ὕδωρ ὅρκιον Διὸς legitur. Ορκίου Διὸς ſtatua apud Pauſaniam ſtat V, 24 p. 441. De eo, qui de iureiurando ſcripſerunt, conferantur, velut Regnerus de Baſſen pag. 23 ſeq. et alii, nam vindex eſt iurisiurandi. NIC.

δὲ αὐτὸ ἀσβαμαῖον] Legendum eſt: καλοῦσι δὲ αὐτὸ Ἀσβαμαῖον. Primum verbum ex Philoſtrato additum eſt. Stephanus ut invenerat: Διὸς * δὲ αὐτὸ ἀσβαμαῖον. Acutiſſime hic coniecit incomparabilis Sylburgius. Sed mox quae de aqua valent unice, ad Iovem trahens, αὐτὸν ponendo, a ſcopo aberravit. Nam licet ſe Ammiani Marcellini auctoritate tueri poſſet, qui lib. 23, 6 p. 401. Gron. de fonte noſtro haec prodit: *Apud Asbamaei quoque Iovis templum in Cappadocia, ubi ampliſſimus ille Philoſophus Apollonius traditur natus prope oppidum Tyana, ſtagno effluens fons cernitur, qui magnitudine aquarum inflatus ſeſeque reſorbens, nunquam extra margines intumescit;* templum tamen unde Iupiter ſic dictus eſt, ab fonte nomen habet. Recte igitur non apud Philoſtratum modo, ſed etiam hic αὐτὸ legitur, quam ſcripturam Suidas quoque probat: Ασβαμαῖον, ὕδωρ οὕτω καλούμενον. In originationem nominis Bochartus *Can.* I cap. 28 p. 590 inquirit. Quod cum Sylburgius in Ασφαλιαῖον mutat, labitur aperte. Similem fontem ſupra iam cap. 58 vidimus. Similem Philoſtratus *vita Apoll.* III, 14 p. 103 oſtendit. NIC.

οὗ πηγὴ] Sic Sylburgius iam emendavit certiſſime, et ſic in Philoſtrato legitur. Utrumque locum, quod nunc demum video, Mauſſacus in *Diſſert. crit. de Harpocrat.* p. 400. *Blanc.* iam contulit, et noſtrum ex illo ſanavit. Sed perperam ὃν pro οὗ ibi excuderunt. NIC.

ἀποσκήπται γὰρ] Vid. Olearius ad Philoſtratum p. 7. NIC.

ἐπιώρκησαν] Cod. Vindob. ἐπιορκίσαν.

Tyana, orum, vel Tyana, ae, ut Hierosolyma, et alia eiusdem farinae. Per *T* et per *Th* scribitur. Fuit urbs media inter Ciliciam et Cappadociam subiacens Tauro iuxta Cilicias portas. Protulit Apollonium Tyanaeum philosophum. Φθόη idem morbus, qui saepius *φθίσις* dicitur, quod comprobatur auctoritate Hippocratis VII *aphorism.* 78 edit. Riegeri II p. 474.

CAP. CLXIV.

Ἀθήνῃσί φασι τὸν ἱερὸν τῆς ἐλαίας θαλλὸν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ βλαστῆσαι, καὶ πλείονα γενέσθαι, ταχὺ δὲ αὖ πάλιν συστέλλεσθαι.

Athenis dicunt sacrum oleae ramum uno die germinare et crescere, mox vero etiam rursus decrescere.

τῆς ἐλαίας θαλλὸν] Quae *sacra olea* Athenis dicta fuerit scholia ad Aristoph. *Nub.* v. 1001. docent: αἱ ἱεραὶ ἐλαῖαι τῆς Ἀθηνᾶς ἐν τῇ Ἀκροπόλει Μορίαι ἐκαλοῦντο. Et Eustathius ad *Od.* α p. 1383 (9, 3 Bas.) Ἔλεγον οἱ Ἀθηναῖοι — ἀσὴν ἐλαίαν, τὴν ἐξ Ἀθηνῶν. καὶ μάλιστα τὴν ἐξ ἀκροπόλεως, τὴν καὶ ἱεραν. Fuerunt autem duobus in arce locis oleae, de quibus Meurs. *Cecrop.* c. 22 p. 62 agit, ubi et plura earum nomina invenies. NIC.

Oleae Minervae sacrae, quae in arce erant, vocabantur et Μορίαι et Ἀσαὶ et Πάγκυφοι. Hesychius: Ἀσὴ ἐλαία, ἡ ἐν ἀκροπόλει, ἡ καλουμένη Πάγκυφος, διὰ χθαμαλότητα. *Olea* Ἀσὴ, *quae in arce*, et πάγκυφος dicitur, *quod non multum a terra assurgat.* Nescio an varietas oleae humilis, quae in Cupani H. C. p. 155 *Misilmeris oliva nana* dicitur, huic fabulae originem dederit.

CAP.

CAP. CLXV.

Τῶν ἐν Αἴτνῃ κρατήρων ἀναῤῥαγέντων καὶ ἀνὰ τὴν γῆν φερομένων ἔνθα καὶ ἔνθα, χειμάῤῥου δίκην, τὸ τῶν εὐσεβῶν γένος ἐτίμησε τὸ δαιμόνιον. περικαταληφθέντων γὰρ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος, διὰ τὸ βαστάζειν γέροντας ἐπὶ τῶν ὤμων γονεῖς καὶ σώζειν, πλησίον αὐτῶν γενόμενον τὸ τοῦ πυρὸς ῥεῦμα ἐξεσχίσθη, παρέτρεψέ τε τοῦ Φλογμοῦ, τὸ μὲν ἔνθα, τὸ δὲ ἔνθα· καὶ ἐτήρησεν ἀβλαβεῖς ἅμα τοῖς γονεῦσι τοὺς νεανίσκους.

Aetnae crateribus ruptis, terramque velut torrens hinc illinc inundantibus, numen piorum genus honoravit. Deprehenſis enim a flumine, qui ſenes humeris ſuis parentes portarent, eos ſervaturi, igneum flumen illos iam iam oppreſſurum ita ſciſſum eſt, ut ignis huc atque illuc diverteret, iuvenesque una cum parentibus, ſalvos praeſtaret.

Τῶν ἐν Αἴτνῃ] Narrationem de Aetnaei rivi erga pios fratres reverentia, percenſet etiam Pauſanias in *Phoc.* 344, 40. SYLB.

τὸ τῶν εὐσεβῶν γένος] Εὐσεβεῖς Catanaei fratres hos honoris cauſſa dixerunt. Pauſan. 10, 28 p. 867: ἐν Κατάνῃ τοῖς καλουμένοις Εὐσεβέσιν. Idem Strabo lib. 6 p. 412. Alm. affirmat, ubi et nomina illorum extant *Amphinomus* et *Anapias* ſeu *Anapis*. Alii tamen qui rem enarrant eandem, in nominibus variant. Vid. ibi Caſaubonus et Salmaſ. ad Solin. p. 78. *Horum memoriam ita poſteritas munerata eſt, ut ſepulcri locus nominaretur campus piorum.* Haec Solinus cap. 5. Sunt igitur Εὐσεβεῖς, *Pii*, fratrum horum cognomina. Ut *Antoninus Pius*. Plura de his Cluver. *Sic. antiq.* p. 120. Conf. Io. Chr. Wernsdorf. *Excurſ.* VI et VII ad *poet. Lat. minor.* T. IV. NIC.

Excerpta haec ſunt ex Ariſtotelis libro *de mundo* cap. 6. edit. Du- Val. I p. 864, ubi eadem iisdem verbis leguntur. Haec tamen paululum diſcre-

diſcrepant: πλησίον γὰρ αὐτῶν γενόμενος ὁ τοῦ πυρὸς πόταμος ἐξεσχίσθη, παρέτρεψέ τε, τὸ μὲν, ἔνθα· τὸ δ' ἔνθα. caet. Praeter auctores, quos iam excitavit doctiſſimus Niclas, liceat quoque advocare reliquos, qui eandem hiſtoriam tradiderunt. Valer. Max. lib. 5 cap. 4 extr. 4. Silius Ital. lib. 14. Claudian. *epigr.* 25. Philoſtrat. *vita Apollon.* lib. 5 cap. 17 p. 201. Cornelius Severus in *Aetna*, cuius verba protulit Cluver. in *Sicil.* Martial. *epigr.* VII, 24. Seneca *de benefic.* lib. 3 cap. 17 pag. 306 et lib. 6. Auſonius in *Catinae et Syracuſarum laude* edit. Tollii p. 249. Hyginus in *fabulis* cap. 254 ed. v. Stav. p. 363. Apuleius in libro *de mundo* verſus finem, qui e Graeco Ariſtotelis translatus eſt. Stobaeus edit. Tigur. 1543. fol. p. 415. Ibi adſcriptum eſt Aeliani nomen, culpa haud dubie librariorum, nam in *variis hiſtoriis* hodie deſiderantur. Conf. edit. Iac. Perizonii. Lugduni 1701. 8 p. 974. "Quo „tempore id factum, inquit Cluverus „p. 122, incertum eſt; niſi quod an„te Alexandri Magni aetatem factum, „ex oratione perſpiciatur Lycurgi, „quam hic circa dicti regis aetatem „Athenis contra Leocratem habuit. „In hac tamen ille non duos facit „fratres, parentem ac matrem ſuſtol„lentes, ſed unum dumtaxat, qui „patrem igni eripuerit. Verum enim „vero Lycurgi hic fides potior eſſe „minime debet; quando nec nomen „urbis, apud quam id factum, ſcivit, „atque id ὡς μυθωδέστερόν τι, id eſt, „pro re fabuloſa habuit." Hactenus Cluverus. Secundum Hyginum eo tempore factum eſt, *quo Aerna mons primum ardere coepit.* Stobaeus quidem tempus ita deſignat: πρώτῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ Ολυμπιάδι Φασὶ τὴν Αἴτνην ῥυῆναι, ὅτε — caet. *Octogeſima prima Olympiade.* De rivis Aetnaeis diſputavimus iam cap. 38.

CAP. CLXVI.

Λέγεται τὸν ἀγαλματοποιὸν Φειδίαν κατασκευάζοντα τὴν ἐν ἀκροπόλει Αθηνᾶν, * ἐν μεσότητι ταύτης τῆς ἀσπίδος τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι, καὶ συνδῆσαι τῷ ἀγάλματι διά τινος ἀφανοῦς δημιουργίας, ὥστε ἐξ ἀνάγκης, εἴ τις βούλοιτο αὐτὸ περιαιρεῖν, τὸ σύμπαν ἄγαλμα λύειν τε καὶ συγχεῖν.

Phidiam ſtatuarium narrant, cum in arce Minervam faceret, in medio eius ſcuto ſuam effigiem inſculpſiſſe, illamque occulto artificio cum ſtatua ita coniunxiſſe, ut ſi quis eam vellet inde eximere, fieri hoc nequiret, quin tota ſtatua ſoluta deſtrueretur.

Hic

Hic locus e libro *de mundo* cap. 6 p. 863. E. Du - Vall. huc translatus est, ubi κατασκευαζόμενον legitur pro κατασκευάζοντα, et ἐν μέσῃ τῇ ταύτης ἀσπίδι pro ἐν μεσότητι τοὐτης τῆς ἀσπίδος. Sic Praxitelem suam amicam pro Venere finxisse; et pro eadem Phrynes meretricis formam pictores expressisse; in Mercuriis vero Alcibiadem a lapicidis esse effictum, Clem. Alex. *cohort. ad gent.* p. 47 non sine irrisione narrat. Amasias suas pingere aut sculpere pro Diva Maria Itali dicuntur. NIC.

Fraudis huius plures mentionem fecere. Non suam illum modo, sed Periclis quoque effigiem inclusisse, in huius vita auctor est Plutarchus, quo cum consentit Dio Chrysostomus *orat.* 12. Cic. lib. 1 *Tuscul. quaest. Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Minervae, cum inscribere non liceret.* Arnobius *adversus gentes* lib. 6 p. 198. Verba ex Aristotelis libro de mundo, unde noster sua hausit, sic latine reddidit Apuleius edit. Elmhorst. p. 72: *Phidiam illum, quem fictorem probum fuisse tradit memoria, vidi ipse in clypeo Minervae, quae arcibus Athenienſibus praesidet, oris sui similitudinem ita colligasse, ut si quis artificis voluisset inde imaginem separare, soluta compage, simulac totius incolumitas interiret.* Conf. Franc. Iunii *catalogus architect.* p. 159. Simulacrum ipsum ex ebore factum erat, sed inductum huic aurum, ut tolli posset et appendi, quod auctoritate Plutarchi, Thucydidis et Diodori Sic. comprobavit Meursius *Cecrop.* cap. 15 in *Thesauro antiquit. Graec.* vol. IV p. 929.

CAP. CLXVII.

Φασὶν ὡς [ὁ] ἀνδριὰς ὁ τοῦ Βίτυος ἐν Αργει ἀπέκτεινε [τὸν αἴτιον] τοῦ θανάτου τῷ Βίτυϊ, θεωροῦντι ἔμπεσών. ἔοικεν οὖν οὐκ εἰκῇ τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι.

Argis ferunt Bityis statuam in caput eius, qui Bityi caussa mortis fuerat, illapsam eum occidisse, cum spectaculum videret. Haec itaque non temere facta videntur.

ὁ ἀνδριὰς] Inclusa addita sunt ex libro *de arte poetica*, ubi pro Βίτυος scriptum Μίτυος; apud Plutarchum vero in lib. *de sera numinis vind.* Μιτίου. Ibidem pro οὖν et γίνεσθαι, legitur γὰρ et γενέσθαι. SYLB. In cod. Vind. φασὶν ὡς

ὡς (ὁ inter verſus ſupreme adſcriptum eſt) ἀνδριὰς ὁ τοῦ Βίτυος ἐν Αργει ἀπόντειν.

θεωροῦντι] Θέας ὄυσης Plutarch. l. d. p. 553. D. Reliqua apud Ariſtotelem *de arte poet.* cap. 9 ſic leguntur: ἔοικε γὰρ τὰ τοιαῦτα ὀυκ εἰκῆ γενέσθαι. NIC.

Credidit ſuperſtitioſa vetuſtas, mortuos, ſi de vivis vindictam ſumere vellent, columnam ſepulcro ſuo impoſitam in eos deiicere; cuius opinionis Reiskius commode notavit exemplum ex Dione Chryſ. *or.* 33 p. 340. Adde Callimachi *Epigr.* 7. Anonymum ap. Suidam v. κυνήγιον, et ad h. l. J. Toup. *Emendat. in Suid.* T. 2 p. 119. (Haec cel. Wyttenbach ad Plutarch. *de ſera vind. num.* p. 46).

CAP. CLXVIII.

Φασὶ τοὺς κύνας μόνον διώκειν τὰ θηρία πρὸς τὰς κορυφὰς τῶν Μελάνων καλουμένων ὀρῶν, ἀλλ' ἀναστρέφειν, ὅταν ἄχρι τούτων διώκωσιν.

Canes dicunt feras tantum ad cacumina montium, qui nigri appellantur, perſequi, reverti vero, ſi eo usque illas perſecuti ſint.

διώκωσιν] Cod. Vindob. διώξωσιν, ſed tamen non nihil correctum.

Hoſce montes nigros coniectura non aſſequor, niſi ſint, qui in Arabia Petraea boream verſus aſſurgunt, quos μέλανα ὄρη appellat Ptolemaeus, cuius ex ſententia ſitum eorum indicatum legimus in tabula, quae quarta eſt in Ptolemaei *geographia* edita a Pirkheimero Norimbergae 1524. fol. Conf. Cellarii *geogr.* II. p. 686. Apud Strabonem lib. 14 p. 954 Alm. eſt ἄκρα Μέλαινα, promontorium Chii inſulae.

CAP.

CAP. CLXIX.

Εν τῷ Φάσιδι ποταμῷ γεννᾶσθαι ῥάβδον ὀνομαζομένην Λευκόφυλλον, ἣν οἱ ζηλότυποι τῶν ἀνδρῶν δρεπόμενοι, ῥίπτουσι περὶ τὸν παρθένιον θάλαμον, καὶ ἀνόθευτον τηροῦσι τὸν γάμον.

In Phaſide fluvio virgam naſci tradunt, Leucophyllum dictam, quam zelotypi mariti decerpentes circa genialem lectum ſternunt, et nuptias ſervant inviolatas.

τῶν ἀνδρῶν] τῶν abeſt in cod. Vindob.

Plutarchus *de fluviis* p. 1150: Φάσις ποταμός ἐσι τῆς Σκυθίας. — — γεννᾶται δ' ἐν τῷ ποταμῷ ῥάβδος ὀνομαζομένη Λευκόφυλλος· ἐυρίσκεται δὲ τοῖς μυσηρίοις τῆς Ἑκάτης περὶ τὸν ὄρθρον, πρὸς πανισμὸν ἔνθεον, αὐτοῦ περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔαρος, ἣν οἱ ζηλότυποι τῶν ἀνδρῶν δρεπόμενοι, ῥίπτουσι περὶ τὸν παρθένιον θάλαμον, καὶ ἀνόθευτον τηροῦσιν τὸν γάμον. *Phaſis eſt fluvius Scythiae* — — *Naſcitur in eo virga Leucophyllus dicta, quae dum celebrantur Hecates myſteria, invenitur circa diluculum ad divinum Panis dei afflatum, in ipſo veris initio, quam poſtquam hominum zelotypi collegerunt, circa thalamum virginalem iaciunt, ut puras conſervent nuptias.* Nomen plantae apud botanicum neque veterem neque recentiorem inveni. Frutex enim, qui *vitex* ſeu *agnos* vocatur, cuius foliis cubitus ſibi ſternebant matronae in Theſmophoriis Athenienſium caſtitatem cuſtodientes, huc non pertinet, quoniam is veneris impetum cohibere, hominesque infoecundos reddere credebatur, teſte Galeno lib. 16 *Simpl.* Conf. Euſtath. ad *Odyſſ.* λ. At hoc non eſt in votis maritis zelotypis, qui uxore ſoli frui volunt, quibus potius expetendum erit abrotanum, verum ſi eſt, quod de hac planta canit Aemilius Macer:

Haec etiam venerem pulvino ſubdita multum
Incitat.

Equidem deprecor ſubtiliorem talium diſputationem, cum praeſertim hic non in ipſa natura rerum, ſed in fabulis magicis verſetur auctor.

CAP.

CAP. CLXX.

Εν δὲ τῷ Τίγριδι γεννᾶσθαί φασι λίθον Μωδῶν κεκλημένον βαρβαρικῶς, τῇ χρόᾳ πάνυ λευκόν· ὃν ἐὰν κατέχῃ τὶς, οὐδὲν ὑπὸ θηρίων ἀδικεῖται.

In Tigride vero lapidem ferunt inveniri, quem barbari Modon nominant, colore admodum albo, quem si quis secum gerat, illum non laedi ab ulla bestia.

μωδῶν] In libello Plutarchi *de fluviis* scriptum μυνδάν. SYLB. Cod. Vind. Μωδᾶν.

Plutarchus de fluviis p. 1163: Τίγρις ποταμός ἐστὶ τῆς Ἀρμενίας. — γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος Μυνδὰν καλούμενος, πάνυ λευκὸς, ὃν ἐὰν κατέχῃ τὶς, οὐδὲν ὑπὸ θηρίων ἀδικεῖται, καθὼς ἱστορεῖ Λέων ὁ Βυζάντιος ἐν γ περὶ ποταμῶν. *Tigris fluvius est Armeniae. — Nascitur in ipso lapis Myndan dictus omnino albus, quem si habeat quis, non possunt ei ferae bestiae officere, ut narrat Leo Byzantius tertio de fluminibus.* De lapide quidem nihil est, quod possim edocere, cum neque μωδῶν, neque μυνδὰν apud alios auctores occurrit. Τὰ θηρία saepissime significant animalia venenata, potissimum serpentes, quos etiam hic intelligendos esse existimo. Sic θηριακὰ sunt medicamenta, quibus animalium venenatorum morsus sanantur; θηριόδηκτος apud Dioscoridem vel in sexcentis locis est ictus serpentis morsu; e. gr. lib. 1 cap. 135, lib. 3 c. 160. Eadem ratione eleganter Lucas in *actis apostol.* 28, 4 viperam, quam ἔχιδναν dixerat, deinde θηρίον appellat. Leo Byzantius, quo auctore utitur Plutarchus, contexuit tempore Philippi, qui pater fuit Alexandri M. libros VIII de rebus veteris Byzantii, quos laudat Suidas.

CAP. CLXXI.

Εν δὲ τῷ Σκαμάνδρῳ γίνεσθαί φασι βοτάνην Σίσρον καλουμένην, παραπλησίαν ἐρεβίνθῳ,

In Scamandro vero plantam nasci, cui nomen Sistrum, ciceri haud absimilem, cuius semina in

fili-

κόκκους δ' ἔχειν σειομένους· ὅθεν τὴν προσηγορίαν ἔλαβε· ταύτην τοὺς κατέχοντας, μήτε δαιμόνιον, μήτε φαντασίαν ἡντιναοῦν φοβεῖσθαι.

siliquis quassata sonant, unde nomen tractum, hanc qui gestent, neque daemonem neque spectrum ullum timere.

σίτρον] Cum dicat ἀπὸ τοῦ σείεσθαι ita appellari, melius fortasse σεῖτρον scribebatur. STEPH. Etymo convenientius σεῖτρον per ει. SYLB. Cod. Vindob. Σεῖτρον subobscure.

παραπλησίαν] Cod. Vindob. παραπλήσιον.

Plutarchus *de fluviis* p. 1155: Σκάμανδρος ποταμὸς ἐστὶ τῆς Τρωάδος. — — γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη Σίτρος καλουμένη, παραπλήσιος ἐρεβίνθῳ, κόκκους δὲ ἔχει σειομένους, ὅθεν τὴν προσηγορίαν ἔλαβεν ταύτην. οἱ κατέχοντες οὔτε φαντασίαν, οὔτε θεὸν ὀφθέντα φοβοῦνται· καθὼς ἱστορεῖ Δημόστρατος ἐν β περὶ ποταμῶν. *Scamander Troadis fluvius est. — Nascitur in ipso herba quam Sistrum nominant, crebintho similis, acinos se moventes habens, unde nomen sortita est; hanc qui possident, nec phantasmata nec Deorum praesentias timent, ut docet Demostratus secundo de fluminibus.* Plantam non expiscor, sed est e genere earum, quas *siliquosas* hodie vocamus, quarum semina matura in siliquis, quando quassantur, crepitare solent. De phantasia conf. Vossius *de idololatr.* De Demostrato vid. Fabricii *bibl. Graeca* vol. 13 p. 138. Quodsi argumento opus esset, ad probandum non perscripta esse haec capita ab Aristotele, posset illud vel inde peti, quod philosophus daemones credidit nullos. Vide Cudworthi *systema intellectuale* et ibi Moshemii animadversionem ad p. 491; itemque Bruckeri *histor. philosoph.* I p. 831.

CAP. CLXXII.

Περὶ Λιβύην ἄμπελός ἐστιν ἣν καλοῦσι μαινομένην τινὲς, ἣ τῶν καρπῶν τοὺς μὲν πεπαίνει, τοὺς

Circa Libyam vitis est, quam insanam quidam appellant, quae fructuum alios maturat, alios im-

δ' ὀμφακώδεις ἔχει, τοὺς δ' ἀνθοῦντας καὶ βραχύν τινα χρόνον.

maturos habet, alios florentes et brevi tempore.

De hoc vitis genere (ſeu *varietate*, uti loquuntur hodie botanici) etiam Theophraſtus lib. I *de cauſſis plant.* cap. 22 p. 225: ἕτερον γένος, τὸ τῶν ἀμπέλων τῶν μαινομένων καλουμένων· αἱ οὐ μόνον βλαστάνουσιν, ἀλλὰ καὶ πέττουσι καὶ ἀνθοῦσι, καὶ βοτρυοῦνται, καὶ οὐ δύνανται τελειοῦν. *Vites quoque inſanae vocatae, ſui generis ſunt, quae non ſolum germinant, ſed coquunt et florent et racemantur, ſed percoctionem expedire neſciunt.* Ultima verba praetermiſit interpres, neque ea bene inter ſe cohaerere videntur, quod monuit iam Scaliger in animadverſionibus in iſtos Theophraſti libros, editis Lugduni 1566. fol. p. 80. b. Theophraſtus etiam lib. I cap. 11 p. 211 eiusdem vitis mentionem iniecit, quamquam in libris noſtris perperam legatur: ἄμπελος σημαινομένους, pro: ἄμπελος ἡ μαινομένη, quam correctionem docuit iam Scaliger l. d. pag. 43, et recte adhibuit interpres Latinus. Inde ſua hauſit Plinius XVI. cap. 27 p. 20: *Vites quidem et triferae ſunt, quas ob id inſanas vocant; quoniam in iis alia matureſcunt, alia turgeſcunt, alia florent. M. Varro auctor eſt, vitem fuiſſe Smyrnae apud Matroum biferam. Hoc autem evenit perpetuo in Tacapenſi Africae agro, de quo plura alias; ea eſt ſoli fertilitas.* Inſanum igitur dicebatur illud vitis genus, quod ſaepius per annum flores fructusque fert. Sunt vero biferae vel triferae plantae admodum multae in Indiis intra Tropicos, quae interdum etiam extra patriam (ſaltem per aliquod tempus, modo bene curentur) biferae eſſe ſolent. In Samo fuiſſe non ſolum vites, ſed plures etiam arbores, biferas, refert Athenaeus lib. 14 p. 653. Atque Bellonius vitem vidit in Thraciae Callipoli, in Auguſtin. monaſterio, quae adeo ſepties quoquo anno fructum eumque maturum protulit. Vid. *obſervat. itinerar.* lib. 2 cap. 2 p. 79. Plura exempla collegit Phil. Iac. Sachs in *Ampelographia*, Lipſ. 1661. 8 p. 110.

CAP. CLXXIII.

Περὶ τὸ Σίπυλον ὄρος γίνεσθαί φασι λίθον παρόμοιον κυλίνδρῳ, ὃν οἱ εὐσεβεῖς υἱοὶ ὅταν εὕ-

Circa Sipylum montem lapidem naſci perhibent, cylindri forma, quem pii filii, ubi invenerint,

in

ρωσιν, ἐν τῷ τεμένει τῆς μητρὸς τῶν θεῶν τιθέασι, καὶ οὐδέποτε χάριν ἀσεβείας ἁμαρτάνουσιν, ἀλλ' ἀεί εἰσι φιλοπάτορες.

in fano Matris Deûm ponunt, neque unquam pietatem laedunt, ſed ſemper parentum ſunt amantiſſimi.

ἀεί εἰσι] ἀεὶ deeſt in cod. Vindob.

Sic ἀυτολεξεὶ Plutarchus *de flum.* p. 1153. Extremitas tantum variat: ἀλλὰ φιλοπάτορες ὑπάρχουσιν, καὶ πρὸς τοὺς προσήκοντας συμπαθοῦσιν. ὡς ἱστορεῖ Αγαθαρχίδης ὁ Σάμιος ἐν δ περὶ Λίθων, *ſed parentum ſunt amantiſſimi et cognatis ſuis morigeri ſunt, ut ſcribit Agatharchides Samius lib. 4. de lapidibus.* Sipylus mons eſt Lydiae dictus a Sipylo Agenoris et Dioxippae filio, qui poſtquam matrem inſciens occiderat, a furiis vexatus in hunc montem pervenit et prae doloris vehementia ſe ſuſpendit. Lapidis cuiusdam cylindri mentionem fecit etiam Plutarchus in Alpheo: *provenit*, inquiens, *in monte Cronio lapis, quem ab eventu Cylindrum vocant* (Κύλινδρος καλούμενος λίθος ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος), *nam quotieſcunque fulgurat aut tonat Iupiter, toties a cacumine prae timore volvitur, ut narrat Dercyllus primo de lapidibus.* Apuleio tanquam crimen opprobrabatur, quod legerat inter caetera maris eiectamenta, neſcio quem calculum teretem; vid. eius apolog. I.

CAP. CLXXIV.

Εν ὄρει τῷ Ηψέτῳ γίνεσθαι βοτάνην καλουμένην Χαρισίαν, ἣν γυναῖκες ἔρωτος ἀρχομένου τοῖς τραχήλοις περιάπτουσι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν συμπαθέστερον ἐρῶνται.

In monte Taygeto herbam naſci Chariſiam dictam, quam mulierculae primo vere collo alligant, et a viris amantur flagrantiſſime.

Ηψέτῳ] Ταϋγέτῳ. Sic ex Plutarch. *de fluv.* p. 1158 pro Ηψέτῳ priorum editionum reſtitui. Idem plantam χαρίσιον dicit. NIC.

ἔαρος ἀρχομένου] Ita ex eodem pro ἔρωτος ἀρχομένου repoſui. Denique pro ἐρῶνταϛ ibi eſt ἀγαπῶνταϛ, καθὼς ἱσορεῖ Κλεάνθης ἐν α περὶ ὀρῶν. NIC. Pro Ἡψέτῳ et pro ἔρωτος, quae tamen ſic etiam in cod. Vind. exſtant, legendum eſſe Ταϋγέτῳ et ἔαρος monuerunt Meurſ. in *Miſcell. Laconic.* tom. 3 *opp.* col. 219 ed. Florent. et Mauſſacus ad Plutarch. *de fluv.* tom. 10 p. 779 ed. Reiskii. L. B. A LOCELLA.

Plutarchus *de fluviis* pag. 1158: *mons Taygetus dictus a Taygete nympha, quae a Iove vitiata et vi doloris ſuperata reſti finivit vitam in cacuminibus montis Amyclei, qui ab ea Taygetus fuit denominatus. Naſcitur in ipſo planta Chariſium dicta, quam mulieres ineunte vere collo appendunt, et vehementius ita a viris amantur, ut auctor eſt Cleanthes primo de moutibus.* Fuit vero Taygetus mons Arcadiae, cuius etiam Strabo lib. 8 mentionem fecit. Plantae nomen in libris botanicorum deſideratur.

CAP. CLXXV.

Αἱ ἐν Κρήτῃ αἶγες, ὅταν τοξευθῶσι, ζητοῦσι τὸ δίκταμον τὸ ἐκεῖ φυόμενον. ὅταν γὰρ φάγωσιν, εὐθὺς ἐκβάλλουσι τὰ τοξεύματα.

Cretenſes caprae ſagittis ictae dictamum ibi naſcens quaerunt. Quo enim guſtato, illico ſagittae excidunt.

Vide quae diſputata ſunt cap. 4, ubi eadem de capris leguntur.

CAP.

CAP. CLXXVI.

Αἱ ἐν Κεφαλληνίᾳ αἶγες οὐ πίνουσιν, ὡς ἔοικεν, ὥσπερ καὶ τἆλλα τετράποδα, καθ' ἑκάστην ἡμέραν· ἀλλὰ πρὸς τὸ πνεῦμα ἀντία τὰ πρόσωπα ποιήσασαι, χάσκουσιν εἰσδεχόμεναι τὰ πνεύματα.

Cephalleniae caprae non ut aliae et alia quadrupedia, bibunt quotidie; ſed vultus ventis obvertentes ore hiante flatus excipiunt.

τὰ πνεύματα] τὰ deeſt in cod. Vindob.

Haec quoque iisdem verbis iam cap. 8 relata atque expoſita ſunt. Iam adſcribamus quoque Valerii Max. verba lib. 1, 8 extr. 18. *Natura in Cephalenia inſula, cum omnia ubique pecora hauſtu aquae quotidie recreentur, in ea pecudes maiore ex parte anni ore aperto ex alto ventos recipientes, ſitim ſuam ſedare inſtituit.*

CAP. CLXXVII.

Φασὶ, τινὰς ἐν Ἀχαΐᾳ τῶν ἐλάφων, ὅταν ἀποβάλωσι τὰ κέρατα, εἰς τούτους τοὺς τόπους ἔρχεσθαι ἐν οἷς οὐκ ἔστι ῥᾴδιον εὑρεθῆναι· τοῦτο δὲ ποιεῖν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ᾧ ἀμυνοῦνται, καὶ διὰ τὸ πονεῖν τοὺς τόπους ὅθεν καὶ τὰ κέρατα ἀπέβαλον. πολλαῖς δὲ κισσὸν ἐπιπεφυκότα ἐν τῷ τῶν κεράτων τόπῳ ὁρᾶσθαι.

Quosdam cervos, ubi prima cornua abiecerint, loca petere dicunt ea, ubi non facile inveniantur. Hoc vero facere ideo, quoniam non habeant, quo ſe defendant, et quod loca doleant unde cornua deciderunt. Multos vero conſpici, quibus eo loco, ubi cornua naſci ſolent, hedera ſit adnata.

φασὶ, τινὰς] Cod. Vind. τινὲς et paulo post ἀποβάλλωσι.

διὰ τὸ μὴ ἔχειν] ibid. μόνον pro μὴ, sed lineola subductum, et superscriptum est μή.

ἀμυνοῦνται] ibid. ἀμύνονται. ibid. καὶ post ὅθεν abest.

Haec omnia iisdem verbis paululum mutatis, iam cap. 5 p. 19.

CAP. CLXXVIII.

Οθρυς ὄρος ἐστὶ Θετταλίας, ὃ φέρει ὄφεις τοὺς λεγομένους σῆπας, οἳ οὐκ ἔχουσι μίαν χροιὰν, ἀλλ' ἀεὶ ὁμοιοῦνται τῷ χώρῳ ἐν ᾧ οἰκοῦσι. τινὲς δὲ αὐτῶν ὅμοιον ἔχουσι τὸ χρῶμα τοῖς κόχλοις τῆς γῆς. ἄλλοις δὲ χλοάζουσά ἐστιν ἡ φολίς. ὅσοι δὲ αὐτῶν ἐν ψαμάθοις διατρίβουσι, ταύταις ἐξομοιοῦνται κατὰ τὸ χρῶμα. δάκνοντες δὲ, ἐμποιοῦσι δίψος. ἔστι δὲ αὐτῶν τὸ δῆγμα, οὐ τραχὺ καὶ ἔμπυρον, ἀλλὰ κακόηθες.

Othrys mons est Thessaliae, qui serpentes profert, sepes dictos, quibus non unus est color, sed semper loco similes sunt, ubi degunt. Quidam eorum colorem habent cochleis terrestribus similem. Aliorum squamae sunt virides. In arenis qui agunt, colores illarum referunt. Mordentes vero sitim efficiunt. Morsus autem eorum non asper est, aut igneus, sed malignus.

Οθρυς] Scholia ad Nicandri *Theriac.* 145: Οθρυς ὄνομα ὄρους Θεσσαλίας, ὅπου ὁ σὴψ νέμεται. πλεονάζει γὰρ ἐκεῖ τὸ θηρίον τοῦτο. NIC.

αὐτῶν ἐν ψαμάθοις] ἐν deest in cod. Vind.

Seps

Seps nomen a σήπω, putrefacio, habet, nam quidquid momorderit, resolvitur statim in putredinem. Sic Lucanus 9, 723:

Ossaque dissolvens cum corpore tabifícus seps.

Et Solinus cap. 27 p. 37: *ictus sepium putredo sequitur.* (ita Salmasius, alii aliter legunt). Dioscorides lib. 2 cap. 70 p. 103, qui sepem etiam *chalcidicam* vocari auctor est, retulit eum ad lacertas, quod etiam fecit Nicander. Quam ob rem seps seu chalcidica horum auctorum diversus sit a sepe reliquorum, necesse est, quippe quem Lucanus, Pausanias, Aetius et multi alii serpentem esse confirmant. Pausanias quidem in *Arcad.* cap. 4 p. 605, ubi regem Arcadiae a sepe ictum periisse narrat, ita: *vidi et ipse aliquando serpentem hanc; magnitudine est minimae viperae, cineris colore, notis interpuncta variis, capite lato, gracili collo, alvo obesiore, perbrevi cauda. In serpentum genere seps et cerastes, quo ferme modo gradiuntur cancri, in obliquum repunt.* Idem cap. 16 p. 632 refert, regem istum a sepe occisum in loco, ubi periit, sepultum esse, quoniam longius cadaver efferre non potuerint. Nimirum propterea, puto, quod cadaver citius in putredinem resolvebatur. Aetius lib. 13 haec: *Serpens, qui seps appellatur, longitudine quidem duorum cubitorum reperitur, ex crasso autem in tenuem abit; recta vero ac tarde proserpit. Caput habet latum, os acutum, universum autem corpus multis albis notis respersum. Ii, qui ab eo percussi sunt, intra tres aut quatuor dies pereunt.* Caeterum serpentes veterum vix et ne vix quidem agnosci posse, iam dictitavimus ad cap. 154. Neque enim color quidquam adiuvat, qui maxime variat. *Vulgatum est*, inquit Plinius 8 cap. 23 p. 451, *colorem eius plerumque terrae habere serpentes, in qua occultentur.* Neque id non comprobarunt recentiores quidam; e. c. Shaw *itinerar.* edit. German. p. 159 et Hasselquist *itinerar.* edit. Germ. p. 367. Φολίδες sunt squamae, quales serpentibus tribuit Plinius l. d. Sic et Virgilius 3 Georg. 425:

Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
Squamea convolvens sublato pectore terga.

Δράκοντος Φολίδες leguntur apud Orpheum in *Argon.* 1013. Squamarum numerus, quibus prona corporis pars vestita est, vel maximum confert ad agnoscendam speciem, ad quem idcirco in Herpetologia recentiores attendere praecipiunt. *Othrys* Thessaliae mons, quem huiusce generis serpentes multos aluisse auctor est scholiastes Nicandri, commemoratur a Strabone, Plinio, Virgilio aliisque. Denique de hoc capite conf. cel. I. G. Schneideri *Periculum criticum in anthologiam* pag. 147, qui propterea quod Nicander eadem habet, auctorem nostri libelli Nicandro recentiorem existimat. Quod argumentum si satis firmum videatur, de appendice tantum valere potest, quae haud dubie recentiori tempore adiecta est.

CAP.

CAP. CLXXIX.

Τοῦ περκνοῦ ἔχιος τῇ ἐχίδνῃ συγγινομένου, ἡ ἔχιδνα ἐν τῇ συνουσίᾳ τὴν κεφαλὴν ἀποκόπτει. διὰ τοῦτο καὶ τὰ τέκνα, ὥσπερ τὸν θάνατον τοῦ πατρὸς μετερχόμενα, τὴν γαστέρα τῆς μητρὸς διαῤῥήγνυσιν.

Nigra vipera maſcula cum femella coeunte, haec illi in coitu caput demordet. Qua propter et partus, tanquam patris necem ulciſcens, matris ventrem perrumpit.

ἔχιος] Cod. Vindob. ἔχεως.

ὥσπερ τὸν θάνατον] Sic etiam cod. Vindob. et Sylburg. et Caſaubonus, ſed Duval: εἰς τὸν θάνατον. Pro τὴν γαστέρα habet cod. Vind. τὸν γαστέρα. I. B.

Neque huic fabulae aliquid veri non ſubeſſe ſuſpicor. Etenim inter iſtos piſces, qui cum ſerpentibus inſignem habent affinitatem, ſunt, qui ova vel foetus vivos ventre dehiſcente excludunt, quique ova edita per aliquod tempus intra membranam corpori ſubtus adnatam portant. Horum in numero ſunt Syngnathi atque etiam Silurus aſcita. Conf. Rondeletii *de piſcibus* lib. 8 c. 4 p. 229. Artedi *deſcriptiones piſcium* p. 3. Linnei *ſyſt. nat.* p. 417. Brunnichii *ichthyol. Maſſilien.* p. 9. Pallas *ſpicileg. zoolog. faſcic.* VIII p. 32. Gouan *hiſtor. piſcium* p. 212. I. Hermann *tab. affinitatum animalium* p. 287 et 323. Bloch Naturgeſchichte der Fiſche Teutſchlands I p. 251. Horum piſcium naturam nec veteres ignorarunt. Argumento ſunt verba Ariſtot. *hiſt. anim.* VI, 15. Plin. IX cap. 51. Ael. *hiſt. anim.* lib. 9 cap. 59 et lib. 15 cap. 16. Plutarchus *de garrulitate* p. 508. Quorum verba de hoc argumento collegit atque acutiſſime expoſuit eruditiſſimus Schneider in *excurſu* 2 ad Ael. *hiſt. an.* p. 575. Iam cum ſerpentes ad horum piſcium affinitatem quam proxime accedunt; et ſunt, qui et vivos foetus pariunt, uti vipera et coluber praeſter, veriſimile eſt, etiam horum in numero eſſe, qui ſimili modo excludant foetus, praeſertim cum tot et tam graviſſima veterum teſtimonia obſtant, de re nequaquam incredibili, de hoc, inquam, viperarum partu, quo minus totam de eo enarrationem falſam eſſe putemus. Adeant velim lectores Herodoti lib. 3 cap. 109. Ariſtot. *hiſt. an.* V cap. 29. Horapoll. 2 cap. 59. Antigon. Caryſt. c. 25 Plutarchum *de garrulitate*. Apuleium *apolog.* Nicandri *theriaca* 130. Galeni lib. *de theriaca ad*

ad Piſonem cap. 9. Ael. *hiſt. an.* I, 24 et XV, 16. Plin. X cap. 62. Epiphan. *de gnoſticorum haereſi.* Baſilii *Hexaëm. homil.* 9. Prudentii *harmartig.* I, 588. Philoſtrat. *vita Apoll.* lib. 2 cap. 14 p. 66. Euſtath. in *Hexaëm.* p. 43. Phile *de animal.* 63 p. 97. Iſidorum Peluſ. *epiſt.* 1, 105 p. 27. Chryſoſt. in Matth. 16 *homil.* 58 p. 508. Iſidori *origin.* lib. 12 cap. 4 p. 291, qui Lucani VI, 490 verba a ſe allata non intellexit. Non diffiteor, deeſſe auctorem recentiorem, quo ad probandam ſententiam meam uti poſſim; ſed parum omnino eſt, quod de ſerpentium generatione edocuerunt noſtrates, ita ut facile coniicere poſſimus, multa de hiſce animalibus veteres, quorum in patria iſta frequentiora erant, tradidiſſe, quae nondum explorata atque comprobata ſunt a recentioribus. Quae etſi ita ſunt, tamen palam eſt, veteres ſuam de hac re narrationem multis fabulis abſonis obruiſſe, quas refellere tanti non eſt. Sed non reticenda videtur eorum ſententia, qui fabulae originem in eo quaerunt, quod viperarum catuli intra corpus maternum membranam, qua involuti ſunt, diſrumpunt et vivi prodeunt. Contendunt enim, Plinium reliquosque auctores, Ariſtotelis verbis male intellectis, de matris ventre intellexiſſe, quae philoſophus de membrana foetus continente intellexerat. Huic ſententiae accesſit vir magnae exiſtimationis Conr. Geſnerus *hiſt. anim.* lib. 5 pag. 74. Nos quidem totam hanc rem iis diiudicandam committimus, quibus viperarum partum acri et intento animo intueri continget. Conf. cel. Schneideri *periculum criticum in Anthologiam* p. 152, qui auctorem huius appendicis ex Nicandro haec transtuliſſe, monet. "Indicium furti, inquit, et veſtigium certiſſimum „Cacus ille reliquit, vocem poeticam „περκνὸς, quae pro nigro ponitur, „docente Foeſio in Oecon. Hippocr. „h. v. Apparet etiam Ariſtotelem „ſubditicium legiſſe in Nicandro „ἀναῤῥήξαντες." Conf. de viperae partu Goth. Voigtii *curioſitates phyſicae.* Lipſ. 1698. 12 p. 119 et Moyſe Charas *expériences ſur la vipére.* 1694. 8.

CAP. CLXXX.

Εν τῷ Νείλῳ ποταμῷ γεννᾶσθαι λίθον φασὶ κυάμῳ παρόμοιον· ὃν ἂν κύνες ἴδωσιν, οὐχ ὑλακτοῦσι. συντελεῖ δὲ καὶ τοῖς δαίμονί τινι γενομένοις κατόχοις. ἅμα γὰρ τῷ προστεθῆναι ταῖς ῥισὶν, ἀπέρχεται τὸ δαιμόνιον.

In Nilo flumine lapidem naſci aiunt fabae ſimilem, quem canes ſi viderint, non latrant. Iis quoque ſalutaris eſt, qui a daemone quodam vexantur. Nam ſimul ac naſo appoſitus erit, fugit daemon.

Haec Plutarchus *de fluviis* p. 1157 iisdem verbis, praeter haec: ποιεῖ δὲ πρὸς τοὺς δαιμονιζομένους, ἅμα γὰρ προσεθῆναι ταῖς ῥισὶν, ἀπέρχεται τὸ δαιμόνιον. Habet fere eadem Stobaeus *ſerm.* 98 p. 541 ex Thraſylli Aegyptiacis, cui λίθος μέλας dicitur. Lapidis huiusque vis in canes meminit etiam Euſtath. ad *Dionyſ.* v. 226 p. 34, ſed is nihil de daemone. Veteres variis de rebus loquuti ſunt, quibus canes obmuteſcere horumque impetus cohiberi credebant. Conf. Plin. 29 cap. 4 p. 509 et lib. 32, 3 p. 579. Plura collegerunt Conſtantinus Africanus lib. *de incantatione*, Porta *mag. nat.* XV, 11 p. 543. Wecker *de ſecretis* VI, 9 p. 297.

CAP. CLXXXI.

Εν δὲ τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ τῆς Ασίας λίθον φασὶν σώφρονα καλούμενον κατ' ἀντίφρασιν· ὃν ἐάν τις ἔις τινος ἐμβαλὴ κόλπον, ἐμμανὴς γίνεται, καὶ φονεύει τινὰ τῶν συγγενῶν.

In Maeandro Aſiae flumine lapidem reperiri aiunt, qui a contrario Sophron nuncupatur. Quem ſi quis in ſinum cuiusdam miſerit, furere incipit, et cognatorum quendam occidit.

σώφρονα] ita legendum eſſe pro vulgari ἄφρονα, tum ipſa narratio declarat, tum confirmat liber Plutarchi de fluv. SYLB. Videtur legendum eſſe ἔυφρονα. alioqui ubi erit ἀντίφρασις? STEPH. Σώφρονα iam reſtituerat Mauſſacus. Conf. Plutarchi liber *de fluviis*, editus a P. I. Mauſſaco. Toloſae 1618. 8 p. 259. NIC. Cod. Vind. ἄφρονα, ſed in margine a recentiore manu eſt ἔμφρονα.

Etiam haec Plutarchus *de fluviis* p. 1153, ſed hoc cum additamento: ἐξιλασάμενος δὲ τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἀπαλλάσσεται τοῦ πάθους· καθὼς ἱστορεῖ Δημάρατος ἐν γ περὶ ποταμῶν· μέμνηται δὲ τούτων καὶ Αρχέλαος ἐν α περὶ λίθων. *liberatur vero ab hac paſſione placata deorum matre, ut refert Demaratus* 3 *de fluminibus. De his etiam mentionem fecit Archelaus de lapidibus.* Ego vero adſcribo verba, quae quondam exclamavit comes Apuleii *met.* 1: *Nihil hac fabula fabuloſius, nihil iſto mendacio abſurdius.*

CAP.

CAP. CLXXXII.

Ῥῆνος καὶ Ἴστρος οἱ ποταμοὶ ὑπ' ἄρκτῳ ῥέουσιν, ὁ μὲν Γερμανοὺς, ὁ δὲ Παίονας παραμείβων· καὶ θέρους μὲν ναυσίπορον ἔχουσι τὸ ῥεῖθρον, τοῦ δὲ χειμῶνος, παγέντες ὑπὸ κρύους, ἐν πεδίου σχήματι καθιππεύονται.

Rhenus et Iſter fluvii ſub ſeptemtrionibus fluunt. Alter quidem Germanos, alter vero Pannonios tranſit. Aeſtate alvei illorum naves perferunt, hieme vero frigore concreti velut campi perequitantur.

Παίονας] Pannonii Graecis Παννόνιοι et Παίονες, quam formam contra Dionem Caſſium in *Notit. orb. ant.* lib. 2. cap. 8 p. 547 defendit Cellarius. Sed conferantur omnino quae Politus ad Euſtath. in *Il.* 1 p. 75 et p. 263 erudite de hoc nomine diſputat. NIC.

Deſumta haec ſunt e lib. 6 Herodiani p. 244. Lugduni 1624. 8. Μέγιστοι γὰρ δὴ οὗτοι ποταμῶν ὑπ' ἄρκτῳ ῥέουσι, Ῥῆνός τε καὶ Ἴστρος· ὁ μὲν Γερμανοὺς, ὁ δὲ Παίονας παραμείβων. οἱ θέρους μὲν ναυσίπορον ἔχουσι τὸ ῥεῖθρον, διὰ βάθος τε καὶ πλάτος· τοῦ δὲ χειμῶνος, παγέντες ὑπὸ τοῦ κρύους, ἐν πεδίου σχήματι καθιππεύονται· ἀντιτυπὲς δὲ οὕτω καὶ σερρὸν γίνεται τὸ ποτὲ ῥεῖθρον, ὡς μὴ μόνον ἵππων ὁπλαῖς καὶ ποσὶν ἀνθρώπων ἀντέχειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀρύσασθαι θέλοντας, μὴ κάλπεις ἐπ' αὐτῷ μηδὲ ποῖλα σκεύη φέρειν, πελέκεις δὲ καὶ δικέλλας· ἵν' ἐκκόψαντες, γυμνόν τε σκεύους ἀράμενοι τὸ ὕδωρ, φέρωσιν ὥσπερ λίθον. *Φύσις μὲν δὴ τῶν ποταμῶν αὕτη. Hi maximi amnium ſub ſeptemtrione feruntur, Rhenus ac Danubius; quorum alter Germanos, alter Pannonios praeterfluit; atque aeſtate quidem nevigabiles ſunt, altiſſimo latiſſimoque alveo; per hiemem concreti gelu, camporum in morem perequitantur. Eſt autem adeo alvei ſolida glacies, uti non equorum ungulis tantum, pedibusque virorum ſubſiſtat; ſed qui hauſturi inde ſunt, non tam urnas aut vaſa alia ſecum afferant, quam ſecures ac dolabras, ut caeſam inde aquam ſine vaſe ullo, veluti lapidem, aſportent. Atque haec quidem horum amnium eſt natura.* Neque Germanorum neque Rheni nomen Ariſtoteli caeterisque eius aevi Graecis cognitum fuiſſe, pervulgatum eſt, ſatisque comprobatum a Cluvero in *German. antiq.* Rheni quidem fluvii mentionem qui primus inter veteres fecit, eſt Iulius Caeſ. lib. 4 *de bello Gall.* Iſter idem qui Danubius. Conf. cap. 112. Quare dicitur et Silio et Statio *ſylv.* V, 1, 89 *binominis.* Quae Herodianus de congelatis Germaniae fluviis tradidit,

ea mutatam patriae noſtrae faciem declarant. Qua in re conſentiunt Plinius *panegyr.* cap. 12. Statius *ſylvar.* V, 1, 127 et reliqui auctores, quos laudavit Pelloutier *Hiſtoire des Celtes* I p. 120. Tot ſilvis exciſis, tot paludibus exſiccatis caeli qualitas, longo aevi ſitu, non potuit non mutari. Poſſumus vero mutatum caeli ſtatum vel ſic colligere, quod quae regiones olim propter hiemis aſſiduam violentiam, nullam ſtirpem vitis depoſitam cuſtodire potuerint, nunc mitigato iam et intepeſcente priſtino frigore, largiſſimis vindemiis exuberent. Haec non temere edocuit iam Saſerna, rei ruſticae auctor apud Columellam I cap. 1.

CAP. CLXXXIII.

Περὶ τὴν Θούριον πόλιν δύο ποταμοὺς φασὶν εἶναι, Σύβαριν καὶ Κρᾶθιν. ὁ μὲν οὖν Σύβαρις τοὺς πίνοντας ἀπ' αὐτοῦ, πτυρτικοὺς εἶναι ποιεῖ· ὁ δὲ Κρᾶθις, τοὺς ἀνθρώπους ξανθότριχας λουομένους.

Circa Thurium oppidum duo flumina eſſe ferunt, Sybarin et Crathin. Sybaris ex eo bibentes conſternatos reddit, Crathis vero hominum in eo lavantium capillos flavos efficit.

πτυρτικούς] Apud Strabonem lib. 6 legitur: ὁ μὲν οὖν Σύβαρις τοὺς πίνοντας ἵππους ἀπ' αὐτοῦ πταρτικοὺς ποιεῖ. Ubi quaedam vetera exemplaria habent πτυρτικούς. Euſtathius tamen legit πταρτικούς. STEPH. et SYLB. Omnino ex Strabone p. 404 ἵππους addendum videtur. Opponuntur ſibi ἵπποι et ἄνθρωποι. Caeterum πτυρτικοὺς ibi probat Caſaubonus, et ſic iam editum eſt. NIC.

Θούριον, Thurium, ſeu plurali numero Θούριοι, Thurii et Thuriae, Lucanorum urbs, olim etiam Sybaris dicta, de qua vid. Cluveri *Ital. ant.* p. 1263, qui p. 1265 etiam de Crathide et Sybari egit. Horum amnium vim capillos tingendi complures auctores commemorarunt, ſed qui valde inter ſe diſſentiunt. Nos adſcribamus ipſa eorum verba. Strabo lib. 6 p. 404: ὁ μὲν οὖν Σύβαρις τοὺς πίνοντας ἵππους ἀπ' αὐτοῦ πτυρτικοὺς ποιεῖ. διὸ καὶ τὰς ἀγέλας ἀπείργουσιν ἀπ' αὐτοῦ. ὁ δὲ Κρᾶθις τοὺς ἀνθρώπους ξανθοτριχεῖν καὶ λευκοτριχεῖν ποιεῖ λουομένους· καὶ ἄλλα

ἄλλα πολλὰ πάθη ἰᾶται. *Sybaris equos, qui ex eo bibunt, consternatos reddit; eoque armenta ab eo arcent. Crathis hominum, qui in eo perluuntur, capillos flavos candidosque efficit. praetereaque multis morbis medelam adfert.* Aelianus hist. an. lib. 12 cap. 36: *Confluentem candidi coloris efficientem Crathis fluvius emittit. Nam ovillum et bubulum pecus et omnis grex quadrupes, sicut Theophrastus ait, ex eo bibens de nigro rufoque albus fit.* Antigonus Car. cap. 149: *Timaeum narrare, Crathin, unum de amnibus Italiae, crines flavos facere.* Scholiastes ad Theocriti idyl. 5, 15: Νυμφόδωρος δὲ καὶ Θεόφρασος φασὶ, τοῦ Κράθιδος τὸ ὕδωρ ξανθίζειν. Eustathius ad Dionys. v. 373 p. 52: ἱστορεῖται δὲ καὶ ὅτι τῶν μνημονευθέντων ποταμῶν ὁ Σύβαρις μὲν τῶν ἵππων τοὺς πίνοντας ἀπ' αὐτοῦ πταρτικοὺς ποιεῖ. ὁ Κράθις δὲ τοὺς ἐν αὐτῷ λουομένους ξανθοτριχεῖν ποιεῖ καὶ λευκοτριχεῖν. Idem v. 416 p. 59: ἔστι δὲ καὶ Σικελικὸς ποταμὸς Κρᾶθις· καὶ περὶ Σύβαριν δὲ, ὡς προγέγραπται, ἤτοι περὶ τὸ Θούριον, ὃς ξανθίζει τοὺς λουομένους. Plinius lib. 31 cap. 2 p. 548: *Theophrastus in Thuriis Crathim candorem facere, Sybarim nigritiam bobus ac pecori.* Vibius Sequester: *Confinis Sybari, capillos facit auri coloris.* Ovidius *metam.* XV, 315:

Crathis, et huic Sybaris nostris conterminus arvis,
Electro similes faciunt auroque capillos.

Conf. Euripides in *Troadibus* et Vitruvius lib. 8 cap. 3 p. 257.

CAP. CLXXXIV.

Ἐν δὲ Εὐβοίᾳ δύο ποταμοὺς εἶναι· ὧν ἀφ' οὗ μὲν, τὰ πίνοντα πρόβατα, λευκὰ γίνονται· ὃς ὀνομάζεται Κέρβης· ὁ δὲ, Νηλεύς, ὃς μέλανα ποιεῖ.

In Euboea duo esse flumina, ex quorum altero bibentes oves albae fiunt, huic nomen est Cerbes; alteri vero, quod easdem denigrat, Neleus.

Κέρβης] Pro Κέρβης apud Antigonum *mirabiliam hist.* 84 est Κέρων; itidemque apud Plinium: *Eudicus* (forsan rectius *Eudoxus*) *in Hestiaeotide fontes duos tradit esse: Ceronem, ex quo bibentes oves nigras fieri; Nelea, ex quo albas; ex utroque autem varias.* SYLB.

In fluviorum nominibus non consentiunt auctores. Qui noſtro *Cerbes* dicitur, is Antigono cap. 84 et Plinio 31 cap. 2 dicitur *Ceron*. Neque in colore, quem aqua pota efficere dicitur, conſentiunt iſti. Neleum colorem reddere nigrum volunt Antigonus et Plinius, Ceronem vero album. Ita etiam Seneca *quaeſt. natur.* lib. 3 cap. 25: *In Macedonia eſt flumen, ad quod qui facere albas oves volunt, adducunt, — — at ſi illis lana opus fuerit pulla, paratus gratuitus infector eſt; ad Ceronem eundem gregem appellunt.* Conf. Harduini not. et emendat. p. 569; et Politi annotat. ad Euſtath. in *Iliad.* vol. 2 pag. 579. Antigonus quidem memoriae lapſu de mulieribus refert, quae reliqui de ovibus. Sed pluribus fluminibus vim ineſſe referunt veteres, inficiendi potu ovium greges, ita ut intra breve tempus, oves quae fuere nigrae, albam, quae vero albae nigram ferant lanam. Conf. Plin. 2 cap. 103. Ariſt. *hiſt. an.* 12 cap. 3 et lib. 3 cap. 10. Ael. *hiſt. an.* 8 cap. 21 et Conr. Geſneri *hiſt. anim.* p. 879. Quam aquarum vim etſi nullis recentiorum experimentis comprobatam, tamen non dubitavit referre, tanquam rem veram vel ſaltem non improbabilem, Muſſchenbroekius in *Introduct. in philoſoph. natur.* p. 568. Veteres paſtores in potu in primis hoc obſervabant, ne, quando admiſſura fiebat, aqua commutaretur, quoniam aquae mutationem lanam credebant facere variam. Plin. 8 cap. 47. Varro *de re ruſt.* lib. 2 cap. 3. Eodem conſilio in Hiſpania paſtores non tam potum, quam paſtum eundem quotannis obſervant. Hoc confirmat auctor epiſtolae de re pecuaria Hiſpanorum in *Gentleman's Magaz.* 1764 menſ. Maio: *The chief ſhepherd's firſt care is to ſee that each tribe is conducted to the ſame diſtrict it fed in the year before, and where the ſheep were yeaned.* Huius epiſtolae interpretatio germanica reperitur in Clarks Briefen von Spanien. Lemgo 1765. 8. et in Geutebrück von Schafen und Schäfereyen, itemque in Hannöver. Magazin 1765. St. 16.

CAP. CLXXXV.

Παρὰ Λυκόρμᾳ ποταμῷ γενᾶσθαι βοτάνην λόγχῃ παρόμοιον, συντελοῦσαν πρὸς ἀμβλυωπίας ἄρισα.

Circa Lycormam fluvium herbam naſci lanceae ſimilem, ad hebetes oculos praeſens remedium.

ἀμβλυάρισα] Sic vulgo. Forſitan ita legendum fuerit: συντελοῦσαν πρὸς ἀμβλυωπίαν ἄρισα. STEPH.

Λυκόρ-

Λυκόρμᾳ] Vulg. libri habent Λυκάρμῳ, et ſequenti verſu πρὸς ἀμβλυάρισα. Noſtra lectio deſumpta eſt e libro Plutarchi *de fluviis*. SYLB. Sic emendaverat iam Mauſſacus. Eodem modo Plutarchus in *Euphrate* p. 1161 de lapide loquitur: ποιεῖ δὲ ἄρισα πρὸς ἀμβλυωπίαν. NIC. Cod. Vind. Λυκάρμῳ et paulo poſt: πρὸς ἀμπι---βλυπονναῖσθαι, deinde ἄρισα.

Plutarchus *de fluviis* p. 1153: Λυκόρμας ποταμός ἐσι τῆς Αιτωλίας. — γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη Σάρισσα λόγχῃ παρόμοιος, ποιοῦσα πρὸς ἀμβλυωπίας ἄρισα. Ergo planta, de qua noſtro ſermo eſt, vocabatur Sariſſa. Erat vero ſariſſa lancea militaris Macedonica, quae Livio 37 cap. 42 *haſta praelonga*, Curtio lib. 9 *haſta Macedonica*, Polluci I cap. 10 p. 94 τὸ δόρυ et Suidae τὸ δόρυ μακρὸν dicitur. Deſcripſerunt eam Aelianus *tacticis* lib. 2, Polybius lib. 17 cap. 25 et Nic. Rigaltius in *Lexico graeco-barbaro*. Sed haec veluti in tranſcurſu attigimus, ſiquidem nihil ad plantam declarandam conferunt, niſi quis inde coniicere velit, habere eam folia vel haſtata vel ſagittata.

CAP. CLXXXVI.

Τὴν ἐν Συρακούσαις τῆς Σικελίας πηγὴν Ἀρέθουσαν, διὰ πενταετηρίδος κινεῖσθαι λέγουσιν.

Arethuſam Siciliae fontem prope Syracuſas quinto quoquo anno moveri affirmant.

διὰ πενταετηρίδος κινεῖσθαι] Seneca *nat. quaeſt.* 3, 26: *Quidam fontes certo tempore purgamenta eiectant; ut Arethuſa in Sicilia, quinta quaque aeſtate per Olympia. — — Idcoque iis diebus, quibus Olympia ſunt, victimarum ſtercus ſecundo traditum flumini illic redundare.* Strabo lib. 7 p. 415 ex aliorum fide refert, θολοῦσθαι ἀπὸ τῶν ἐν Ολυμπίᾳ βουθυσιῶν. Igitur τὸ κινεῖσθαι ſignatum verbum eſt, et eo ſenſu accipiendum, quo Graeci medici κινεῖν τὴν κοιλίαν et Latini *movere alvum* vel *ventrem* dicunt, h. e. *purgare*. NIC. Cod. Vind. πεντατηρίδος.

De fonte Syracuſano omnia dedit Cluverus *Sic. ant.* p. 156. Quam explicationem verbi κινεῖσθαι obtulit cel. Niclas, ea comprobatur a Seneca

ca l. d. qui plura exempla eiusmodi purgationis recenſuit. Noſtrates dicunt: die See blühet. Nimirum naſcuntur in fontibus lacubusque, et iis praeſertim, quibus curſus non eſt, multae plantae, uti Confervae, Fontinalis, Lemna aliaeque, quae ſuo tempore moriuntur et putreſcunt, quo facto aqua turbida fit, non ſine odore foedo, ſicut recte ſcripſit Seneca. Sed poſt aliquod tempus plantae emortuae et avulſae vel exſpuuntur in littus, vel in fundo ſubſidunt, unde ſubinde, poſtquam putredine intumuerunt levioresque factae ſunt, emergunt, atque innatantes huc illuc agitantur, usque dum in littus eiiciantur. Sic ejectis hiſce purgamentis aqua limpida fit. Conf. Wallerii *hydrologia* §. 15 p. 49.

CAP. CLXXXVII.

Ἐν ὄρει Βερεκυνθίῳ γεννᾶσθαι λίθον καλούμενον μάχαιραν, ὃν ἐὰν εὕρῃ τις, τῶν μυστηρίων τῆς Ἑκάτης ἐπιτελουμένων, ἐμμανὴς γίνεται, ὡς Εὔδοξός φησιν.

In monte Berecynthio lapidem innaſci Machaeram nomine, quem ſi quis invenerit, is, ut Eudoxus ſcribit, cum Hecates myſteria celebrantur, in furorem vertitur.

Βερεκυνθίῳ] Βερέκυντος, Βερεκύντιος et ſimilia per τ ſcribuntur apud Stephanum Byzantium, Heſychium, Suidam. SYLB.

Plutarchus *de fluviis* p. 1154: γενναῖται ἐν αὐτῷ (ὄρει Βερεκυνθίῳ) λίθος, καλούμενος Μάχαιρα. ἔστι γὰρ σιδήρου παραπλήσιος, ὃν, ἐὰν εὕρῃ τίς, τῶν μυστηρίων ἐπιτελουμένων τῆς θεᾶς, ἐμμανὴς γίνεται, καθὼς ἱστορεῖ Ἀγαθαρχίδης ἐν τοῖς Φρυγιακοῖς. Berecyntus (ſic enim ſcribunt Latini, teſte Servio ad 9 *Aeneid.* 82) mons Phrygiae dictus a Berecyntho primo Cybeles ſacerdote, et a Berecyntho monte dicta eſt mater Deum Berecynthia. Conf. Vib. Sequeſter *de montibus.* Plutarchus, qui Agatharchide Samio auctore uſus eſt, loquitur de myſteriis Cybeles aut matris Deum; noſter autem, qui ſua ab Eudoxo accepit, de myſteriis Hecates loquitur. De ſacris Hecateiis vid. Barth. ad Stat. *Thebaid.* 4, 414 p. 1070.

CAP.

CAP. CLXXXVIII.

Εν ὄρει δὲ Τμώλῳ γεννᾶσθαι λίθον παρόμοιον κισσήρει, ὃς τετράκις τῆς ἡμέρας ἀλλάσσει τὴν χρόαν· βλέπεσθαι δὲ ὑπὸ παρθένων τῶν μὴ τῷ χρόνῳ φρονήσεως μετεχουσῶν.

In Tmolo monte lapidem reperiri pumici similem, qui colorem quater mutat quotidie; cerni vero a puellis impuberibus.

κισσήρει] Recte cum duplici σσ, licet vulgo afferant duo exempla, ut probent posse per simplex σ scribi, ex Epigram. nimirum et Theophr. cum quibus coniungenda esset Plutarchi auctoritas, nisi probabilius videretur omnibus illis in locis forte rescribendum esse per duplex σσ, uti hoc loco apud Aristotelem. Recte etiam h. l. μετεχουσῶν; Plutarchus non bene habet simpliciter ἐχουσῶν, nam Φρόνησιν, non Φρονήσεως esset dicendum. (MAVSSACVS ad Plut. *de fluv.* p. 255). Cod. Vind. κισσήρι.

μετεχουσῶν] Vulgo dicunt hodie, *quae nondum ad annos discretionis venerunt*, verbo *impuberes*. Nam apud Plutarch. his opponuntur αἱ ὥραν ἔχουσαι γάμων. Apud eundem pro μετεχουσῶν simplex est ἐχουσῶν. Sed male propter Φρονήσεως. In caeteris parum aut nihil omnino variatur. NIC.

Plutarchus *de fluviis* p. 1152: γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος κισήρει παρόμοιος, καὶ σπανίως εὑρίσκεται· τετράκις γὰρ τῆς ἡμέρας ἀλλάσσει τὴν χρόαν· βλέπεται δὲ ὑπὸ παρθένων τῶν μὴ τῷ χρόνῳ φρονήσεως ἐχουσῶν· αἱ δὲ ὥραν ἔχουσαι γάμων, ἐὰν ὁρῶσιν αὐτὸν, οὐδὲν ἀδικοῦνται παρὰ τῶν ὑβρίζειν θελόντων, παθὼς ἱσορεῖ Κλειτοφῶν. *Nascitur illic lapis pumici similis, qui infrequentius invenitur, quater enim in die mutat colorem, conspiciturque solum a virginibus, quae propter aetatis imbecillitatem sapientia praeditae non sunt. Quodsi quae plenis sunt nubiles annis, eum conspexerint, nequicquam laeduntur ab eis a quibus earum pudicitia attenden-*

tentatur, ut auctor est Clitophon. Κίσσηρις in casu genitivo κισσήρεως et Theophrasto etiam κισσήριδος, est pumex, quod facile probabitur relegenti ea, quae Theophr. *de lapid.* §. 35 seq. tradidit. Neque veteres ignorarunt, esse hunc lapidem eorum in numero, qui a montibus ignivomis, ignis vi transformati, eructantur. Tmolus est mons Lydiae, e quo Pactolus aurifer oritur. Montes Lydiae flagrantes commemoravit noiter c. 39.

CAP. CLXXXIX.

Εν Αρτέμιδος Ορθωσίας βωμῷ ταῦρον ἵστασθαι χρύσειον, ὃς κυνηγῶν εἰσελθόντων φωνὴν ἐπαφήσιν.

In Orthosiae Dianae ara taurum stare aureum, qui venatoribus ingressis vocem emittat.

Ορθωσίας] De hac Meurs. *Gr. fer.* p. 87. Apud Plutarchum non est ταῦρος, sed κάπρος, quod verum puto. NIC.

Rem, quae hic modo tangitur, ordine enarravit Plutarch. *de fluv.* p. 1161: *Mons Teuthras dictus a Teuthrante Mysorum rege, qui cum venationis gratia in montem Thrasyllum ascendisset, et immanem aprum percepisset, cum stipatoribus eum insecutus est; sed venatores praeveniens aper supplex confugit in Dianae Orthosiae templum, quo cum omnes vi conarentur ingredi, usus est ille humana voce et alte exclamavit: parce, o rex, alumno Deae. Teuthras vero sublimi vultu suspensoque corpore animal interfecit. Verum Diana, cum quae gesta erant moleste ferret, aprum suscitavit, et casus auctori impetiginem cum furore immisit, quos morbos cum ille abhorreret, in cacuminibus montium commorabatur prae pudore. Lysippe autem eius mater, cum ea quae contigerant didicisset, silvam celeriter petiit, vatem Polyidum id est multiscium Cyrani filium secum ducens, a quo curiose veritatem omnem edocta, sacrificiis Deae iram placavit et recuperato filio sana ut erat ante mente praedito, Dianae Orthosiae altare consecravit, et aureum aprum curavit faciendum humanam faciem referentem, qui ad hoc aevi a venatoribus abactus, et templum ingredi et vocem emittere videtur.*

tur. Κατεσκεύασεν δὲ καὶ κάπρον χρύσεον, προτομὴν ἀνθρώπου ἠσκημένον· οὗτος μέχρι νῦν διωκόμενος ὑπὸ κυνηγῶν εἰσελθὼν εἰς τὸν ναὸν, φωνὴν ἀναδίδωσιν ἰδέσθαι. *Orthosia* dicta est Diana vel ab Orthosio Arcadiae monte teste Hesychio, vel παρὰ τὸ ὀρθοῦν, id est ab erigendo et sublevando, quod parturientibus ferat auxilium. Confer. Gyraldi *syntag.* 12 *histor. Deorum.*

CAP. CXC.

Εν Αιτωλοῖς φασὶν ὁρᾶν τοὺς ἀσπάλακας ἀμυδρῶς, καὶ οὐδὲ σιτεῖσθαι γῆν, ἀλλ' ἀκρίδας.

In Aetolia talpas tradunt visu gaudere, sed hebeti; neque terra vesci, sed locustis.

Aetolia, pars Graeciae inter Acarnanes et Locros, auctore Scylace in Aetolia. Talpas oculos habere nullos, plurimi veteres persuasum habuerunt. Conf. Suidas, Hesychius, Oppian. *cyneg.* 2, 613, Cic. *acad.* 4, 25. Seneca *quaest. nat.* 3, 16. Isidorus 12, 3. Virg. 1 *georg.* 183. Quintil. 9, 3. Horapollo lib. 2. n. 63 ed. Hoesch. Inde tritum sermone proverbium: τυφλότερος ἀσπάλακος. Aristoteles autem et qui illo auctore usi sunt, talpae etsi non visum, tamen oculorum effigiem inesse volunt, si quis praetentam detrahat membranam. Arist. *hist. an.* lib. 1 cap. 9 p. 69: Τὰ μὲν οὖν ἄλλα γένη πάντων τῶν ζώων, πλὴν τῶν ὀστρακοδέρμων, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀτελὲς, ἔχει ὀφθαλμούς· τὰ δὲ ζωοτόκα πάντα, πλὴν ἀσπάλακος. τοῦτον δὲ, τρόπον μέν τινα ἔχειν ἂν θείη τις, ὅλως δ' οὐκ ἔχει· ὅλως μὲν γὰρ οὐδ' ὁρᾶ, οὐτ' ἔχει εἰς τὸ φανερὸν δήλους ὀφθαλμούς· ἀφαιρεθέντος δὲ τοῦ δέρματος, ἔχει τήν τε χώραν τῶν ὀμμάτων, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ μέλανα κατὰ τὸν τόπον καὶ τὴν χώραν τὴν φύσει τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπάρχουσαν ἐν τῷ ἐκτὸς, ὡς ἐν τῇ γενέσει πηρουμένων, καὶ ἐπιφερομένου τοῦ δέρματος. *Omnes igitur animantes oculis praeditae fuere, praeter eas, quae testa opertae sunt; et si quae aliae imperfectae. Quae vero animal pariunt, eae omnes quoque, nisi talpa. Verum hanc quoque aliquo modo habere quis censere possit; at omnino neutiquam habet. Omnino enim nihil videt. Neque manifesto apparentes oculi sunt. Detracta vero pellicula, et oculorum spatium invenies, et humorem nigrum, qui secundum et locum, et spatium est a natura ipsis oculis attributus; perinde quasi inchoatos pellicula extrinsecus occuparit.* Idem lib. 4 cap. 8 p. 474

et lib. 2 *de anima.* Plin. XI cap. 37 p. 617. Galenus *de uſu part.* 14, 6, qui et lentem cryſtallinam et corpus vitreum deſcripſit. Viſum etiam animalculo vindicat Simplicius *ὑπομν. εἰς τὸ γ περὶ ψυχ.* f. 50 ed. Venet. 1537. Recentiores quidem phyſici talparum oculorum rationem prorſus expoſuerunt, e. gr. Zinn in *Comment. ſocietat. ſcient. Gottingenſis* vol. 4 an. 1754 pag. 247. Severinus, Segerus et Borrichius in Blaſii *anatom. animal.* p. 116. Buffon *hiſt. quadrup.* edit. Berolin. V p. 45. *Erreurs populaires* par Brown. I p. 343. Rai *wisdom of God* p. 141. Derham *phyſico-theol.* p. 94. Iac. Thomaſii diſſert. *de viſu talparum.* 1659 (Altenburgi 1671). Atque iam Conr. Geſnerus *hiſt. an.* p. 1056: "Mihi „quidem aliquoties inſpicienti talpa„rum ocelli liquido apparuerunt; „prominent enim extra cutim veluti „puncta nigra, magnitudine ſeminis „milii vel papaveris, nervo affixa. „Haec cum digito chartae apprime„rem, nigro humore eam infecerunt. „Quin et eruditus quidam amicus, „in talpa gravida diſſecta foetus ali„quot ſe reperiſſe mihi narravit, „maiusculis capitibus, in quibus iam „etiam oculi apparerent." Haec Geſnerus. Quod vero Ariſtoteles de membrana, qua oculos obtectos eſſe vult, diſſerit, illud inde, credo, philoſopho viſum eſt, quoniam oculi talparum, niſi maxime attentus ſis, non in conſpectum ſatis veniunt, priusquam tota pellis detracta eſt. Ita *Spalax microphthalmus* oculos tam minutos habet, ut Güldenſtedt eos nullo modo animadvertere potuerit, quos tamen Lepechin invenit, poſtquam pellem detraxerat; tunc enim ocelli apparuerunt magnitudine ſeminum papaveris. Conf. *Novi commentarii academ. Petropolitanae.* 1769. vol. 14 p. 409 et pag. 498.

Talpas non terra, ſed radicibus fructibusque plantarum veſci veteres plerique opinati ſunt. Oppianus *cyneget.* lib. 2, 613 talpam *ποιοφάγον*, herbivorum (quod vocabulum in lexicis deſideratur) vocat, et Iſidorus *orig.* 12 cap. 3: *talpa*, inquit, *radices ſubter frugibus comedit.* At falſo. Namque vermibus, lumbricis praeſertim atque ranis vivunt haec animalia ſubterranea. Quam ob cauſſam operam et impenſam perdunt, qui ea radicibus venenatis vel nucibus aliisque plantarum partibus, quibus venena immiſcuerunt, necare conantur.

CAP.

CAP. CXCI.

Τοὺς ἐλέφαντάς φασι κύειν ἔτη δύο· οἱ δὲ, μῆνας ὀκτωκαίδεκα· ἐν δὲ τῇ ἐκτέξει δυστοκεῖν.

Elephantos dicunt ventrem biennio perferre, ſecundum alios menſibus duodeviginti; partum vero eſſe difficillimum.

Ariſtot. *hiſt. an.* 6 cap. 27 p. 765: ὅταν δὲ ὀχευθῇ ἡ θήλεια, φέρει ἐν γαστρὶ, ὡς μὲν τινές φασιν, ἐνιαυτὸν καὶ ἓξ μῆνας· ὡς δ' ἕτεροι, τρία ἔτη. τοῦ δὲ μὴ ὁμολογεῖσθαι τὸν χρόνον, αἴτιον τὸ μὴ θεωρεῖσθαι τὴν ὀχείαν. *A coitu femina gerit uterum, ut aiunt quidam, ſeſquiannum; ut alii, annos tres. Cauſſa quam ob rem incertum hoc ſit, quod non pateat coitus.* Idem lib. 5 cap. 13 p. 566: κύει δὲ ἔτη δύο. Et lib. 4 de generatione cap. 10: διετὴς γὰρ ἔστιν ἡ κύησις διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους. *Biennio geſtatur uterus propter exuperantiam magnitudinis.* Aelianus *hiſt. an.* 4 cap. 31: κύειν δὲ πυνθάνομαι δύο ἐτῶν τὸν ἐλέφαντα. οἱ δὲ, οὐ τοσοῦτον χρόνον, ἀλλὰ ὀκτωκαίδεκα μηνῶν ὁμολογοῦσιν. *Biennium gerere uterum audio; ſed alii non tam diu, ſed ſeſquiannum tantum ventrem ferre aiunt.* Strabo lib. 15 p. 1031: κύουσι δὲ τοὺς μὲν πλείους ὀκτωκαίδεκα μῆνας, ἐλαχίστους δ' ἑκκαίδεκα. *Edunt partum cum tardiſſime, menſe a conceptu decimo octavo, cum celerrime, ſub ſextum ac decimum.* Ita et Diodorus Sic. et Arrianus in *Indicis.* Plin. 8, 10 p. 440: *Decem annis geſtare in utero vulgus exiſtimat; Ariſtoteles biennio.* Haec quoque Solinus, Iſidorus et alii. Neque noſtro tempore quidquam certi hac de re innotuit, etſi plurimi etiam nunc ferendi uteri tempus biennium putent. Recte Ariſtoteles loco, quem primum laudavimus, cauſſam cur tempus ignoretur, edocuit; coeunt enim haec animalia nunquam niſi in abdito. Conf. Buffon *hiſt. quadr.* vol. 8 p. 135 et 235 edit. Berolin. et Schrebers Säugthiere 2 p. 247. Sed nuperrime certiora de elephantorum coitu dedit ill. Michaelis *Biblioth. orient.* tom. XX p. 145 et tom. XXI n. 317.

CAP. CXCII.

Τημάρατον Τιμαίου τοῦ Λοκροῦ ἀκουσὴν νοσήσαντα, ἄφωνόν φασιν ἐπὶ δέκα γενέσθαι ἡμέρας· ἐν δὲ τῇ ἑνδεκάτῃ ἀνανήψας βραδέως ἐκ τῆς παρακοπῆς, ἔφησεν ἐκεῖνον αὐτῷ ἥδιστα τὸν χρόνον βεβιῶσθαι.

Temaratus Timaei Locrenſis auditor aegrotans, decem dies mutus fuiſſe dicitur; undecimo vero, cum ſenſim ex delirio ſe recollegiſſet, illo ſe tempore longe ſuaviſſime vixiſſe affirmavit.

Τημάρατον] Rectius fortaſſe Δημάρατον. Non multum abſimilis hiſtoria eſt in Problematis de Maraco Syracuſano (Ariſtot. *problem.* edit. L. Septalii p. 346.); item ſupra cap. 30. de Abydeno quodam. SYLB. In Cod. Vind. Δημάρατον, ſed prima littera atramento adſcripta eſt a recentiore manu; nam initiales quae minio pingi debebant, fere per totum codicem initio capitulorum deſunt. I. B.

Conf. quae iam allata ſunt ad cap. 30. De Timaeo Locrenſi vid. Fabricii *bibl. graeca* 2 p. 21 et Bruckeri *hiſtor. philoſ.* I p. 1127. Demarati nomen fuit compluribus, quos recenſet Fabricius in indice *bibl. graecae.* De Demarato, Ariſtotelis nepote et auditore Theophraſti, conf. Bruckeri *hiſt. phil.* I p. 793.

CAP. CXCIII.

Ἐν Τήνῳ τῇ νήσῳ φασὶν εἶναι φιάλιον σύγκραμα ἔχον, ἐξ οὗ πῦρ ἀνάπτουσι [πάνυ] ῥᾳδίως.

In Teno inſula parvam eſſe phialam tradunt cum mixtione, ex qua ignis facile accendatur.

Ἐν

Ἐν Τήνῳ] Τήνῳ et σύγκραμα pro vulg. Τήλῳ et σύγκριμα, repoſita ſunt e Stephano Byzantio; e quo etiam inſertum eſt ſequens incluſum πάνυ. Citat idem ibidem aliud eiusdem inſulae miraculum ex Athenaei lib. 2. SYLB. πάνυ etiam a cod. Vind. deeſt.

ῥᾳδίως] Cod. Vindob. poſt hoc verbum habet eodem verſu: πὲρ τῶν ἐκ γῆς ἀναφυομένων πυρῶν. Deinde continuatur: Καὶ ἐν Βιθυνίᾳ —

Haec e noſtro libro repetiit Stephanus Byzant. p. 653. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων φησὶν, ὅτι ἐν τῇ νήσῳ φασὶ Φιάλων σύγκραμα εἶναι, ἐξ οὗ πῦρ ἀνάπτουσι πάνυ ῥᾳδίως. Hic pro Φιάλων legendum eſſe Φιάλιον ſatis apparet, quae lectio quoque confirmatur ab Euſtathio ad Dionyſ. 529 pag. 76, ubi haec: καὶ Φιάλιον δὲ λέγεται ποτὲ ἐν αὐτῇ ἀνακεῖσθαι, σύγκραμα ἔχον, ἐξ οὗ πάνυ ῥᾳδίως πῦρ ἀνήπτετο. Ioh. Hartungus, Nicolaus Lloydius atque etiam Bochartus *Chanaan* lib. 1 cap. 14 p. 444 exiſtimarunt, verba a Stephano allata non inveniri apud Ariſtotelem noſtrum. Sed reperit ea Henr. Stephanus in libris manuſcriptis, quibus uſus eſt. Quam ob rem Holſtenius ad Stephan. Byz. p. 322, *patet*, inquit, *ex hoc Stephani Byz. loco, fragmentum hoc revera Ariſtotelis eſſe, nec errare libros ſcriptos, in quibus illud philoſopho tribuitur.* Qua de viri eruditiſſ. ſententia iudicent critici. Tenus inſula, quam Stephanus inter Cyclades, alii inter Sporades numerant, iacebat in Aegaeo pelago. Quodnam vero fuerit illud σύγκραμα, unde ignis facile accendebatur, coniectura non aſſequor, etſi non valde abeſſe videatur a natura pyrophori, vel ſaltem earum rerum, quae longo ſitu, nec motae diu loco, corrumpuntur, tandemque flammam concipiunt. De quibus experimenta nuper fecerunt viri docti Petropoli, quae leguntur in *Commentariis acad. Petropolit.* et in Pallaſii Nordiſchen Beyträgen.

CAP. CXCIV.

Καὶ ἐν Βιθυνίᾳ δὲ τῆς Θρᾴκης ἐν τοῖς μετάλλοις γίνεται ὁ κα-

Et in Bithynia Thraciae in metallis lapis invenitur, qui ſpi-

nus

λούμενος σπῖνος, ἐξ οὗ φασι πῦρ ἀνάπτεσθαι.

nus dicitur, quo ignem excitari perhibent.

Βιθυνίᾳ] Verius fortasse Σιθωνίᾳ, ex Stephano Byz. SYLB.

Videsis quae disputavimus ad cap. 41 et 125. Σιθωνία, quod nomen substituere vult Sylburgius, fuit pars Thraciae, cuius mentionem fecit Stephanus Byz. Bithynia vero fuit regio ad Pontum, Thracum sua terra egressorum quondam sedes.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

PRAE-

PRAEFATIO
NATALIS DE COMITIBVS.

CLARISSIMO ET AMPLISSIMO PATRICIO VENETO

HIERONYMO FERRO,

ORATORI DIGNISSIMO APVD TVRCHARVM IMPERATOREM

PRO

SENATV VENETO PHILOSOPHOQVE GRAVISSIMO.

NATALIS DE COMITIBVS S.

Cum multa admirabilia ſint ab optimo rerum omnium opifice Deo Naturaque conſtituta doctiſſ. et ſumme naturae inveſtigator Hieronyme; tum nihil homine divinius aut praeclarius factum eſſe cenſeo, cui ratiocinandi et intelligendi Dei et naturae opificium conceſſum eſt. Admirabilis quidam eſt ordo, qui in caeleſtibus corporibus, et in motibus planetarum, conſpicitur; quippe cum alia ſidera caelo infixa ſint, et ſuapte natura immobilia; alia differenti quadam ratione a caeteris moveantur, et nunc ſublimiora ſint, nunc terris viciniora. Sed hanc tamen ita admirabilem ſtellarum diſtinctionem inanem fere eſſe contenderim, cum et alia ratione illae agere poſſent, niſi praeter ornatum tantae varietatis cognitioni inſpectantium aliquid afferrent etiam voluptatis, et niſi inordinatus ille ordo intelligeretur. hinc quidem intelligens quis et illam naturam divinam, et ingenium ſuum divinum quiddam habere non ſentiat. Multa ſunt in terris hominibus ad conſiderandum tradita (ut caelum et ea quae fiunt in ſublimi praetermittam), quae prorſus a divina natura minime ſeiuncta eſſe putanda ſunt, quae ſi diligentius inſpiciamus, admirabilem Dei, et eius voluntati obtemperantis naturae potentiam cognoſcemus. Nam quod pulegium per ſolſtitium hibernum floreſcat a radicibus convulſum, et trabibus iam diu ſuſpenſum; quod lapi-

des quidam aqua irrigati ardeant, quod magnes attrahat ferrum, et idem allii ſucco perunctus vim illam amittat attrahendi, quis ut rem parvi ponderis neglexerit? Sunt iſta quidem admirabilia, quorum ignorantur cauſſae, at res tamen ita fieri conſtat. Haec res efficit ut Plinii aliorumque, qui res naturae admirabiles ſcripſerunt, autoritas mihi non videatur reiicienda, quod faciunt nonnulli, pro ſuis facultatibus ingenii caeterorum intelligentiam metientes. Huiusce meae ſententiae aſſenſorem habeo et aſtipulatorem omnium philoſophorum principem Ariſt. qui, cum rerum naturalium cauſſas multis libris explicaverit, haec poſtea, quae fieri conſtaret, quorum nullae invenirentur cauſſae, breviter complexus eſt. Deſcribit enim illa in hoc libro, quae humani ingenii facultates et intelligentiam ſuperant, quorum cauſſas cum invenire non poſſimus, illud tantum ſupereſt, ut miremur: unde et libri deprompta eſt inſcriptio. Exiſtimo ſane res huiusmodi ab optimo Deo idcirco fuiſſe factas, ut cum defeſſi fuerimus diuturna rerum naturalium inveſtigatione, atque in haec inciderimus, quaſi quodam naturae ludicro recreemur; ſiquidem repente incidens aliqua admiratio omnem animarum laborem ex diuturna contemplatione contractum ſublevat et diſſolvit. Illud praeterea commodum ex his rebus percipimus, quod cum fieri aliqua videmus, quorum cauſſas ignoramus, noſtri cognoſcimus ingenii imbecillitatem, et immenſam ſummi opificis Dei potentiam. His ergo rationibus commotus ſum, ut Ariſt. libellum de rebus auditu admirabilibus in Latinum, apertius quam caeteri antea fecerint arbitror, verterem; quo nonnullorum animos eius lectio recrearet, et aliorum contra audacia reprimeretur. Cum vero cuius nomini dicaretur rectius, conſiderarem, nemo mihi te uno dignior, vel rerum naturalium peritior occurrebat, vel cuius cauſſa omnia potius deberem, quam tua. Nam cum beneficiorum tuorum in me magnitudinem conſidero Sapientiſſ. Hieronyme, me tibi tantum debere ſentio, quantum perſolvere poſſe nunquam certo ſcio. Cum vero liberalitatem erga me tuam animadverto, et eam hactenus a me fuiſſe ſilentio praetermiſſam, mihi in mentem venit, vereor ne omnium hominum iudicio qui illa accepe-rim beneficia, indignus fuiſſe videar. Quid enim dici poteſt indignius, quam neque gratiarum quidem actionem ab eo te reportaſſe, in quem ſingulare beneficium contuleris? verum id certa quadam ratione factitatum a me fuiſſe gaudeo, quia per aptiorem hanc opportunitatem ſummam meam in te obſervantiam, amplit. tuae primum, deinde caeteris omnibus apertius demonſtrarem. Mitto igitur ad te ſapientiſſ. Hieronyme de rebus auditu admirabilibus libellum, quem tibi pro admirabili ingenii tui praeſtantia iam diu deberi ſentio, quem tanquam pignus quoddam et inditium ſingularis mei in te amoris, donec aliquid maius ſeſe offerat, perbenigne complectere. Vale.

INTER-

INTERPRETATIO
DOMINICI MONTESAVRI.

MAGNIFICO ET GENEROSO EQVITI
DOMINICO MAVROCENO
DOMINICVS MONTESAVRVS
BENE AGERE.

Cum superioribus annis, magnifice ac excellentissime Dominice, Aristotelis commentariolus de Mirandis auditionibus ad nostras manus perveniſſet, eum ego ipsum, ne quod tempus dabatur propter desidiam in otio viverem, interpretari conatus sum. Librum quidem credimus Aristotelis esse, ut quidam Nicandri expositor in Theriaca asserere videtur, nec non et Stephanus libro de Urbibus: quod etiam ex Galeni sexto de Locis affectis facillime colligitur. Itaque cum Veronae optimus Praetor ageres, inque ea Republica gubernanda dies et noctes excubares, et vigilares: ego qui tamen scirem magnificentiam tuam inter tot, tantaque negotia, Philosophorum volumina quam libentissime lectitare, commentariolum hunc in lucem sub tuo lumine exire volui: non enim solum in utraque lingua, sed in omni Philosophorum secta versatus es. Hunc igitur, qualiscunque sit, hilari fronte suscipe; quod ut facias eo libentius oro, atque obsecro quo magis acerrimo, divinoque tuo iudicio, quemadmodum aliis omnibus in rebus, ita in hoc omnes facile acquieturos certe scio. Vale. Veronae.

ARISTOTELIS
DE
ADMIRANDIS AVDITIONIBVS
COMMENTARIOLVS,
DOMINICO MONTESAVRO VERONENSI
INTERPRETE.

1. Paeoniae mons eſt, Heſaenus nomine, Paeoniam a Media dividens, in quo fama eſt, quoddam animal reperiri, Bolinthum nuncupatum, tametſi a Paeonibus Monapios appelletur. Univerſa huius forma bovi ſimilis eſt: ſed eundem magnitudine, ac robore, iubaque pariter excellit. a cervice enim (quemadmodum equus) iubam valde prolixam, nec non a vertice usque ad oculos ipſam demiſſam habet, nec (veluti boves) cornibus armatum eſt, ſed adverſa ipſius cornua inter ſe ſunt, et mucronata ad inferiorem ſitum iuxta auriculas vergunt, amplitudine non multo arctiore, quam ut ſingula ſemiſeſtarium capiant. nigritia proba refulgent, veluti ſi decorticata, expolitaque ſint. Cum autem id animal excoriatum fuerit, eius tergus diſtentum locum octo accubantium occupat. Quum vero percuſſum eſt, fugam properat: et niſi defatigatum nunquam conſiſtit. Caro eius grati ſaporis eſt. Calcitrans ac proluviem alvi vel ad quatuor paſſus proiiciens repugnat, quo praeliandi modo id ſaepe cum facilitate maxima utitur: et ita adurit, ut pili infectantium canum abſumantur: ſi quidem concitetur, ſtercore comburit: (ut inquiunt) ſi vero non irritetur, nequaquam adurit. Tempore autem pariendi ad locum, in quo pariat, quamplurima ſui generis animalia adventant, quae omnia cum ſimul congregata ſint, maxime parturit, in circuituque ſtercorat. largam enim quendam eius excrementi copiam haec belua eiicit.

2. Qui in Arabia degunt, camelos proditur ſuas matres non ſupervenire: quin immo, ſi quis cogat, ipſi non patiuntur. Etenim, cum

cum aliquando admiſſarius non haberetur, curator pullum matri opertae admiſit: qui dum coiret, delapſo operimento matrem agnovit: et quamvis coitum abſolverit, camelarium illum paulo poſt morſu defixo interemit.

3. Ferunt cuculos, qui Helicem incolunt, pariendi tempore non nidificare, ſed in palumbium, aut turturum nido parere: neque incubare, nec excludere, neque nutrire, ſed cum pullus genitus, ac educatus ab aliena ave fuerit, conſortes, cum quibus hic vitam degit, e paterno nido eiicere. Praeſtat autem (ut videtur) pullus cuculi magnitudine, pulchritudineque, qua de re facile pullos ceteros longe antecellit. Hoc vero et palumbes adeo laetari autumant, ut et ipſi una cum illo proprios pullos e nido explodant.

4. Caprae Cretenſes, cum aliquando ſagitta transfixae ſunt, (ut vulgo fertur) dictamnum illius inſulae proprium quaeritant, dictamnoque devorato confeſtim telum eiiciunt.

5. In Achaia cervae nonnullae, ut dicitur, eo in loco degunt, quo ſua demiſerunt cornua, ut caveant ne facile inermes reperiantur. quod ea de cauſa faciunt, quum inſtrumentum, quo repugnare poſſunt, cum res exigit, non habent. et locum, quo cornua demiſerunt, a nemine adhuc fertur compertum eſſe. Plurimae quoque viſae ſunt etiam cervae, quae cornibus enatam hederam gerunt.

6. In Armenia venenum quoddam naſci aiunt, quod Pardalianches ab angore dictum eſt. Hoc igitur venatores victimam aſpergunt, ac recedunt, cum ab ipſis Panthera conſpicata fuerit. ea vero poſtquam id tetigerit, de more ſtercus hominis quaerit. quocirca venatores ſtercus in vaſe reponunt, ac ex aliqua arbore vas ſuſpendunt. fera itaque inſiliens ibidem, et ad extremam defatigationem perveniens, ab ipſis ſuperatur, illorumque praeda efficitur.

7. In Aegypto autem trochilum ad os crocodili advolare aſſerunt, dentesque ipſius depurgare, carnis excreſcentiam roſtro ex ipſis dentibus extrahendo. ipſe vero non ſolum trochilo minime nocet, ſed mirum in modum ea re delectatur.

8. In Cephalenia affirmant aliqui capras quotidie (veluti quadrupeda reliqua) nullo pacto bibere, ſed rictu flatui oppoſito aſtare, ac ore aperto aera ſuſcipere.

9. In Syria inter equos ſylveſtres unum armento praeeſſe inquiunt. cum vero aliquis caeteris iunior foeminam ſupervenerit, ducem iraſci, ac illum tamdiu inſectari, quousque deprehenderit. et cum ſe inflexerit, ore ex poſterioribus poplitibus genitale evellere.

10. Teſtudines cum viperam ederint, mox cunillam devorare autumant: quam ſi celeriter non invenerint, interire. Et ruricolas quam plurimos huius rei veritatem experientia comprobare, qui cum aſpexiſſent ipſas ita agere, ab una cunillam evulſere: quo facto eos paulo poſt ipſam defunctam vidiſſe.

11. Genitale viverrae non naturae ſimilis cum caeterorum animalium genitalibus eſſe dicitur, ſed utcumque diſponatur, tempore perpetuo ſolidum, veluti os extat. Proditur vero idem genitale praeſtantiſſimum medicamentum urinae ſtillationibus eſſe, et per ramenta ex vino dari.

12. Picum Martium aviculam, et reſupinum, et pronum ſtellionum more per arborem ſcandere aſſerunt. Depaſcere autem vermes ex arboribus dicitur, ac arbores, cum coſſos quaerit, tam vehementer in profundo defodere, ut ipſas ſternat.

13. Plataleas aves conchas quae in fluminibus extant, effodientes devorare fama eſt: deinde cum copiam earum abſorbuerint, evomere: poſtremo carnem quidem concharum edere, teſtas vero earum minime tangere.

14. Arcadiae mons eſt Cyllene nomine, in quo merulas pullos albos parere aiunt, nec usquam aliubi naſci: ac diverſas voces emittere, et noctu adverſus Lunam incedere. Si quis autem interdiu ipſas capere tentaverit, maxima cum difficultate eas venari poterit.

15. Anthinon quidem quaſi iucundum ſuaveque vinum a nonnullis appellatum, circa Melum, Gnidumque oppida naſci, ac gratam olentiam exſpirare: Oligochronion vero quaſi inſuave, paucique momenti ac durationis, prope Erithacem fieri, proditur.

16.

16. Locis quibusdam Cappadociae mel absque favo confici fertur, ac spissitudine sua oleo simile evadere.

17. In Trapezonto, quae in Ponto est, mel graviter olens ex buxo generari aiunt. quod quidem si edatur, sanos mente abalienare: comitiali vero morbo prehensos integre absolvere autumant.

18. Lydias arbores amplam mellis copiam generare enarrant nonnulli, ac incolas ex ipso pastillos absque cera conficere, et ipsos abscindentes pastillos vehementiori fractione egere. In Thracia quoque etsi non tam solidum, ceu tn arenaceum gignitur. universum vero coactum mel non, quemadmodum aqua, et caetera humida, parem sortiri magnitudinem autumant.

19. Chalidicam herbam, et amygdalam ad mellificandum maximam utilitatem praestare proditur: foetum enim plurimum ex ipsis fieri inquiunt.

20. Asseritur, apes ab unguentorum delitiis perturbari, ac odores odisse. nonnulli tamen ipsas homines his delibutos percutere autumant.

21. Aiunt in Illyriis, qui Taulantii nuncupantur, ex melle vinum fieri. cum enim favos expresserint, aquam infundentes in lebete decoquunt, donec dimidium defecerit: deinceps in doliis effundentes, idque iucundissime iactitantes, dolia super tabulas reponunt, atque ibi longo temporis spatio permanere, et vinosum, ac praesertim suave, spirituosumque evadere inquiunt. Hoc autem iam et in Graecia evenisse nonnulli enarrant, ut nequaquam a veteri vino differat. sed cum postea hoc explorarent, neminem temperiem huius invenire potuisse autumant.

22. Circa Thessaliam serpentes tanto in numero generari memoriae proditum est, ut nisi a ciconiis interimerentur, incolas excedere, ac regione tota emigrare coegissent. Quocirca honos his tantus in Thessalia est, ut ciconias occidere, capitale sit. et si quis eas exanimaverit, eidem poenae, cui et homicida, obnoxius est.

23.

23. Pari modo et in Lacedaemonia tam magna ſerpentum copia quibusdam temporibus fieri rememoratur, ut propter ciborum inopiam Lacones ipſis pro alimento uti fama ſit: ex quo Apollinem Pythium ipſos ſerpentum excoriatores appellare fertur.

24. In Cypro inſula metas ferrum comedere aſſeritur.

25. Chalybes in inſula quadam parva, quae in ſublimi paululum recumbit, aurum ex pluribus rebus componere inquiunt. qua de cauſa et in metallis id refundunt, ut emptores decipiant.

26. Ab his, qui ex Suſis ad Mediam proficiſcuntur, ſecunda itineris die ingens terreſtrium ſcorpionum copia reperiri fertur. quo circa, cum Perſarum rex illac exercitum traiiceret, triduo toto agmine commoratus, venationem ſcorpionum imperavit, et his, qui plurimos ſcorpiones ceperint, praemium dediſſe ferunt.

27. In Cyrena mures unius generis non eſſe, ſed forma colorequе plurimum diſtare aſſerunt. alios enim ceu muſtellae lata facie fieri: nunnullos vero viperae formam ſortiri, quos viperas vocant.

28. Circa Siciliam aquae ſtagnum ineſſe aſſerunt, in quo ſi quis aves, caeterave ſuffocata animalia intinxerit, rurſus reviviſcere autumant.

29. Apud Gelonas Scytharum feram verſari traditur, exceſſu quidem raram, nomine autem Tarandam: quae quacumque incedit, pilorum colores mutat: ideoque raro capitur. locorum arborumque et omnino omnium colorem reddit. mira pilorum mutatio huius eſt, cum reliqua colore tantum immutentur, ceu chamaeleo, et polypus. Tarandae magnitudo, quam bovi eſt: nec caput cervino abſimile ſortitur.

30. In Abydo quendam mente abalienatum ineſſe fertur, ac ad theatrum plurium dierum ſpacio acceſſiſſe, ut hiſtrionum acta reſpiceret, adnotaretve: qui ab inſania abſolutus fatuitatis tempore vitam iucundiſſime egiſſe aſſeveravit.

31. In Tarento cauponem noctu furentem fuisse, interdiu autem vina vendidisse quidam asserunt. etenim propriae tabernae clavim sub zona servabat: cum vero multi surripere tentaverint, eam nullo pacto abstuliſſe.

32. In Lipara insula aliqui affirmant huius vis atque naturae terram reperiri, in qua si quis ollam occultaverit, quodcunque voluerit, dummodo in ea imponatur, decoquetur.

33. Flagrant in Mediis et Psittacinae gentis ac Persidis confinio ignes, quorum hic quidem in Mediis minus, qui autem in Psittacina magis, et syncera flamma ardet: qua de causa Persarum rex ad hunc culinas molitus est. uterque vero locis planis, nec inaequalibus inest. Caeterum hos quidem interdiu noctuve percipere licet: qui vero in Pamphylia cremant, noctu duntaxat percipi possunt.

34. Circa Atitaniam iuxta confinia Apolloniatis saxum quoddam inesse autumant, ex quo quidem emissus ignis non percipitur, cum vero oleo desuper respergitur, inflammatur.

35. Extra columnas Herculeas ignes flagrare fama est, hos quidem semper, alios vero noctu solum, veluti Anonus Periplus memoriae prodidit. Et in Lipara manifestum ignem, ac flammeum inveniri, verum non interdiu, sed noctu tantum ardere autumant.

36. In Pithecusis ardentem ac supra modum calidum ignem reperiri aiunt, verum non adurentem.

37. Ignem tamen, qui in Lipara extat, aliquando anno sexto decimo deficere, decimo vero septimo redire refert Xenophanes.

38. (36) Exhalationem Aethnae nec flammeam nec continuam esse, sed pluribus annis fieri asseverant.

39. (37) Circa Lydiam ignem quamplurimum sursum ferri, ac septem dierum discrimine flagrare inquiunt.

40. (38) Miranda est ignis exhalatio, quae in Sicilia contingit, cuius ebullitio per stadia quadraginta diffunditur, sed nec tria attollitur stadia.

41. (39) Lapis in Thracia est, Spinus nomine, qui interciſus ardet, idemque iuxta ſe poſitus (ceu Smarillus) reddit. iſti igitur lapides apud ſe invicem compoſiti, aquaque conſperſi flagrant: idemque Maritham agere aſſeverant.

42. (40) Circa Philippos Macedoniae metalla reperiri narrant, ex quibus fruſta eiecta grandeſcere proditur, aurumque, ut clarum eſt, producere.

43. (41) In Cypro circa Tyrrhiam aes eiusdem naturae fieri aiunt, quod ruricolae minutatim contuſum, ut conflat, ſeminant, poſthacque in id eruptis aquis augetur, et redditur, ac hoc modo colligitur.

44. (42) In Melo inſula loca defoſſa iterum confeſtim terra repleri aſſeverant.

45. (43) Apud Paeoniam cum pluviae continuae fiunt, colliquata terra aurum, Apyron nuncupatum, inveniri inquiunt.

46. Et adeo Paeoniae terram deaurare, ut ponderis auri ultra mnam reperiſſe complures dicunt; et alium quidem tres minas, alium vero quinque conducere, regique exploratores auri geminos obolos reportare aſſerunt, et ad menſam recumbere, primumque inter illos epularum primitias regem impartiri.

47. (44) Flumen Ozum, quod in Bactris eſt, auri plures glebas deferre memoriae proditum eſt: et in Iberia flumen Theodorum dictum, iuxta littora multum auri ſcatere, ac ſimili ratione deportare.

48. (45) Ab antiquis regibus in Pieria Macedoniae reconditam quandam auri copiam defoſſamque eſſe fertur, ac ex unâ fovearum quatuor, quae ibi ſunt, aurum renaſci ſeſquipedali magnitudine aiunt.

49. (46) Argenti Myſini, ferrique Chalybici peculiariſſimam eſſe generationem ferunt. una enim cum arena per fluvium delata naſcitur, (ut aiunt) hanc vero alii quidem una ratione abluentes in fornace adurere autumant, alii autem eius ſedimen naturale ſaepenumero lotum comburere, lapidemque Pyrimacum appellatum interponere, cuius copia in illa regione magna eſt. Ferrum vero hoc caeteris pulchrius

chrius efficitur, nec ab argento diſtaret, ſi in fornace una non cremaretur. ſolum autem hoc minime rubigine conſumitur, nec copioſum effici proditur.

50. (47) Apud Indos aes adeo lucidum ac purum, nec non rubigine carens reperiri aiunt, ut neque colore diſtare ab auro percipi ſolitum ſit, ſed in Darii poculis cados nonnullos pluresque inveniri, qui nec alio pacto, quam odore, aenei ſint, an aurei, cognoſci nequeunt.

51. (48) Stannum Celticum plumbo multo ocyus liqueſcere ſcribitur. cuius eliquationis argumentum eſt, quod in aqua poſitum liqueſcere ſoleat, ut conſtat. ergo facile colorat. Liqueſcit autem extremo frigore, geluque procreato, cum ipſius innatus calor ad intra recluditur, ac ob eius imbecillitatem compellitur.

52. (49) In Pantheo olea eſt, optima corona nomine; huius autem folia caeteris oleis e contrario exeunt. Intus nempe et non foris virent, ac nec aliter quam myrtus, ramos coronae effigiem prae ſe ferentes emittit. Ab hac vero palmitem Hercules evulſit, ad Olympiamque illum explantavit: ex quo athletas coronatos fuiſſe ferunt. haec enim iuxta flumen Illiſum pervenit, ac ſexaginta ſtadiorum diſcrimine a flumine diſtat, vallaturque domibus circumquaque: quam ſi quis tangeret, magna ab accolis afficeretur poena. Caeterum poſthac ex ea Eleios palmitem quoque accepiſſe, ac in Olympia plantaſſe, et athletis coronas inſtituiſſe aſſeritur.

53. (50) Ad Lydiae metalla apud Pergamum exiſtentia, quae antea Croeſus confecerat, bello quodam exorto opifices confugiſſe ferunt, qui obſtructo illius loci oſtio ſuffocati ſunt: poſteaque longo temporis intervallo metallis adopertis vaſa, quibus pro manibus abluendis opportunitate utebantur, in lapides converſa inventa fuiſſe, ac quovis liquore (ceu amphorae) repleta fuiſſent, pari modo ipſum in lapidem converſum fuiſſe: nec non ſimili ratione oſſa hominum in lapides converſa vulgo proditur.

54. (51) Paludis Aſcaniae aqua adeo nitroſa ex ſuapte natura exſtat, ut nulla alia purgatione pallia, quae in ipſa remorantur, egere

noſcantur. ſi quis vero ea in eadem aqua aliquamdiu permiſerit, intercidunt.

55. (52) Iuxta Paludem Aſcaniam Mythepolis oppidum conditum eſt, quod per centum vigintique ſtadia a Cio diſtat: quo in oppido algore hyemis adventante, puteos omnes exſiccari ferunt, ut nullo modo vas ab earum aqua intingi poſſit: fervore autem aeſtatis adeo repleri, ut ad extrema puteorum labia unda proſiliat.

56. (53) Fretum, quod Siciliam Italiamque ſecernit, una cum incremento lunari decrementove augeri minuique aſſerunt.

57. (54) Qua de cauſa in via quoque, quae Syracuſas ducit, fons in prato exſtat, qui nec magnitudine praeſtat, nec multa aqua refertus eſt. cum vero vehemens turbo e regione efflaverit, immenſam aquae copiam accolis concedere ſolitus eſt.

58. (55) Porro in Siciliae paliſcis fons eſt, qui decem accubantium ſitum occupat. hunc enim ad ſexcubitalem altitudinem aquam reiicere aiunt, adeo, ut accolae, cum id videbant, campos exundaturos arbitrarentur: rurſusque aqua in eundem redit fontem. Iusiurandi quoque in ſe divinitatem detinere autumant. nam ſi quis tabellam inſcriptam iusiurandi in eum impoſuerit, ſi recte iuraverit, tabellam ſupernatare affirmant: ſin ſecus, tabellam gravitate affectam in profundum aboleri, hominemque periurum comburi. quo circa ſacerdotem ab ipſo fideiuſſionem de expurgationis impenſa ſuſcipere, cum factum quid iusiurandum depurgare voluerit.

59. (56) Demoneſſus Carthaginenſium inſula extat, quae cognomen a Demoneſſo primo eius cultore ſortita eſt. Coeruleum metallum chryſocollamque haec regio obtinet, quam optimam ad auri precium aliquis invenire poterit. etenim medicamentum oculorum haec eſt. Atque ibi aes geminos paſſus ſupernatans in mari reperitur, ex quo ſtatua illa confecta eſt, quae in Sicyonia vetuſtiſſimo Apollinis templo conſpicitur. (57) In Pheneo quoque Orichalci appellati inveniuntur, quibus inſcriptum erat, Hercules Amphitryonis Helide capta dicavit. Helin enim ceperat uxoris ductu iuxta oraculum, cuius patrem Augeam iampridem interfecerat. Caeterum cum aes effodiunt,

acu-

acutiſſimi viſus efficiuntur, et palpebris carent: quo circa aeris flore, cinereque phrygio ad oculos utuntur.

60. (58) Antrum quoque, quod Glaphyrum, quaſi ſculptum vocant, ibi eſt, in quo nives ex guttis quibusdam defluentibus concrescunt. hoc autem eius loci aſcenſus ad pavimentum, quo anguſtiſſimus eſt, declarat.

61. (59) Ex uno aquilarum pari altera, quae ſterilis eſt, marina viciſſim efficitur, quousque compares evadant, ex marinis vero oſſifragae. ex his autem pernices, accipitres, vulturesque fiunt: iſti quoque nec ſobolem vulturum claudunt, ſed magnos vultures, qui foecunditate carent, gignunt: argumento, quod nemo vulturis magni nidum conſpexit.

62. (60) Mirandum eſt autem, cur apud Indos circa plumbum quod ibi extat, haec eveniant. Cum enim colliquatum eſt, in frigida aqua detinetur aliquamdiu, demumque ex aqua exſilit.

63. (61) Ferunt, aes Moſſynicon nuncupatum non commixtione ſtanni, ſed ex terra quae cum eo naſcitur decoquiturve, lucidiſſimum candidiſſimumque exiſtere. Auctorem vero huius temperamentum neminem docuiſſe aſſeverant. qua de cauſa res aeneae, quae ſuperiori tempore molitae ea in regione fuerunt, recentiores longe excellere videntur.

64. (62) In Ponto hyeme aves nonnullas reperiri memoriae proditum eſt, quae neque cum alvi proluviem emittunt, nec quando pennae eis evelluntur, ſentiunt: neque etiam cum minuto veru transfixae ſunt, niſi cum igne torreantur.

65. (63) Apes ſolſtitia praeſagire videntur, cum opera non ſubeant: quo indicio apiarii utuntur, ac tunc temporis quietem degunt. Cicadae quoque poſt ſolſtitia canere videntur.

66. (64) Echinum intervallo annuo ſine cibo vivere aiunt.

67. (65) Feles cum corium exuere velint, reliquorum ſerpentium more vultu reſupino bibere inquiunt, eumque a medicis ſervari, cum mirum in modum comitialibus proſit.

68. (66) Urſae adipem traditur, cum algore hyemis in vaſe congelatus fuerit, per id tempus, quo urſa conditur, creſcere, vasque in quo inerit, ſupergredi.

69. (67) In Cyrenenſi agro ranas vocales penitus deeſſe ſcribitur: atque in Emathia Macedoniae regione ſues ſolipedes generari legitur.

70. (68) In Cappadocia mulas fecundas victitare proditur: ac in Creta populos nigras fructiferas naſci vulgo fertur.

73. (69) Circa Babylonis rigua decedentibus fluviis in cavernas aqueas, hebetes piſces nonnullos remanere proditur, quos inde exire ad pabula pinnulis gradientes crebro caudae motu, contraque venantes refugere in ſuas cavernas, et in his obverſos ſtare, ac ſaepenumero viros aliquos eorum cavernas ingredi, ipſosque irritare aiunt. Illorum autem capita ranae marinae proxima extant, reliquae partes gobiis, branchiae caeteris piſcibus.

74. (70) In Heraclea, quae in ponto eſt, et in Rhegio defoſſos piſces innaſci legitur, qui iuxta amnes aquatilesque regiones incolunt. cum vero certo tempore haec exiccantur, exareſcuntque, in terram iter contendunt. poſtea autem terra magis deſiccata, humorem inſectantes, ad ſylvam confugiunt. poſtremo vero hac arefacta adhuc in humore perſeverant, quemadmodum animalia, quae in latebris remorantur. cum autem eos effodiunt, antequam aquarum ſucceſſio eveniat, motum demum corporum ipſos vivere approbant.

75. (71) Apud Paphlagoniam effoſſos ex altis ſcrobibus piſces oriri aſſerunt, virtute quidem praeſtantiſſimos in locis, ubi prope nullae reſtagnant aquae, ſola tellure vitam illis ſuppetente.

76. (72) Cervas, quae in Epiro oriuntur, dextrum cornu defodere, ceu multa utilitate praeditum aiunt.

77. (73) Vitulum marinum coagulum evomere, cum eum capiunt, ferunt, tanquam medicamentum ad comitiales morbos utile.

78. (74) Lyncem quoque urinam terra operire ſcribitur, eo quod ad multa alia, nec non ad gemmarum utilitatem praeſtat.

79.

79. (75) Italiae mons est, Cyrcaeus nomine, in quo veneni quaedam species laetalis oritur, huius vis atque naturae, ut si quis ex ipso aspersus fuerit, continuo concidat, ac calvus efficiatur, membraque totius corporis defluant. quamobrem superficiem corporis defunctorum miseratione dignam inesse traditur. Hanc autem veneni speciem ferunt Paulum Peucestium, et Gaium, cum Cleonymo Spartano tradere decrevisse, a Tarentinis compertos, ac de veneno interrogatos capitales poenas persolvisse.

80. (76) In insula Diomedea, quae in Adriatico sinu iacet, mirabile divinumque Diomedis delubrum inesse legitur, circa quod aves in circulo versari magnitudine quidem praestantes: rostris autem longissimis durissimisque: quae Graecis tantum ad eum locum advenientibus adulantur, ac accolas barbaros alarum clangore infestant, et in sublimi elatae eorum capita vehementer percutiunt, vulnerantesque rostris ipsos necant. Unde origo fabulae, Diomedis socios in earum effigies transfiguratos: qui cum naufragia haud procul ab insula sustulissent, Diomedes dolo ab Aeneo (Eneto), qui eorum locorum imperium gerebat, interfectus fuit.

81. (77) Apud Umbros pecora anno singulo ter parere aiunt, terramque multo copiosiorem multitudinem fructuum emittere regione quae feminatur. Mulieres quoque eius loci accolas plures generare, raroque singulas singulos parere, quam multas vero geminos, ternosque parturire fertur.

82. (78) In Electris insulis, quae in Adriatico sinu extant, simulacra gemina adiacere ferunt, quorum alterum quidem stanneum, alterum vero aeneum extat, vetustissimo tamen more elaborata. Haec quidem Daedali opera fuisse priscorum monumenta testantur, cum Minoem ex Sicilia, Cretaque insectantem effugeret, atque in eis se accommodasset regionibus. Antedictas autem insulas ab Eridano astrui asseverant. (79) Lacus non procul ab amne Eridano constat, cuius aqua calida est, ac odorem gravem molestumque exhalat, ex qua nullum animal bibit, nullaque avis eum supervolat, sed intercipitur, pariterve moritur. hic autem CC. stadia circuit, ac per X. latus est. Accolae vero fabulantur, Phaethontem iam fulmine ictum in hunc decidisse:

diſſe: inibique crebras populos exiſtere, ex quibus electrum dictum excidere: quod nec abſimile gummi eſſe aſſeritur, cum lapidis duritiam fere ſortiatur: collectum vero hoc ab accolis ad Graecos transferri. Ad has ergo inſulas Daedalum perveniſſe inquiunt, ac eas occupaſſe, in earumque prima eius ſimulacrum, ac Icari ipſius filii appendiſſe. poſtea autem cum Pelasgi ex Argo depulſi, in eas navigarent, irruiſſentque, Daedalum effugiſſe, atque ad Icarum inſulam applicuiſſe ferunt.

83. (80) Siciliae mons eſt, Aetna nomine, in quo antrum quoddam ineſſe traditur, in cuius circuitu caeterorum florum ingentem copiam omnibus anni temporibus innatam eſſe aſſerunt, ſed multo maxime locum aliquem immenſum violarum repletum fuiſſe: quae regionem proximam ſuavi olentia replent, quam ob rem venatores cum canes ab odore devicti fuerint, leporum veſtigia inſectari nequeunt. In hoc autem hiatu occultus eſt ingreſſus, quo Plutonem Proſerpinam rapuiſſe fabulantur. Triticum quoque hoc in loco reperiri affirmant diſſimile illi, quo accolae utuntur, nec non caetero adventitio. quandam tamen peculiariſſimam magnitudinem ſortitur. hoc enim adnotarunt primum triticeum fructum apud ipſos apparere. Quocirca Cererem ſibi vendicarunt, enarrantes apud ſe Deam hanc natam educatamque fuiſſe.

84. (81) Cretae inſulae lupos, urſosque, ac viperas, ceteraque iis ſimilia maleficia naturam negaſſe ferunt, ea de cauſa, quod in illa regione Iupiter ortus atque alitus ſit.

85. (82) In mari trans Herculeas columnas inſulam deſolatam a Carthaginenſibus inventam fuiſſe proditur, quae quidem omniformi lignorum materia, amnibusque navigabilibus, nec non caeterorum fructuum genere mirabilis eſt, diſtatque a terra plurium dierum ſpatio: ad quam Carthaginenſes ſaepe ob eius felicitatem accedebant, ac illorum nonnulli eam incolebant. Praefides vero Carthaginenſium cum id intercipere decreviſſent, mortali poena ad ipſam accedentes puniebant: indigenas vero omnes interimi iuſſerunt, ne ibi degerent, ac etiam ne turba aliqua in ipſos converſa inſulae imperium conſequeretur, et Carthaginenſium libertatem tranquillam perturbaret, ſurriperetve.

86.

86. (83) Ex Italia in Galliam usque Celtiberorum Iberorumque, viam quandam reperiri aiunt, cui Herculea nomen est, in qua tam Graecus, quam incola viator indigenarum beneficio nulla iniuria molestiave afficitur: caeterum si quis ex eis quempiam infestaret, poenam eiusdem generis dare ferunt.

87. (84) Venenum a Gallis Toxicum dictum confici legitur, idque adeo velocem interitum corporibus afferre aiunt, ut Galli venatores cum cervum, aut quodvis aliud animal sagitta transfixerunt, maxima cum festinatione accurrentes, carnem vulnere infectam resecent, ne reliquae animalis partes veneno afficiantur, partim quidem cibi causa, partim vero ne animal putridum conficiatur. Alii tamen remedium toxico inveniri corticem roboris affirmant: alii autem alterum aliquod folium, quod Corvatium appellant, cum illi animadvertissent, corvum venenum degustasse, languoreque affectum ad eum magno impetu advolare, ac illud, postquam devorasset, a dolore quievisse.

88. (85) Cum Iberiae pastores nonnulli locum arboribus refertum incendissent, ac terra a sylvae combustione vehementer supercalefieret, argentum regionem manifeste affluxisse asserunt; pauloque post terrae motibus succedentibus, ac disruptis locis, quamplurimum argentum una coactum fuisse traditur, quod maximam utilitatem Massilienſibus tribuit.

89. (86) In Gymnasiis apud Iberiae insulas adiacentibus, quae praeter alias septem famosas insulas caeteras magnitudine excellere videntur, oleum ex olivis minime effici traditur, sed ex Terebintho vehementem eius copiam fieri, idque ad omnia congruens.

90. Caeterum illius loci accolas adeo mulierum commercio delectari autumant, ut pro singulo foemineo corpore, quatuor quinqueve masculina corpora mercatoribus exhibeant. Cum vero pro Carthaginensibus militiam exercerent, nihil aliud pro eorum mercede praeter mulieres deliberant, suspiciuntque. nec enim apud eos ullum aurum, argentumve possidere licet. Hinc autem illud ortum est, ipsos nullo pacto divitias in patriam exportare posse, quoniam Hercules maximo cum exercitu ob opulentiam illorum Iberiam depraedatus sit.

91. (87) Circa Liguriam in Maſſilienſium agro ſtagnum quoddam reperiri aſſerunt, quod ebullire, ac aquas ſupereffundere aiunt, tantamque piſcium copiam eiicere, ut nec credere dignum ſit. Cum vero Eteſiae efflant, terrae pulverem ſuper ſe obducit, eumque talem illic procreat, ut ſuperficiem eius, ceu ſolum firmet. Caeterum indigenae tridente id interrumpunt, et quotquot piſces voluerint, prompte excipiunt.

92. (88) Ligures nonnullos adeo fundarum iactu praeſtare traditur, ut cum multas viderint aves, inter ſe certatim eligunt qualem quisque earum necis apparatu capere decreverit, ut prompte omnes quisque ſuam conſequantur avem.

93. Peculiarem quoque iſti naturam detinent, ut mulieres in puerperio una operentur, infantemque aqua abluunt, ac ſaltim terram ſcalpunt, effodiuntve: caeteraque domeſtica exercent, quae neque priusquam ad puerperium accederent, agenda erant.

94. Mirabilem etiam amnem ſortiuntur, cuius unda in ſublimi tantum attollitur, fluitve, ut ii, qui trans fluvium ſunt, conſpici nequeant.

95. (89) Inſulam quandam Thaliam nomine in Tyrrhenae provinciae mari ineſſe fama eſt, in qua ex eadem metalli minera antea quidem aes effodiebant, ex quo fabrilia omnia confecta fuiſſe aiunt, poſtmodum vero minime id impetraſſe. at longo elapſo tempore in eodem metallo ferrum Popagion dictum repertum eſt, quo nunc adhuc Tyrrhenii incolae utuntur.

96. (90) In Tyrrhenia oppidum quoddam, Oenareum appellatum extat, cuius apicem munitum ineſſe affirmant. in medio enim collis XXX. ſtadiorum altitudine conſurgit, qui ſylvam arborum aquarumque variam continet. At cum accolae extimeſcerent, ne illorum quis eius loci tyrannus efficeretur, quosdam ex ſervis ſuis libertos principes ſibi conſtituunt, ac annis ſingulis eorum ſucceſſores procreant.

97. (91) Cumae Italiae civitas eſt, in qua, ut clarum eſt, Sybillae fatidicae ſub terra quidam ſubterraneus thalamus panditur, quam diutiſſime ibi virginem degiſſe inquiunt. caeterum cum quidem haec

Eri-

Erithraea ſit, a quibusdam Italiae accolis Cumaea, ab aliis vero Melachraena appellatur. Loci autem huius praeſides Leucades extant.

98. Ex ea quoque regione amnem apud Cumas quendam reperiri aſſerunt, Cetum nuncupatum, in quem ſi quid proiectum fuerit, primum naſci, pullularique, ac poſtremo lapideſcere affirmant.

99. (92) Alciſthenes Sybarita miro ſumptu chlamydem confeciſſe, exornaſſeque legitur, ac eam in Crotonis promontorio ad Iunonis nundinas praepoſuiſſe, ad quas univerſae Italiae indigenae confluunt. caeterum praeter omnia, quae ibi mira videntur, hoc incredibili admiratione Italos maxime detinuit: illamque in ſuam poteſtatem Dionyſius ſenior redegit, qui hanc Carthaginenſibus centum vigintiquinque talentorum precio vendidit. Colore quidem purpurea erat, amplitudine vero ulnarum quindecim. undique autem minutis animalibus velabatur intextis. deſuper quidem Suſae, deorſum autem Perſae oppida inſerta. in medio vero Iuppiter, Iuno, Diana, Minerva, Apollo, Venus inaderant. in utroque autem extremo Alciſthenes inerat, utrinque vero Sybaris ipſa eminebat.

100. (93) Circa Iapygiae extremitatem locum reperiri autumant, in quo bellum Herculem cum Gigantibus geſſiſſe fabulantur: ex quo quidem ſanioſum humorem tantum talemque effluere, ut gratia gravis olentiae ipſius regionis mare eius innavigabile extet. Herculem quoque quamplurima monumenta ac pene infinita in itinere, quo Italiam peragravit, reliquiſſe affirmant.

101. Caeterum circa Pandoſiam Iapygiae oppidi Dei certa veſtigia apparent, ad quae nemini incedere fas eſt.

102. Amplius quoque circa extremam Iapygiam lapidem plauſtrali pondere gravem ineſſe, quem ab illo elevatum ac retro transmiſſum aiunt, eveniſſeque eum uno digito duntaxat a Deo commoveri.

103. (94) In Orchomeniorum oppido, quod in Boeotia extat, vulpem apparuiſſe affirmant, quam cum canis inſectaretur, in ſcrobem quandam irrupiſſe, canemque una intraſſe, ac latrantem magnum feciſſe ſonum, ceu ſi campeſtris amplitudo ipſi ineſſet: venatores vero, cum

cum de hac re felicitatem cogitarent, eius loci ostium fregisse, ac se ipsos intromisisse: videntes autem ex quibusdam spiraculis lumen ab extra intro ferri, manifeste caetera contemplasse, ac celeri cursu omnia suis magistratibus enunciasse.

104. (95) In Sardine insula Antiquorum aedificia multa, pulchraque Graecorum more elaborata extare affirmant, ac fornices novis proportionibus expolitos, quos Iolaus Iphiclis filius fabrefecit: qui cum ab Hercule Thespiades accepisset, ad ea loca navigavit, illaque inhabitavit ob sanguinitatem, quam cum Hercule congruentem habebat, praecipue tamen quoniam Hercules universas occidentis regiones subiugaverat. Ea autem insula antea quidem (ut constat) Ichnusa vocabatur, quia immensam humani vestigii similitudinem figuramque fortita est.

105. Felicem, fertilemque superiori tempore hanc fuisse asserunt: Aristaeumque, qui agricultura inter Antiquos maxime pollebat, eius loci indigenis imperasse fabulantur, cum iam pridem a magnis avium copiis occuparentur. Nunc vero tali fertilitate fortunave minime viget, ob Carthaginensium imperium, quod universos fructus cibo idoneos exstirpare incolis iubebant. at si eorum quis ipsos plantasset, capitali poena trucidabatur.

106. (96) Inter septem Aeolias insulas una est Lipara nomine, in qua sepulcrum esse fabulantur, de quo quam plurima ac sane monstrosa enarrant. In hoc vero conveniunt omnes, noctu ad eum locum accedere non tutum esse. inde enim tympanorum, cymbalorumque sonitum, risumve cum tumultu ac crepitaculis evidenter exaudiri asserunt.

107. Aliud quoque circa eius insulae speluncam, quod magis horrorem portentumve inducit, eveniisse, scilicet cum quidam ebrius ante solis ortum eo in specu obdormisset, quem servi eius investigabant, tres dies integros cubavit, quarta vero luce a domesticis inventus est: qui cum ceu mortuus a domesticis haberetur, ad peculiare sui sepulcrum delatus fuit: sed repente surrexit, omniaque, quae sibi eo in somno evenerant, astantibus enarravit. Caeterum etsi hoc quidem fabu-

fabulosum nobis videtur, nihilominus id oblivioni minime permittere operae precium esse duximus, cum eorum locorum designationem descriptionemve fecerimus.

108. (97) Apud Italiae Cumas lacus extat, cui Aornus nomen est, qui cum nihil (ut constat) admiratu dignum habeat, collibus altissimis trium stadiorum altitudine circumdatur, ac eius figura rotunda est, immensamque profunditatem habet. Caeterum idque mirabile videtur, cum multae densaeque in eo loco supertollantur arbores, ac nonnullae in eo reclinentur, nullus tamen introspicere potest, in eius aqua folia constanter stare, sed adeo pellucida synceraque est, ut qui eam contemplantur, stupore maxime afficiantur.

109. Circa Epirum autem, quae ab eo haud multum distat, calida aqua regionem saepe irruit, ex qua regio universa Pyriphlegeton est appellata. Quod autem in eo nulla avis supervolet, absurdum est. qui enim ad eum accesserunt, quandam cygnorum copiam in ipso oriri referunt.

110. (98) Insulas Syracnum intra Italiae limites positas esse traditur circa freti promontorium, quod ante locum praecipitem, finibusque redundantem iacet, ac Cumas, et Possidoniam appellatam continet. Caeterum in eo earum templa constituunt, easque excellenter et accurate indigenae sacrificiis venerantur: quarum haec nomina esse dicuntur, et primam quidem Parthenopem, alteram vero Leucosiam, tertiam autem Ligiam vocant.

111. (99) Mons quidam, cui Delphion nomen est, qui Mentoricam Istriamque mediat, cuius fastigium altum extat: quod cum Mentores, qui littora Adriae incolunt, ascendunt, ea quae in Ponto eveniunt, longa intercapedine contemplantur. caeterum in eo monte forum commune efficitur, ad quod quidem cum Ponti mercatores ascenderunt, Lesbia, Chia, Thasia vendunt, ex Adriatico vero mercatores amphoras Corcyraicas.

112. (100) Amnem Istrum nomine, qui ex Hercyniis quercetis effluit, bifidum esse proditur, et partim quidem in Pontum, partim vero in Adriaticum mare diffundi, argumento, quod non solum hac

tempeſtate, ſed antiquorum ſaeculo multo magis viſum fuiſſe, eo quod loca innavigabilia ibi extant: etenim cum Iaſon ad Cyaneas navigaret ex Ponto, navigaſſe per Italiam fama eſt. At inter caetera ſigna, quae nec pauca numero ſunt, altaria ab Iaſone confecta oſtendunt. Inter inſulas quoque Adriae una eſt, in qua ſacellum multo ſumptu Midias Dianae aedificavit. Amplius Iaſon freti planctas minime transnavigaſſet (ut dicunt) niſi illinc itinera tolerare coepiſſet.

113. (101) In Aegiala inſula, quam Tyrrhenum mare inundat, alia optimatum monumenta oſtenduntur: atque id quod de calculis dicitur, conſtat, cum iuxta Aegiala littora calculos verſicolores reperiri affirmant. Hi enim (ut inſulae illius Graeci indigenae aiunt) ex abſterſionibus, quas unctores corii tunc temporis efficiebant: colorem ſuſcipiebant, cum nec antea nec poſthac conſpectas fuiſſe fabulentur. Amplius huius rei manifeſta adnotarunt ſigna. unum quorum eſt, quod id fretum ob Symplegadum ortum innavigabile ipſis efficitur. utunturque qui eo in loco extant Poeta teſte. hic enim periculi difficultatem monſtrat, cum inquit, nemini per loca haec transvehi congruit, cum pariter navium tabulas, hominumque corpora undae maris pernitioſi, ignisque turbines alio ferant. Caeterum circa quidem Cyaneas ignem erumpere minime aſſerunt, circa vero fretum, quod Siciliam determinat, effundi, cum in medio utriusque ignium ſpiraculis ſita ſit, inſulae videlicet, quae continuo comburit, et eruptiones ignis Aethnae, quae ſaepenumero per univerſam regionem dilabitur.

114. (102) Certis anni temporibus Tarentinos Atrei, et Tydei, Aiacisve, ac Laertis liberis ſacrificare aſſerunt: at alia et peculiari die filiis Agamemnonis ſeorſum ſacrificium perficere, in qua minime mulieribus fas inerat ea quae in illis mactabantur, deguſtare. Apud eos quoque ſacellum Achilli dicatum extat. Caeterum poſtquam Hercules Tarentinos occupavit, regionem, quam nunc incolunt, Herculeam nominarunt: cum ſuperiori tempore ab Ionibus depraedata Plion appellaretur, etſi ab illorum prioribus debellata Sigion nominaretur.

115. (103) Apud Sybaritas vero Philoctetem venerari ferunt, ipſumque cum in patriam ex Troja reverteretur, Malaca Crotoniata ap-

appellata condidiſſe, quae prope CXX. ſtadia a Crotona civitate diſtare aſſerunt, ac inibi in Apollinis templo arcus ſagittasque Herculis repoſuiſſe enarrant, ſed Crotoniatas ipſos vi inde ſurripuiſſe, ac in eorum Apolliniaco appendiſſe. Inquiunt quoque Philoctetem vita functum ibi prope fluvium Sybarim adiacere, cum Rhodiis cum Tripolemo opem ferret, qui adverſus eius regionis indigenas, ut bellum gereret, adventabat.

116. (104) In Italia regio eſt, prope Metapontum, Gargaria nomine, in qua templum Graecae Minervae ineſſe autumant, ubi Epii inſtrumenta eius inſcripta titulo recumbere, quibus ligneum equum confecerat. hic enim cum Palladem in ſomnis cerneret, dignum cenſuit ei opera dedicare. caeterum cum tempus itineris differret, adeo eo in loco ſomno correptus fuit, ut minime navigare poſſet: qua de cauſa ſacellum id Palladis Graecae nomenclaturam ſortitum eſt.

117. (105) Delubrum *Palladi Achaiae* dicatum ea in regione, quam Dauniam vocant, reperiri affirmant, in quo aeneas bipennes, et arma Diomedis, eiusque ſociorum dependere conſpiciuntur.

118. Eius vero loci canes Graecos extra adventantes minime iniuria afficiunt, ſed adulantur ac ceu domeſticis alludunt.

119. Caeterum viros omnesque mulieres Danaos ac eorum proximos veſtes atras pullasve hac potiſſimum, ut conſtat, cauſa induere. etenim cum Troianae in captivitatem eſſent deductae, ad ea loca adventarunt, ac verentes ne ab uxoribus Graecorum compatriotis ſervitutem acerbiorem atque duriorem conſequerentur, naves incendio aboluerunt (ut fama eſt), itaque ſervitutem, quam verebantur, effugerunt, ac una ipſarum viros ſecum vi, et demum aequo animo degere decreverunt. ideo nunc quoque Apulas mulieres veſtimenta ſolo verrentes, et in imo ſuccinctas conſpici licet, quales Troianas elegauter Poeta deſcripſit, Helceſipeplus, et Bathycolpus appellans.

120. (106) Inter Picentinos ſacellum Dianae extare vulgo fertur, in quo antiqui operis aeneus torques in Deae finibus adiacet, cuius epigramma eſt, Diomedes Dianae. Verum enimvero hunc collo cervi circumpoſitum fuiſſe fabulantur, quem quidem cum cervi collo complica-

plicatum, et tali modo ab Agathocle Siculorum rege compertum, in Iovis delubrum appositum fuisse legitur.

121. (107) Siciliae promontorium est Pelorus nomine, circa quod tam magnam croci copiam provenire enarrant, ut Graeci eius loci incolae qualitatem huius floris comprehendere nequeant: colliguntque illum ac magnis curribus in Pelorum trahunt, ac verno tempore lectulos tentoriave sibi ex eo croco praeparant atque conficiunt.

122. (108) Polycritus, qui Siculorum res carmine cecinit, in quodam loco mediterraneo lacum quendam instar immensi clypei inesse scribit, cuius aqua pellucida, at caeteris turbulentior extat. caeterum si quis eam lavandi beneficio ingreditur, in latitudinem crescere: si vero rursus se abluerit, longe eum diffundi, ac tanta magnitudine augeri, ut eius extremum quinquaginta hominum receptaculum occupet. cum vero hunc numerum latitudine attigerit, denuo hic extumescens abluentium corpora in sublime elata super solum extra expellere, quo peracto illum ad pristinam mediocremque formam constitui. Hunc vero haud solum homines, sed quadrupeda, cum in eum se iniecerint, effectum patiuntur.

123. (109) In Carthaginensium regno mons extat, cui Gonium nomen est, multis variisque arboribus refertus, ac florum copia adeo distinctus, ut loca ei proxima, quae suavem olentiam participant, gratam iter agentibus exhalationem effient. Ea tamen in regione fontem olei exoriri asserunt, qui redolentiam ramentis cedriae proximam detinet. ad hunc autem neminem accedere fas est, nisi naturae fontis nescius sit. hac vero ignorantia servata fontem plurimam olei copiam effervere inquiunt, adeo ut tuto id exhaurire liceat.

124. Aiuntque fontem prope lapidem quendam magnum ac sponte natum inesse, qui aestatis fervore ineunte ignis flammam effundere asseritur: at algore hyemis procedente ex eodem loco aquae emanationem erumpere, quae adeo frigida est, ut collecta minime a nive differre videatur. nec quidem hoc modico tempore apertum esse, sed universo quidem aestu ignem emittit, caeteris vero anni temporibus aquam.

125.

125. (110) Scitarum Medorumque regio eſt, Thracia nomine, quam fluvius, cui Ponti nomenclatura extat, inundare proditur: in quo lapides ardentes deferuntur, verum ligneis carbonibus contrarium effectum conſequuntur: etenim follibus excitati quam citiſſime extinguuntur, aqua autem reſperſi refulgent, pulchriorique flamma flagrant: caeterum cum comburunt flagitioſam gravemque olentiam bitumini proximam efficiunt. qua de re, reptilia ea in regione his ardentibus degere nequeunt.

126. (111) Locus nec valde parvus, ſed viginti ſtadiorum amplitudine iuxta ipſos eſt, qui ordeum procreat, quo homines utuntur: equi vero, et boves, ac his proxima id comedere nolunt, caeterum nec ſues canesve ob id ſtercus hominum deguſtare audent: at horum quicumque pulmentum panemve ex hoc ordeo confectum ederit, alvi proluviem emittunt, donec intereant.

127. (112) Inter Scotuſos Theſſaliae quendam naſci fonticulum legitur, ex quo immenſa aquae copia effluit, qui quidem ulcera confractaque hominum ac iumentorum membra convaleſcere facit. At ſi quis lignum, nec penitus, ſed tantillum reciſum in ipſum iniecerit, id denuo conglutinari, in priſtinumque conſtitui autumant.

128. (113) In ea Thraciae parte, quae ſupra Amphipolin extat, monſtruoſum quid ac incredibile his qui rem cernere minime potuerunt, evenire aſſerunt. Etenim pueri cum ad aucupationem ex ruribus regionibusve exeunt proximis, venandi gratia accipitres aſſumunt, atque ita venationem perficiunt. poſtquam autem ad locum idoneum adventaverint, nominatim magno clamore accipitres vocant. at illi puerorum voce audita ad ipſos accedunt, atque ad arbuſta iter arripiunt, ubi pueri eos baculis percutientes deprehendunt. Verum quod cuncta miranda excedit, eſt, ſcilicet accipitres ipſos, cum aviculas nonnullas aucupantur, eas venatoribus reportare: pueros vero deprehenſis aviculis omnibus portionem quandam accipitribus tradere, ac inde diſcedere.

129. (114) Mirandum id quoque eſt, quod apud Venetos fieri contingit. In eorum enim regione ſaepe monedularum innumerabiles copias deferri, triticumque, cum ſeminant devorare conſumere-

que aiunt: quibus Venetos antea quam ad ſua loca advolare debeant, inter terrae confinia diverſorum fructuum munera apponere, ac ea ſeminare conſueverunt: quae ſi monedulae deguſtaverint, adeo in confinio remorantur, ceu ſi hoſtium impetus ipſas repelleret.

130. (115) Ager Chalcidicus in Thracia Olyntho proximus extat, in quo locus Scarabeorum interfector dictus eſt, cuius amplitudo paulo amplior area eſt. at ſi in hoc caetera devenerint animalia, rurſus ex eo diſcedere poſſunt, praeterquam ſcarabei omnes: ſed ii locum circumcirca inambulantes fame inibi moriuntur.

131. (116) Iuxta Thraciae Cyclopas fonticulus exiſtit, cuius aqua aſpectu quidem ſincera pellucidave incolis, ac pari modo caeteris apparet. caeterum ſi ex ea aliquod animal biberit, confeſtim obire diem aiunt.

132. (117) Iuxta Biſaltas Graſtoniae regionis lepores captos bina iecora habere traditur. Inibique locus quidam eſt, qui iugeris magnitudinem non excedit, in quem ſi bruta ingrediantur, repente interire autumant.

133. In ea quoque regione delubrum aliud Dionyſio dicatum, quod amplitudine pulchritudineve caetera excellit. in quo, cum eius feſtivitates ac ſacra celebrantur, ſi Deus quidem annualem feracitatem agere intenderit, magnum ignis ſplendorem apparere aſſerunt, et hunc omnes, qui circa delubrum degunt, homines conſpicere. ſi vero frugum penuriam, lucem hanc minime videri, ſed tenebras locum occupare, ceu ceteras noctes legitur.

134. (118) In Elide domicilium quoddam ineſſe legitur, quod ab oppido octo ſtadiorum diſcrimine maxime diſtat: in quo, cum Dionyſia perſolvuntur, tres vacuos lebetes imponunt. at haec ita agentes Graecum peregrinum quem volunt vaſa explorare, foresque domicilii ſigillo concludere adhortantur. et poſtquam portas aperire decreverint, ſigilla civibus advenisque oſtendunt, foresque aperiunt. qui vero ingrediuntur, lebetes vino repletos, locique pavimentum ac eius parietes minime oblaeſos inveniunt: qua de cauſa nequaquam ſuſpicandum eſt, ut id arte aliqua incolae moliantur.

135.

135. (119) Iuxta Elides milvos quoque carnem e manibus illorum, qui per plateam illos deferunt, eripere ſcribitur: eos tamen qui ſacra conficiunt, minime tangere autumant.

136. (120) In Coronea Boeotiae talpae vitam degere, et terram infodere nequeunt, cum in reliqua Boeotia talparum multa copia habeatur.

137. (121) In Arcadiae colloſſis fontem quendam ineſſe aſſerunt, in quo muſculi terreſtres generantur, ac inibi interdiu noctuve pernatant deguntque. Hoc idem Lampſaco inveniri aſſerunt.

138. (122) In Cranone Theſſaliae geminos duntaxat corvos oppidum incolere aſſerunt. ii vero cum enidulati fuerint, (ut conſtat) peregre abeunt, ac alios eiusdem numeri et ſui generis inibi relinquunt.

139. (123) In Apollonia, quae regioni Atlantinorum proxima extat, bitumen foſſile enaſci, picemque aquarum more ſcaturientem emanaſſe proditur, haud a Macedonica differentem, niſi haec craſſior, nigriorve illa exiſteret. Caeterum nec longe ab ea regione ignis omnibus anni temporibus flagrat, veluti circa regionem illam accolae affirmant. at locus qui comburit, non multum extenditur, (ut conſtat) ſed amplitudinem quinque accubantium occupat: redolet vero ſulphur, alumenve. prope autem hunc herbae profundae naſcuntur. Sed quod alicui admirationem inducere poſſet, potiſſimum eſt, arbores magnas intervallo cubitorum quatuor ab igne diſtare. Flagrare quoque eiusmodi ignem circa Lyciam, et Megalem Peloponneſi civitatem ferunt.

140. (124) Pecora apud Illyrios bis ſingulo anno parere traditur, ac pro maiori parte gemellos, multaque ternos vel quaternos pullos parturire, nonnullas vero quinos aut plures. Amplius autem terna lactis mulctra implere facile aſſerunt. Gallinas quoque non (ut alibi) ſemel, ſed bis terque interdiu parere affirmant.

141. (125) Sylveſtres boves Paeoniae longe maiores caeteris, qui in aliis locis reperiuntur, extare legitur.

142. (126) Etſi de Siciliae freto quamplures alii ſcripſerunt, attamen hic, quem retro diximus, Polycritus de ipſo portentuoſum quid evenire cecinit. Etenim ex Tyrrheno pelago multo cum ſtridore ac impetu elatam fluctuationem utriusque promontorii cacumina incurrere ait: quorum aliud quidem Siciliae, aliud vero Italiae, cui Rhegion nomen eſt, ex vaſto ſcil. mari delatam in anguſtam fluctuationem concludi inquit. hoc autem exacto undam in ſublimi altumve extolli multo cum fremitu, ut penitus multam loci amplitudinem aſcendentis occupet, et longe aſtantibus eius elationem viſibilem eſſe, quae fluctuanti mari nequaquam ſimilis extat, tum altitudine, tum albedine, tum etiam ſpuma. pari quoque ratione qui in locis a mari inſuperabilibus extant, inundationes ad utraque promontoria irruere, ac inibi conſcendere affirmant. cuius quidem rei enarratio incredibilis eſt, contemplatio vero aſpectu intolerabilis extat. cum interdum vero huius inundationis ex mutuo confractu concertant, adeo profundum horridumque ſpectaculum his qui vident, exhibere neceſſe eſt, ut illorum quamplurimi ſe ſuſtinere nequeant, ſed prae timore hallucinati in terram concidunt. poſtquam vero unda ad utrumque devenerit locum, ac in ſublime elata uſque ad extrema fuerit in mare, quod ſubter labitur, defertur, ac tunc rurſus maximo rugitu fremituve per immenſas aſperasque vortices fretum ebullire inquiunt, et ex profundo ad ſublime in orbem elevari, ac verſicolorem deferri: cum eius fluctuatio atque longitudo aliquando quidem obſcura, quandoque vero coerulea, ſaepenumeroque purpurea apparere dicatur. Addebat praeterea, quod animalia cuncta nec auditu nec viſu huius fretum tolerare queunt, ſed ad infimas latebroſasque montium partes confugiunt. cum vero inundatio ceſſaverit, vortices ſublimes variasque deferre, adeoque reciprocationes diverſas actitantes, ut flammae, ac aliquorum magnorum ſerpentum contorſioni perſimiles motiones referre videantur.

143. (127) Athenienſes cum Cereri Eleuſinae delubrum aedificarent, columnam aeneam inter lapides reperiſſe proditur, cuius inſcriptum erat: DEI OPEAE hoc monumentum: quam alii quidem Muſaei uxorem extitiſſe aſſerunt, nonnulli Tritolemi matrem fuiſſe.

144.

144. (128) Inter insulas, quae nomenclaturam Aeoli sortiuntur, una exstat, in qua quandam phoenicon, id est, palmularum copiam innasci affirmant: qua de causa phoenicodam, quasi palmulaceam eam appellari. Haud igitur verum dixit Calisthenes, cum hanc arborem a Phoenicibus Syriam littoralem incolentibus cognomen ademptam fuisse enarrat: quinimo et ipsos Phoenices a Graecis vocatos fuisse tradunt nonnulli, eo, quod primos mares nautas, si illac pertransibant, cunctos interficiebant, mactabantque. unde et idiomate Peraebeorum cruentare phoenixae appellant.

145. (129) Oppidum est, quod ab indigenis Hypata dicitur, in quo columnam quandam vetustissimam repertam fuisse ferunt, quam cum illam literis vetustissimis, insculptam homines eius regionis, cuius fuisset, cognoscere voluerint, nonnullos Athenas columnam deferentes miserunt. ii vero dum Boeotiam perambularent, causam peregrinationis quibusdam externis communicarunt, qui eos Thebas introduxere, in eo praecipue loco, quem Ismenion appellant, cum asserent inibi maximam literarum inscriptionem reperiri. Referebant quoque in illo quaedam consecrata vetustissima inesse, quae consimiles literarum numeros detinebant, qua de causa ex cognitis earum, quas investigabant, inventionem ipsos fecisse affirmant, ac huiusmodi carmina composuisse.

„Abducta bove Geryonis, pulchraque Erythia,
„Haec luco Alcydes Persephone posuit.
„Victorem at desiderio Dea candida vicit,
„Nympharum vero de genere una Erythe.
„Hic puerum fago complexa Erythonta sub alta,
„Concubitus sola haec dat monumenta sui.

cum ex eo, et non ex Erythia boves abduxerint: etenim in Lybiae et Iberiae regionibus nullum Erythiae nomen reperiri legitur.

146. (130) In Lybia civitas est, cui Ityca nomen extat: quae quidem (ut inquiunt) sita est in eo sinu, qui Hermaeae et Equi promontorium mediat, ultra vero Carthaginem CC. stadiorum intercapedine, quam etiam superiori tempore a Phoenicibus conditam fuisse tradi-

traditur, quam Carthago annis CCLXXXVII. (veluti Phoeniceae enarrant hiſtoriae). In hac enim ſal defoſſile altitudine trium cubitorum innaſci aiunt, aſpectu quidem candidum, minime vero ſolidum, ſed tenaciſſimae ſorditiei proximum. caeterum cum Soli exponitur, conſolidatur, ac perſimile pario lapidi efficitur, et ex eo animalia caetera ve ſupellectilia, ac vaſa ſculptores ſcalpunt, et conficiunt.

147. (131) Legitur priſcos illos Phoeniciae indigenas, cum ad Tarteſſum navigare coepiſſent, tantam argenti copiam pro oleo atque alia ſorditie nautica delata exportaſſe, ut nec plus habere nec ſurripere argentum ex eo poterant. caeterum cum adnavigarent aliorſum, cuncta non ſolum quibus utebantur, argentea, ſed et anchoras omnes ex argento confeciſſe.

148. (132) Aſſerunt Phoenices qui apud Gadiram incolunt, cum trans columnas Herculeas quatuor dierum itinere ſubſolano flatu expirante adnavigarent, ad nonnulla loca ſolitaria incultaque acceſſiſſe: ulva tamen ac alga repleta, quae cum quidem aquarum gurges efficitur, tinguntur: cum autem inundatio, demerguntur. in quibus thunnorum protentam copiam inveniſſe, qui magnitudine et craſſitie perpingues inerant. hos vero cum exſiccaſſent, in vaſis repoſuerunt, ac Carthaginem detulerunt. Caeterum Carthaginenſes eos ex urbe minime admovebant, ſed ob excellentem virtutem, quam in epulis cibisve afferunt, eos inter ſe illi conſumebant.

149. (133) In Pedaſia Cariae regionis Iovi ſacrificia perſolvuntur, ad quae capram quandam incolae mittunt, de qua mirandum quid evenire autumant. Incedit enim haec ex Pedaſſo per LXX. ſtadia, ad locum ſacrificii, per turbamque multam, quae eam contemplatur, minimeque capra ipſa conturbatur, neque ab itinere avertitur. cum vero funi alligatur, tramite pulchriori eum, qui ſacerdotia exportat, praecedit. Verum quod caeteris advenis ſtuporem inducit, eſt, eius cornua calices quaternos occupare. Caeterum geminos corvos continue circa Iovis delubrum degere affirmant, quorum unum alio minime advolare, ac alterum in alteriori parte colli albicare traditur.

150.

150. (134) In Illyriis, quae Ardia vocantur, iuxta Autariatarum confinia, inquiunt nonnulli, montem reperiri, cui vallis ampliſſima una quam proxima eſt, ex qua multam aquae copiam, non omnibus horis, ſed vere duntaxat reſilire aiunt: quam cum indigenae exhauriunt, in caverna aliqua interdiu quidem conſervant, noctu vero ſub dio exponunt: idque per quinque vel ſex dies illi actitantes, aqua induratur, ac optimum ſal efficitur; quod gregis gratia praecipue reſervant: ſal etenim ad ipſos minime vehitur, eo quod loca longa intercapedine a mari diſtantia incolant, nec ipſi cum alienigenis degant. Salis igitur maximo uſu greges paſcuntur. ſal enim bis in anno gregibus cibi cauſa exhibent. quod ſi non agerent, quamplurimam gregis copiam ipſis perire contingeret.

151. (135) In Argo vero locuſtarum quoddam genus innaſci affirmant, quod adverſus ſcorpiones pugnator nuncupatur. etenim cum ſcorpionem viderit, *in eum ſurgit: pari paſſu* quoque et ſcorpio contra illam irruit. haec quidem in orbem oberrans, *in ipſum* ſtridorem emittit: ille vero aculeum, quo armatus eſt, elevat, et in eam circumducit, mox aculeum remittit, ac demum omnimode extendit. at illa eum circumcurſat, illumque poſtremo aggreditur, ac devorat. Caeterum hanc comedere locuſtam ſcorpionum ictui optimum ineſſe medicamentum aiunt.

152. (136) Veſpas, quae in Naxo oriuntur, cum viperam ediderint, eius venenum attrahere proditur: etenim caro viperae gratiſſima guſtui veſpae extat: verum ſi poſtea aliquem aculeo feriunt, eas adeo illi circundolentias efficere aſſerunt, ut in illis graviorem morſibus viperarum videantur.

153. (137) Venenum Scythicum, quo milites Scytharum ſagittas reſpergunt, ex vipera confici aſſerunt. Scythae etenim uſui reſervant viperas, quae iam ſobolem procrearunt, *veluti* apertum eſt. has vero capiunt, ac nonnullorum dierum ſpatio liqueſcere dimittunt. cum autem eas idonee putrefactas eſſe illis viſum fuerit, ii univerſum hominis ſanguinem in olla effundentes, intra ſterquilinia defodiendo operiunt. caeterum cum ſanguis putruerit, eius partem ſuperiorem, quae

aquae

aquae effigiem reprenſentat, virulentae ſaniei viperae commiſcent, ac hoc pacto lethalem veneni ſpeciem efficiunt.

154. (138) Regio in Cypro inſula extat, cui Curium nomen eſt, in qua quoddam ſerpentum genus ineſſe ferunt, quod proximam cum aſpide Aegypti naturam atque facultatem obtinet: praeterquam quod ſi hyberno tempore aliquem morſu defixerit, minime eum laedit. Id autem alia de cauſa evenire ſolet, niſi quod animal illud condenſatum, atque contractum algore hyemis prorſus impotens, niſi calefiat, redditur.

155. (139) In Ceo quoddam apii genus innaſci autumant, a quo ſi quis ſpina percuſſus fuerit, moritur.

156. (140) In Myſia album quoddam urſarum genus ineſſe aiunt, cuius feminae cum a venatoribus inſequuntur, huiuscemodi exſpirationem flatus emittunt, ut inſectantium canum carnes putreſcere dicantur. pari quoque modo caeteras beluas cibo ineptas reſpiratione reddere ſolet. caeterum ſi quis vi prope eas adventaverit, tam magnam pituitae copiam ex ore effundunt, ceu conſtat, quae faciei canum, ac ſimili ratione hominum adhaerent, ut ipſos ſuffocare, vel excaecare videatur.

157. (141) In Arabia hyenarum quoddam genus reperiri affirmant, quod, cum beluam vel hominem praeviderit, eos obtumeſcere facit, ac ſic in veſtigio haerere, ut corpora movere nequeant. caeterum cum haec fecerit, id hyenarum genus flagrare videtur.

158. (142) Circa Lyciam (Syriam) animal quoddam ineſſe ferunt, cui Leontophonon nomen extat. leo enim interit, cum hic ex eo aliquid devoraverit, tametſi id ſponte non efficiat, ſed ipſum animal fugit. caeterum ſi venatores eum capiunt, veru decoquunt, et farinae albae modo aliis carnibus ferae inſidiantes aſpergunt: quas ſi leo guſtaverit, ab illis repente interimitur. Illud quoque animal adverſus leonem urinam ſpargit, quam leoni exitialem ineſſe ferunt.

159.

159. (143) Vultures ab odore unguentorum, ſi quis eos inunxerit, vel aliquod edendi gratia eis delibutum dederit, exanimari affirmant. ſcarabeos pari quoque paſſu roſarum redolentia interire proditur.

160. (144) In Sicilia, ac in Italia muſtellas ineſſe enarrant, quarum morſus exitiales ſunt, caeterum nec molles et imbecilles, veluti illae, quae apud nos degunt, extare traditur. Ac eo in loco muſcarum quoddam genus reperiri, quod circunquaque advolare dicitur, ac cum momorderit animalia aliqua, ea interire efficit.

161. (145) In Meſopotamia Syriae provinciae, ac in Iſtronte anguiculos oriri ferunt, qui indigenas minime mordent, advenas vero mirum in modum iniuria afficiunt. (146) Circa Euphratem exacte hoc evenire aſſerunt. etenim quamplurimi angues praecipue iuxta utrasque amnis ripas verſantur. quocirca in meridie ibi viſuntur: cum vero lux deficit, in altera duntaxat riparum parte apparent. caeterum illi Syrios dormientes minime morſu defigunt, advenas vero Graecos avide et cum cruciatu exanimant.

162. (147) In Theſſalia ſerpentem, Sacrum nomine, cuncta non ſolum quae momorderit, ſed etiam quae tetigerit, interficere fama eſt. qua de cauſa cum apparuerit, ac ſibilus eius auditur, tametſi id raro videatur, ſerpentes, et viperae ac caetera omnia beluarum genera fugiunt. Magnitudo huic non ad amplitudinem, ſed ad mediocritatem tendit. Verum in Teno ipſius Theſſaliae oppido tandem a mulierecula hic occiſus fuit, hoc maxime (ut dicunt) modo. Mulier orbem in terram deſcripſit, veneficiaque in eo depoſuit, ac ad eum una cum filio introivit, moxque eius ferae ſibilum voce imitata eſt.

hic vero adverſus eam reſibilavit, et ad orbem acceſſit. at cum illi quamproxime adventaret circulo, ſopore mulierem labefactabat, adeo ut illa fere minime ſopori reſiſtere poſſet, caeterum puerum iuxta ipſam ſedentem dormientemque verberibus excitabat, ſeque increpabat, et filium, ac aſſerebat, ſi dormire porrexiſſent, facile interituros: at ſi coacta vi beſtiola orbem ingrediatur, ambo ſalutem conſequuturos. cum vero ſerpens in circulum ſe conieciſſet, ipſum quamplurimum mortuum eſſe memoriae proditum eſt.

De admirandis auditionibus commentarioli finis.

BOVHE-

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

BOVHERII
DISSERTATIO DE INSCRIPTIONE,
quae cap. 145 legitur.

EX

SCIPIONIS MAFFEI
LIBRO, QVI INSCRIBITVR:

GALLIAE ANTIQVITATES QVAEDAM SELECTAE.

Parisiis 1733. 4 *pag.* 161.

LETTRE

DE M. BOUHIER,

ancien Préſident à Mortier au Parlement de Dijon,
et de l'academ. Françoiſe.

L'Auteur du petit Recueil d'Hiſtoires merveilleuſes (περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων) qui eſt communément attribué à Ariſtote, raconte ſur la fin de ce Livre, qu'au pays des Enianes, et aux environs de la ville d'Hypate, on trouva autrefois une colonne, ſur la quelle étoit gravée une Inſcription; mais en caracteres ſi extraordinaires, qu'ils ne pûrent être déchiffrés par les gens du pays. Curieux de ſçavoir ce qu'elle contenoit, ils réſolurent d'envoyer la colonne même à Athenes, pour conſulter ſur cela les Sçavans de cette Ville. Ceux qu'ils chargerent de cette commiſſion, paſſant par la Béotie, apprirent qu'ils trouveroient à Thébes, dans le Temple d'Apollon Iſmenien, non ſeulement des Inſcriptions en caracteres ſemblables, mais encore des perſonnes, qui pourroient les leur expliquer. S'y étant donc transportés avec leur colonne, et en ayant confronté l'écriture avec celles des Inſcriptions du Temple, dont l'intelligence s'étoit conſervée à la faveur de la tradition, ils reconnurent que ſur leur marbre étoient gravés les Vers qui ſuivent, ſelon qu'ils ſont repréſentés dans les meilleures éditions d'Ariſtote;

Ἡρακλέης τεμσύει τὲ Κυθήρᾳ Φερσεφαάσσῃ
Τηροδακνῆας ἀγέλην ἐλάων, ἠδ' Ἐρύθειαν ἄγων.
Τὰς δ' ἐδάμασσε πόθῳ πασιφάεσσα θεά.
Τῇδε δὲ μοι τέκνῳ τῷδ' Ἐυρύθοντι δάμαρτι,
Νυμφογενὴς Ἐρύθη δή τοδ' ἔδωκα πέδον,
Μναμόσυνον Φιλίας, Φηγῷ ὑπὸ σκιερῇ.

Telle eſt l'Hiſtoire de la découverte de ce beau Monument. Mais comme Ariſtote n'en a parlé, que pour appuyer le ſentiment de quelques Hiſtoriens, rapporté par Arrien (De Expedit. Alex. Lib. 2.), ſçavoir que l'expedition d' Hercule contre Géryon ne s'étoit point faite ailleurs, qu'aux environs de l'Epire, où régnoit ce dernier, il a confirmé cette preuve par deux circonſtances: la premiere que le lieu, où la colonne avoit été trouvée s'appelloit Ἔρυθος. La ſeconde, que la prétenduë Isle d' Erythie, où les autres Hiſtoriens plaçoient la défaite de Géryon, et l'enlevement de ſes troupeaux, n'étoit connuë ni en Iberie, ni en Libye. Ce qui devoit faire juger que tout ce qu'on en diſoit étoit une pure fable.

Quoiqu'il en ſoit, ces vers ſont ſi défigurés dans Ariſtote, que ni l'Interpréte Latin n'a entrepris de les traduire, ni aucun des Commentateurs de l'expliquer; non pas même le célébre Caſaubon, dans l'edition qu'il donna de ce Philoſophe en 1590.

Iſaac Voſſius s'y trouvant embaraſſé, eut recours à notre grand Saumaiſe, qui étoit alors ſon Oracle, et inſera enſuite les conjectures de ce ſçavant homme pag. 5. de ſes Notes ſur le Geographe Scylax. En voici la Subſtance.

Saumaiſe croyoit que les ſix Vers de la colonne formoient deux différentes Inſcriptions, de trois vers chacune, et liſoit ainſi la premiere:

Ἡρακλέης τεμένιζε κυθήρας Φερσεφαάσσῃ
Τῇδ' ἀγέλην ἐλάων, ἐκ δ' Ἐρύθης ἀνάγων,
Τὸν δ' ἐδάμασσε πόθῳ Φερσεφάεσσα θεά.

C'eſt-à-dire: Hercule conſacra ce terrain à Proſerpine, fille de Venus, lorsqu'il paſſa ici, en conduiſant les troupeaux, qu'il amenoit d' Erythie, et que la Déeſſe Proſerpine triompha de ſon coeur.

Pour l'autre Inſcription, qu'il prétend n'avoir rien de commun avec la premiere, il la tournoit en cette ſorte:

Τηλεδάμῳ τέκνῳ, καὶ Ἐυρύτῳ ἧ δάμαρ αὐτῷ
Νυμφογενὴς Ἐρύθη δὴ τόδ' ἔθηκα πέδον,
Μναμόσυνον Φιλίας, Φηγῷ ὑποσκιερόν.

Ce qui ſignifie: Moi Erythé, fille d'une Nymphe, et femme d' Eurytus, j'ai dédié ce lieu, ombragé de hêtres, à Télédamus mon fils, et à mon mari, pour monument de ma tendreſſe.

Vos-

Voſſius, qui avoit adopté ces conjectures de Saumaiſe, ne tarda pas à s'en repentir; et comme il étoit devenu ſon ennemi, il ſe fit un plaiſir de réfuter ſon ſentiment, en ſes remarques ſur Pomponius Mela, Lib. 3. Cap. 6. Il en allégua néanmoins pour toutes raiſons, qu'on n'avoit jamais oüi dire, que Proſerpine fût fille de Venus, ni qu' Hercule eût été amoureux de Proſerpine.

Mais quoique cette raiſon ſoit bonne, il en auroit pû encore oppoſer une meilleure. C'eſt que ſi l'Inſcription avoit été conçüe ſuivant l'Idée de Saumaiſe, on ne voit pas comment Ariſtote en auroit conclu, que les troupeaux de Géryon n'avoient pas été enlevés en Iberie. Car elle auroit prouvé ſeulement qu' Hercule en les emmenant avoit paſſé par le pays des Enianes. Fait, qui n'etoit point incompatible avec l'opinion commune. D'ailleurs il eſt difficile de n'être pas choqué de ces deux Inſcriptions, qui ſe trouvent à la ſuite l'une de l'autre, ſans avoir entr' elles aucune liaiſon.

Voſſius a donc crû devoir réformer l'Inſcription en cette manière:

Ἡρακλέης τεμενίσσατο Κέρᾳ Περσεφάσσᾳ
Γηρυονῆ ϰλάων, ἠδ' Ερύθειαν ἄγων,
Τᾶς δ' ἐδάμασσε πόθῳ Πασιφάεσσα θεά.
Τηλεδάμῳ τέκνῳ, τῷ τ' Ἐυρυτίωνι ὀάμαρ πρὶν
Νύμφογενὴς Ἐρύθη τῇ τό δ' ἔδωκα πέδον,
Μναμόσυνον φιλότα Φυτάδ' ὑπὸ σκιερᾷ.

C'eſt-à-dire: Hercule conſacra ce bois à la Déeſſe Proſerpine, lorsqu' après avoir enlevé Géryon, et ſes troupeaux, il les conduiſit à Erythie, où ces troupeaux devinrent l'objet des déſirs de la Divine Paſiphaë. Et moi Erythé, iſſuë d'une Nymphe, j'ai donné ce terrain, couvert d'un bois touffu, à mon fils Télédamus, et à Eurytion ci devant mon mari.

Mais Voſſius me paroît s'être ici équivoqué bien plus lourdement que Saumaiſe.

Car 1o. il renverſe l'Hiſtoire de Géryon, qui de l'aveu de tous ceux, qui en ont parlé, fut tué dans le tems qu' Hercule enleva ſes troupeaux. Et envain veut-il ſe prévaloir de ce paſſage, qu'il cite de Scylax: Ἐνταῦθα ὁ Γηρυόνης λέγεται ἥκειν, καὶ τὰς (ou plutôt τὰς) βᾶς βοκολεῖν. La raiſon eſt que ce verbe, ἥκειν, ne marque pas que Géryon eût été conduit par force à Erythie, mais qu'il y étoit venu de l'Epire, pour y faire paître ſes troupeaux, comme on le voit par la ſuite. Je ſuis même perſuadé qu'au lieu d' ἥκειν, Scylax avoit écrit, οἰκεῖν. Car on convient que l'endroit, qu'il habitoit s'appelloit Erythie, ou Erythe.

2o. Voſſius ſuppoſe encore contre l'Hiſtoire, qu' Hercule amoureux de je ne ſçai qu'elle Paſiphaë, dont on n'a jamais entendu parler, lui fit préſent des troupeaux, dont il s'agit. Or on ſçait au contraire, qu' Hercule les conduiſit

duiſit à Euryſthée, qui en fit un ſacrifice à Junon. Il n'y a point de fait moins douteux dans la Mythologie.

3o. Une autre faute contre l'Hiſtoire, c'eſt qu'il fait Erythé femme d' Eurytion, au lieu qu'elle étoit ſa mere, l'ayant eu du Dieu Mars, ſuivant que le Scholiaſte d' Héſiode, ſur le vers 293. de ſa Théogonie nous l'apprend en ces termes: Τὸν Ἐυρυτίωνα φησὶν Ἑλλάνικος γεγενῆσθαι ἀπὸ Ἄρεος, καὶ Ἐρυθήιας. Car on voit dans Eſtienne de Byzance, au mot, Ἐρύθεια, qu' Ἐρύθη, et Ἐρύθεια ſont la même choſe.

4o. Voſſius n'a pas pris garde, que ſon explication n'étoit pas moins oppoſée, que celle de Saumaiſe, à la penſée d' Ariſtote. Car en la ſuivant, loin que l'Inſcription ſerve à prouver, que l'enlevement des troupeaux de Géryon ſe fit aux environs d' Hypate, elle paroît prouver le contraire; en ce qu'elle porte qu' Hercule y conduiſit ces mêmes troupeaux. D'où il ſuit que ce ne fut pas là, qu'il s'en rendit le maître. Cela étant, il ne ſeroit pas impoſſible, qu'il ne s'en fût emparé dans l'autre Erythie d' Ibérie. Ce qui feroit tomber le raiſonnement d' Ariſtote.

Je laiſſe à part les autres défauts des conjectures de Voſſius; comme lorsqu'il veut que le τὰς du troiſiéme vers ſe rapporte au mot βᾶς, qui ne ſe trouve point dans l'Inſcription; qu'il veut faire croire, que par le mot Γηρυονῆα, on peut entendre les troupeaux de Géryon, et qu'il nous donne ſon φιλότα, pour un prétendu génitif Dorique, pour φιλότατος. A quoi il faut ajouter une faute de quantité, qui lui eſt commune avec Saumaiſe, en ce qu'ils font l'un et l'autre la troiſiéme ſyllabe de Τηλεδάμῳ bréve; et une autre, qui lui eſt particuliere, en ce qu'il fait longue la premiere ſyllabe de φυτάδι, quoiquelle ſoit bréve dans φυτὸν, et dans tous ſes dérivez.

Après avoir rejetté les deux ſeules explications de ce Monument, qui ſoient venuës à ma connoiſſance, il eſt tems, Monſieur, de vous parler de la mienne. Mais je dois auparavant établir de certains faits, ſur lesquels elle eſt fondée.

Le premier eſt, que ce fut auprès d' Hypate, et du lieu, où fut trouvé la Colonne, qu' Hercule vainquit Géryon, le tua auſſi-bien qu' Eurytion, et s'empara des fameux troupeaux, dont il eſt queſtion. La ſuppoſition de ce fait eſt même neceſſaire pour juſtifier l'uſage, qu'a fait Ariſtote de notre Inſcription, pour etablir ſon opinion ſur les lieux, où régnoit Géryon.

Le ſecond fait, que je ſuppoſe, eſt qu' Hercule après ſa victoire étoit encore dans la même contrée, lorsque Junon irritée de ce ſuccès, réſolut de lui en faire perdre le fruit, en diſſipant ſes troupeaux par un artifice, qui eſt rapporté au long par Apollodore, Biblioth. II, 10.

Il eſt vrai qu'il dit, que cela arriva vers les montagnes de Thrace. Mais outre que la Mythologie n'eſt pas toujours fort exacte ſur les faits Geographiques, il eſt certain que ſous le nom de Thrace on comprenoit alors toute la Theſſalie, laquelle même ne prit ce nom, que d'un deſcendant d'Hercule, ſuivant Strabon, à la fin du Livre IX. A quoi il faut ajouter ce que dit ſur cela Voſſius, en ſes Notes ſur Pomponius Mela II. 3. p. 150. Edit. de 1658. Or Hypate touchoit aux montagnes de la Theſſalie.

Je ſuppoſe encore, que le paſſage, où Apollodore dit que Junon, pour diſperſer les troupeaux d'Hercule, ταῖς βουσὶν οἶστρον ἐνέβαλεν, le mot οἶστρος ne doit pas être entendu de cette eſpece de mouches, qui tourmentent les animaux. Mais l'Hiſtorien s'eſt ſervi de cette expreſſion pour marquer, que la Déeſſe avoit mis ces bêtes en chaleur, et leur avoit cauſé cet état violent, qui eſt appellé agréablement par Horace, Od. I. 25.

Flagrans amor, et libido,
Quae ſolet matres furiare equarum.

οἶστρος étoit ordinairement employé par les Grecs en ce ſens. Heſychius: Οἶστρος, ἀφροδισίων πύρωσις. Suidas: Οἴστρησις, ἡ θηλυμανία, καὶ οἰστρηλατέμενοι, πυρέμενοι. Hérodote, II. 93. parlant de certains poiſſons appelle cette paſſion, οἶστρον κυίσκεσθαι, Et Oppien, Halieut. I. 473.

Ἔαρι δὲ γλυκὺς οἶστρος ἀναγκαίης Ἀφροδίτης.

De là vient l'Epitéte d'Οἰστροφόρος, donnée à Venus dans une Epigramme de l'Anthologie, VII. p. 591. Edit. de 1600. Je ne finirois pas, ſi je voulois ramaſſer ici tous les exemples pareils. En voilà aſſez pour comprendre le véritable ſens de ce paſſage d'Apollodore, et d'un autre encore du même Auteur, II. 3. où parlant d'Jo, métamorphoſée en vache, il dit que Junon τῇ βοῒ οἶστρον ἐμβάλλει. Car cela doit être entendu de la même paſſion, dont je viens de parler, ſuivant le Scholiaſte de Sophocle, Electr. v. 5. et celui de Lycophron ſur le v. 1292. Et en effet, on a prétendu, que dans la vérité du fait, Jo fit à Tyr pendant dix ans le métier de Courtiſanne, comme nous l'apprend S. Epiphane, Ancorat. §. 106. p. 107.

J'ajouterai ſeulement que les Latins ont quelquefois imité cette façon de parler. L'Auteur du Poëme de Ciris, attribué à Virgile, (v. 184.) parlant de la même paſſion.

Horribili praeceps impellitur oeſtro.

Et Tertullien (De Pudicit: c. 10.) l'appelle pareillement *moechiae* Aſilum. Ce qui me fournit en paſſant l'occaſion de rétablir un endroit aſſez corrompu de votre Catulle Carm. 98. Car je ſuis perſuadé qu'il y faut lire:

Praeterea rictum, qualem deſiſſus in oeſtrum
Meientis mulae cunnus habere ſolet.

Je ne vous en dirai pas les raiſons. Elles ſautent aux yeux.

Tel

Tel fut donc le ſujet de la fureur qui ſaiſit les troupeaux d' Hercule. Ariſtote nous apprend (Hiſt. Animal. VI. 18.) que quand les vaches ſont en chaleur, elles ne peuvent plus être retenuës, par ceux qui les gardent: *Αἱ δὲ βόες ταυρώσιν, ἕτω δέ σφόδρα κατακώχιμαι γίνονται τῷ πάθει, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτῶν κρατεῖν, μηδὲ λαμβάνεσθαι τὰς βυκόλας.* Il en eſt de même des jumens. Témoin le paſſage d' Horace, que jai rapporté ci-deſſus, et ce vers de Virgile, Georg. II. 266.

Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum,

Cela eſt connu de tout le monde.

Il eſt donc très-vraiſemblable, qu' Hercule au deſeſpoir de cet accident, qui dérangeoit ſes projets, et ne ſçachant comment y rémédier, commença par recourir à la Déeſſe Venus, à qui peut-être il imputoit ce malheur, pour l'engager à tempérer dans ces animaux une ardeur, qui obéît à ſes ordres. Ayant donc trouvé dans la Campagne d' Erythos un hêtre reſpectable par ſon antiquité, il choiſit ce lieu, pour y dreſſer un Autel à la Déeſſe, et y faire un ſacrifice, qui pût l'appaiſer.

Il n'eſt pas moins probable, que quand il eut quitté cette Campagne, pour courir aprés ſes troupeaux égarés, Erythé, ou Erythie, fille de Géryon, et mere d' Eurytion, ayant appris la mort de ſon fils, fut en ce même endroit lui rendre les derniers devoirs, en lui érigeant un Monument dans le lieu même, où elle s'imaginoit que Vénus l'avoit vengée des attentats d' Hercule. Tel fut, à mon avis, le ſujet de la Colonne, et de l'Inſcription que je lis en cette ſorte:

Ἡρακλέης τεμένισσε Κυθήρᾳ πασσιφάεσσᾳ
Γηρυονείας βῆς ἐξ Ἐρύθε ἀνάγων,
Τᾶς δ' ἐδάμασσε πόθῳ πασσιφάεσσα θεά.
Τῆδε δ' ἐμῷ τέκνῳ τῷ δ' Ἐυρυτίωνι δαμέντι
Νυμφογενὴς Ἐρύθη δὴ τό δ' ἔδωκα πέδον,
Μναμόσυνον φιλίας, φηγῷ ὑπὸ σκιερῇ.

C'eſt-à-dire, en traduiſant ces vers à la lettre:

Hercules locum hunc conſecravit Veneri omnibus patenti,
Geryoneas boves ex Erytho abigens,
Quas domuit amore omnibus patens Dea.
Hic autem meo filio Eurytioni victo,
Nymphae ſoboles Erythe hocce donavi ſolum,
Monumentum amoris, fago ſub umbroſa.

J'ai tenté auſſi de rendre en vers cette Inſcription en cette ſorte:

Omnivagae Veneri Alcides haec arva dicavit.
Geryonis vaccas Erytho dum pellit ab agro,

Quas

Quas Dea mox insano ultrix furiavit amore.
Ast ego, Nympharum soboles, hîc moesta perempto
Eurytioni Erythe genitrix, sub tegmine fagi,
Huncce dedi campum, monumentum, et pignus amoris.

Les changemens que j'ai faits dans le texte, sont peu considérables. Περσεφάεσσα joint à Κυθήρα, n'etant pas supportable, j'ai substitué un mot, qui en approche fort, et qui convient parfaitement ici. Car il marque que Vénus se faisoit sentir aux animaux, comme aux hommes. C'est pour cela qu'elle est apellée souvent Πάνδημος, suivant les exemples ramassés par M. Spanheim, en ses secondes remarques sur les Césars de Julien, n. 212. et quelquefois πολύκοινος, comme dans S. Epiphane Ancorat. §. 105. D'ailleurs il paroît evident, qu'il est ici question de la même Deesse, dont il est parlé au troisième vers.

Au second, Γηρυονείας est ce qui m'a paru le plus approcher du Τηροδωνῆας, ou Τηδορωνῆας des Manuscrits. On trouve dans Suidas, Γηρυόνεια δένδρα, Γηρυόνειον νῆμα, et même Γηρυόνειος βῆς. Car c'est ainsi qu'il faut lire au lieu de Γηρίνειος dans ce Grammairien, qui pourroit bien avoir tiré cette expression de notre Inscription.

Ἀγέλην est sans doute une interprétation marginale de βῆς comme ἐλάων ἄγων, ou ἀνάγων.

Ἐξ Ἐρύθε ἀνάγων. Il y a ici un petit changement, mais nécessaire. Car cette Inscription doit prouver, que ce lieu s'appelloit Ἔρυθος, et non Ἐρύθεια, suivant ces paroles d'Aristote: Τέτῳ τῷ ἐπιγράμματι ἐπεχώρησε καὶ ὁ τόπος ἐκεῖνος, Ἔρυθος καλέμενος, καὶ ὅτι ἐκεῖθεν τὰς βῆς (ou plutôt τὰς βῆς) καὶ ἠν ἐξ Ἐρυθείας ἄγαγεν.

Au troisiéme vers il ne faut pas être surpris, qu'Erythé impute à Venus un événement, dont elle étoit ordinairement la cause. On peut voir ce que j'en ai dit ci-dessus. Elle ne pouvoit sçavoir, que c'étoit l'effet du couroux d'une autre Déesse encore plus puissante.

Les corrections, que j'ai faites dans le reste de l'Inscription, sont beaucoup plus légéres, que celles de Saumaise, et de Vossius, et font un sens très-naturel, si je ne me trompe.

Quoiqu'en ait dit Saumaise, il faut bien se garder de changer, φηγῷ ὑπὸ σκιερῇ. Outre que φηγῷ a pû être dit poëtiquement pour φηγοῖς, on sçait que la vénération des Payens pour les vieux hêtres suffisoit, pour les engager à consacrer le terrain, où il s'en trouvoit un seul. V. Hérodote, II. 55. et Callimaque, Hymn. in Dian. v. 239. où l'on peut consulter les Remarques du sçavant M. Spanheim.

Au reste vous ne serez sans doute point surpris de voir en cette Inscription deux Pentamétres à la suite d'un Hexamétre. Les anciens Poëtes se

permettoient ces ſortes de choſes, et ont même fait des Poëmes entierement compoſés de Pentamétres, ſi l'on en croit M. Eſtienne, Diatrib. I. in Horat. et Voſſius le pere, Inſtit. Poëtic. Lib. 3. Cap. 11. §. 1. Ce dernier cite de plus un Oracle en deux vers, dont le permier eſt un Pentamétre, et le ſecond un Hexamétre. A quoi il faut ajouter les trois vers de Trimalchion, dont les deux premiers ſont Hexamétres, et le troiſiéme Pentamétre, dans Pétrone, Cap. 34.

A l'égard des Inſcriptions, Plutarque (in Ariſtid. pag. 330. Edit. Pariſ.) en rapporte une, compoſée pareillement de deux Hexamétres, et d'un Pentamétre. Héphaeſtion (de Metr. p. 64. Edit. 1726.) en cite une de Simonide, compoſée d'un Hexamétre, d'un Pentamétre, et d'un Jambe. Il y en a un grand nombre d'autres Gréques dans les Recueils de ces ſortes de Monumens, comme dans Gruter, DCLV. 2. DCLXXXI. 4. etc. Dans Reineſius, Pag. 83. et 683. Dans les Mélanges de Spon, Pag. 318. et 370. Dans Gronovius, Memor. Coſſon. Pag. 445. et dans Fabretti, Pag. 144. n. XIX. où il faut rétablir ainſi le ſecond vers:

ΣΩΜΑ ΚΑΤΟΙΧΟΜΕΝΗΣ ΠΕΡΙΚΑΛΛΕΟΣ ΗΣ ΕΠΙΓΕΙΩΝ.

Parmi les Inſcriptions Latines, il y en a encore pluſieurs pareilles. On peut voir entr' autres Gruter, CCCXXXIX. 4 DCLIV. 6. DCCLVII. 3. DCCCCXXXIX. 1. etc. et Fabretti, Pag. 189. n. 437. et pag. 374. n. 169. où je remarquerai en paſſant qu'au dernier vers il faut lire:

CONIUGIS, EV (pour HEV) GRATAE PRAESTITIT ECCE FIDES.

Au lieu de CONIUGI SVE GRATAE etc. qui ne fait aucun ſens.

Il me reſte à vous dire ma penſée ſur les caractéres de cette Inſcription, qui parurent inintelligibles aux Enianes, et dont ils découvrirent l'explication à la faveur d'autres Monumens ſemblables, qui étoient à Thebes, au Temple d'Apollon Iſménien, ſuivant le témoignage d'Ariſtote, où je croi que le mot, ἀρχαῖα, doit être changé en ἀρχαίων, à moins qu'il ne ſoit transpoſé. Vous en jugerez. Car voici le paſſage entier: *Λέγοντες εἶναί τινα ἀναθήματα ὁμοίως ἔχοντα τὰς ῥυθμὰς τῶν γραμμάτων ἀρχαῖα.*

Ces Inſcriptions, au nombre de trois, ſont rapportées par Hérodote (V. 58. 59.) en caractéres ordinaires. Mais il nous apprend, qu'elles étoient en lettres Cadméennes, et que ces lettres étoient ſemblables pour la plus grande partie aux Joniennes. Or les Cadméennes dans les premiers tems étoient les mêmes, que celles des Phéniciens, ſuivant le même Hiſtorien, où du moins elles étoient peu differentes. Surquoi vous trouverez bon, que je vous renvoye à ce que j'ai remarqué ſur cela autrefois, n. 51. et ſuiv. de ma Diſſertation, De Priſcis Graecorum et Latinorum Literis, qui eſt à la fin

fin de la Paléographie Gréque de notre illuſtre ami le R. P. de Montfaucon.

Cela étant, non ſeulement on n'y voyoit aucune des cinq lettres Υ. Φ. Χ. Ψ. Ω. qui ont été depuis ajoutées a l'Alphabet Grec, mais les lignes en étoient écrites à rebours, ou de la droite à la gauche, comme dans l'ecriture Phénicienne. Il y a même apparence, qu'on n'avoit pas encore mis en uſage au tems de cette Inſcription la maniere d'écrire partie de droite à gauche, et partie de gauche à droite. Ce qu'on appelloit, βεϛροφηδὸν γράφειν, comme je l'ai remarqué au même endroit, n. 5. et comme dans l'Inſcription ſinguliere de Sigée, rapportée par M. Chishull, Antiq. Aſiat. Pag. 1. D'ailleurs les lettres Gréques avoient encore alors à-peu-près la même figure, que les Samaritaines, ſuivant que vous pouvez le voir dans la même Diſſertation, n. 55.

Pour vous donner une idée plus juſte de mes conjectures à cet égard, je vais vous donner un échantillon de la maniere dont j'imagine qu'étoit écrite la premiere de ces Inſcriptions Thébaines, laquelle eſt du tems d'Amphitryon, pere d'Hercule. Car je croi qu'elle etoit conçuë à-peu-près ainſi :



On peut juger par là de la maniere dont étoient écrits les ſix vers de cette Inſcription; et cela ſuppoſé, il ne faut pas être ſurpris, ſi les Habitans d'Hypate n'y comprirent rien. Mais il en étoit autrement des Prêtres de Thebes, qui ayant toujours eu devant les yeux les trois Monumens, dont parle Hérodote, et ayant appris de leurs devanciers, comment ils devoient être lûs et expliqués, n'eurent pas de peine à en faire autant de la Colonne, dont Ariſtote nous a heureuſement conſervé la mémoire.

LE P. BOUHIER.

C. G. HEYNE
ANNOTATIONES.

Cap. 1. ὄρει τῷ Ἠσαίνῳ. Verum nomen haud dubie est in Hist. Anim. IX, 45. Aristotelis mons *Messapius*: nam ex Italia pars Cretensium, qui inter Iapygas, Messapios dictos, consederant, in Thraciam traiecerat, ubi Bottiaei dicti: v. Conon Narr. 25. Strab. VI. p. 427 B. et ibi laudatum Plutarch. in Thes. Ex antiquis itaque sedibus nomen ibi monti Messapio adhaesisse videri potest, ad quem per aliquod tempus consederant, antequam ad oram maris pervenirent, iuxta Axii ostia, ad quae Bottiaea fuit.

καὶ μέλαν σφόδρα εἶναι. debet esse μέλανα. *ea cornua valde atra esse.*

ἐστὶ δὲ ἡδύκρεων. ex margine alieno loco positum ex loco Aristot. H. A. IX, 71.

τοῦτον ποιεῖν τὸν ἄφοδον. debet esse ταύτην τὴν ἄφοδον. et mox τεταραγμένου μὲν οὖν τοῦτο ποιεῖν τὴν ἄφοδον· *excrementa hanc vim habere.* Nam sequitur ἀταράχου δὲ, μὴ ἐπικαίειν (sc. τὴν ἄφοδον.) Verum similia iam Sylburgium monuisse nunc video, comparasse quoque verba Aristotelis. Abstinebo igitur ab iis omnibus, quae iam in Notis aliquem interpretum attigisse videro. Paulo ante inserenda copula καὶ ante πολλάκις.

c. 3. p. 14. τοὺς ἐν Ἑλίκῃ suspicor esse corruptelam glossematis. adscripserat aliquis, memor eorum, quae in altero Aristotelis loco H. A. VI, 7. de mutatione accipitris in coccygem memorantur, τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, quod exscriptor, qui reliquis capitibus locum addi viderat, et ipsum in geographicum nomen mutavit. Similes interpolationes plures occurrunt. Sic c. 5. ἐν Ἀχαΐᾳ.

c. 6. p. 22. τοῦτο οὖν — χρίσαντες τὸ ἔριον ἀφιᾶσιν. haud dubie τούτῳ οὖν — χρίσαντες, et τὸ ἱερεῖον, victima pro bove caesa; nisi

nisi τὸ κρεάδιον fuit. Certe *aconito carnes illinunt atque ita per compita spargunt semitarum* Solin. c. 17. Et ap. Plin. *perfricata carne* et, *tangunt carnes aconito*, et Cic. N. D. II, 50. *pantheras, quae in barbarica terra venenata carne caperentur.*

c. 7. p. 25. τὰ σαρκία τὰ ἐξερχόμενα. alterum hoc ex margine esse et quidem corruptum suspicor, cum adscriptum esset ἐξανέχοντα vel ἐξέχοντα, *prominentes* carnes. In Plutarcho est τῶν ἐνισχομένων.

c. 9. p. 28. ὑποκύψαντα ἀπὸ τῶν ὀπισθίων σκελῶν verius ὑπὸ τῶν.

c. 13. p. 36. εἰσφορήσωσιν. leg. εἰσφρήσωσιν ex usu loquendi.

c. 21. p. 50. Verba καὶ ἥδιστα ποιήσαντες haud dubie sunt ex margine.

c. 25. p. 57. Φασὶ δὲ καὶ τοὺς Χάλυβας. Perturbata haec. Leg. περὶ τοὺς Χάλυβας, ut solet noster similia per περὶ efferre, pro ἐν τοῖς X. et mox leg. συμφορεῖσθαι παρὰ πλειόνων sc. μυῶν. Caput hoc ab interpolatore insertum. Translata vero indocte ad Chalybas narratio de auro, quae adiecta erat in scriptore, unde haec petita erant: fere ut in Plinio VIII, 57.

c. 29. p. 63. καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν manifestum glossema.

c. 41. p. 83. καίεσθαι male ex margine admissum: fuit διακοπέντα καὶ συντεθέντα πρὸς ἑαυτὸν, — οὕτως — καίεσθαι. Sic et in loco Theophrasti: τοιοῦτος διακοπεὶς καὶ συντεθεὶς πρὸς ἑαυτὸν, etc. Ceterum haec et tot alia e Theophrasto petita vix fidem faciunt, haec ab Aristotele profecta esse.

c. 43. p. 86. καὶ ἀνίεται, surgit et excrescit, ut plantae dicuntur e terra ἀνίεσθαι.

c. 46. p. 88. Sermonis ratio vix alium sensum admittit quam, ut rex super iis, tanquam ara aut mensa, libaverit: οὓς (δύο βώλους) Φασὶν ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτῷ παρακεῖσθαι, καὶ ἐπ' ἐκείνων πρῶτον, ἤν τι ἐσθίει, ἀπάρχεσθαι.

c. 49. p. 93. εἰ δὲ μὴ ἐν μιᾷ καμίνῳ ἐκαίετο. verba hanc ſententiam ſuppeditant: *ſi pyromachus non cum ferro coqueretur, ſed ferrum ſolum, fore ut ab argento hoc parum differat.*

c. 53. p. 109. Totum caput interpolatum eſſe manifeſtum fit. Pantheum fuit Athenis, ſed ſub Adriano factum. Tum ſatis conſtat, vel ex Pind. Ol. 3, 23. ſq. a Danubii fontibus et ab Hyperboreis oleaſtrum ab Hercule adductum in Elidem narrari. Mox iterum his adverſa narrantur ἔστι δὲ αὕτη παρὰ τὸν Ἰλισσὸν ποταμὸν etc. nomen hoc corruptum eſſe ſcripturae ſimilitudine, apparet et facile poteſt in verius mutari Ἐλίσσονα vel Ἔλισσαν ex Strab. VIII. p. 520. C. fuit enim hoc flumen in confiniis Elidis. Verum otium ulteriora perſequenti fecit Hemſterh. ad Ariſtoph. Plut. 586. longa nota p. 180. qui et ipſe ſtatuit ἐν τῷ Πανθείῳ eſſe corrupta, cum Hyperborei commemorandi eſſent, abſtuliſſe ex iis Herculem ſurculum plantatum; at Eliſſontem Elidis, unde mox Elei deportaverint propaginem Olympiam. Verum ne ſic quidem locus, ne quidem quomodo in Schol. Ariſtoph. legitur, expeditur: nam Hercules Olympiae plantaſſe oleaſtrum fertur: ἀπὸ ταύτης δὲ φυτὸν λαβὼν ὁ Ἡρακλῆς ἐφύτευσεν Ὀλυμπιάσιν. Mihi non dubitandum videtur, attexta eſſe ab aliena manu, adſcripta forte ex ipſis Schol. Ariſtoph. l. c. (in quo cumulatae erant diverſorum explicationes) in margine, quae ſubiecta ſunt: ἔστι δὲ αὕτη παρὰ τὸν Ἰ. uſque ad f. ea adeo differre a ſuperioribus non miror. Porro pro τὰ χλωρὰ eſſe legendum τὰ λευκὰ, et σταδίους ἑξήκοντα vitioſum eſſe, nemo dubitet; ſive legas ὀκτὼ, ſeu ζ′, ſeu ἓξ cum Hemſterh.

c. 53. p. 109. περὶ Πέργαμον acceſſit ab aliena manu. Suſpicor quoque ſimilem fraudem in extrema parte capitis.

c. 59. ſub f. p. 119. παρὰ καὶ οἱ ἰατροὶ, leg. παρ' ὃ καὶ — *quamobrem.* Paullo ante φύουσι ſc. τὰς βλεφαρίδας, ut homines dicuntur φύειν πώγωνα.

c. 64. p. 135. ὅταν ἐπὶ τὸν ὀβελίσκον ἀναπαρῇ. erit igitur ac ſi eſſet εἰς τὸν ὀ. *ſi infigantur in veru.*

c. 74. p. 146. καὶ ἐν Ῥηγίῳ a ſeriore manu acceſſit. Tum iung. συμβαίνειν δὲ ποτε — κατά τινας χρόνους, συστέλλεσθαι κατὰ γῆς.

prae-

praefero quoque δύεσθαι et διαναρκῶντα, *torpentia*, ex Theophrasto pro διαρκοῦντα, etsi nec hoc absurdum, *perdurantes pisces*.

c. 79. p. 153. ὥστε ἂν προσρανθῇ τινι — Suspicor sequentia interpolata esse, nec scripta fuisse ab auctore, praeterquam illa: ὥστε, ἂν προσραινθῇ τινι, παραχρῆμα τὰς τρίχας τὰς ἐν τῷ σώματι ἀπομαδᾶν, καὶ, τὸ σύνολον, τοῦ σώματος διαῤῥεῖν τὰ μέλη.

c. 82. p. 162. Pelasgi ἐκπεσόντες ἐξ Ἄργους qui tandem fuisse putandi sunt? arbitror esse eos, qui cum Danae ad Daunum venerant. cf. Exc. VII. ad lib. VII. Aen. p. 130.

c. 85. p. 173. καὶ τοῖς λοιποῖς καρποῖς θαυμαστήν. delenda vox καρποῖς. quam et nunc video a Vindob. Cod. abesse. Etiam in seqq. plura interpolatorem redolent. ἐνίων γε μὴν καὶ οἰκούντων. lego ἐνοικούντων. tum: τοὺς προεστῶτας τῶν Καρχηδονίων ἀπείπασθαι θανάτῳ ζημιοῦν τοὺς εἰς αὐτὴν πλευσομένους: tollenda θανάτῳ ζημιοῦν. tandem μηδὲ πλῆθος συστραφὲν ἐπ' αὐτῶν ἐπὶ τὴν νῆσον aut tollendum ἐπ' αὐτῶν aut leg. μηδὲ πλῆθος συστραφὲν αὐτῶν. scil. caussa affertur, cur occiderint, non expulerint eos: verendum enim erat, ne expulsi aut vulgarent insulae situm aut multitudo eorum collecta iterum insulam repeteret, eaque potiretur.

c. 86. p. 175. Verba καὶ Κελτολιγύων καὶ Ἰβήρων interpolatoris manu irrepserunt: si via Herculea ex Italia in Galliam duxit, per Celtoligures illa progredi sane potuit, non per Iberos.

c. 89. p. 182. μετὰ τὰς λεγομένας ἑπτὰ, alieniſſima verba ab h. l. et ex Timaeo ac Strabone male repetita seu ab exscriptore seu ab interpolatore.

c. 91. p. 186. περὶ τὴν Λιγυστικὴν, etiam hoc a mala manu. Fuit ille lacus in ora Galliae ad Pyrenaeos montes; non versus Alpes.

c. 96. p. 195. ὕλην παντοδαπὴν lego, ut referatur ad φασὶν, reliquis per parenthesin interpositis. Mox προϊστάναι legendum cum Victorio.

c. 99. p. 201. ἄνωθεν μὲν Σούσοις, κάτωθεν δὲ Πέρσαις. saltem Σουσίοις, ut intextae fuerint *imagines* (ζῳδία) *Susiorum ac Persarum*, cultu forte diverso et vestitu expresso: παρὰ δὲ ἑκάτερον πέρας Ἀλκισθένης ἦν, ἑκατέρωθεν δὲ Σύβαρις. saltem leg. ἔνθεν δὲ Σύβαρις.

βαρις. *ab utraque autem extremitate* (hinc, in fronte) *Alciſthenes, inde* (ſub oram) *Sybaris expreſſa erat:* forte eum in modum, ut intexta eſſet urbs Sybaris feminae ſedentis ſpecie.

c. 102. p. 205. Non aliter narratio accipi poteſt, quam, ab Hercule ſaxum ſublatum, impoſitum eſſe alteri ad libramentum tam ſcite, ut uno digito moveri poſſet. συμβέβηκε pro συμβαίνει. Nec neceſſe eſt ἀφ' in ὑφ' mutare.

c. 103. p. 206. ἔννοιαν λαβόντας δαιμονίαν, ultima vox male adhaeſit ex margine, ubi forte fuit κατὰ δαιμονίαν μοῖραν aut ſimile quid, niſi forte ſimpliciter κατὰ δαίμονα. Ceterum caput hoc in fine truncatum eſſe videtur; nam expectabamus miras res, quae in antro in conſpectum venerant.

c. 104. p. 207. θόλους περισσοῖς τοῖς ῥυθμοῖς κατεξεσμένους ex ſermonis indole nullos alios eſſe poſſe puto, quam tholos ſeu cameras praeclare ad proportiones ſuas elaboratas: quod recte Ill. Meiſter primo loco poſuit.

c. 105. p. 211. τοῦτον αὐτῶν ἄρξασθαι μυθολογοῦσιν. Leg. τοῦτον αὐτῆς ἄρξαι μ. ὑπὸ μεγάλων — κατεχομένης. Quod ſermonis ratio poſtulat, ἄρξαι, eſt etiam notatum e cod. Vindob. *hunc, inquam, ei* (Sardiniae inſulae) *imperaſſe, antea — occupatae.* Sequitur quoque φέρει ſc. inſula.

c. 110. p. 222. Valde contaminatum caput. nec ſatisfacit Salmaſii medela, non niſi a libris melioribus expectanda; deficit enim particula, in qua *nomen Sirenum* habebatur; nam ſequitur: ἐν ᾧ (ſc. τόπῳ) καὶ νεὼς αὐτῶν (*earum*) ἦν. Videri poteſt illud inſidere verbis: φασὶ τὰς Σειρηνούσας νήσους κεῖσθαι, ut forte fuerit: φασὶ τὰς Σειρῆνας καθῆσθαι. Vitioſa tamen lectio etiam in Stephano occurrit. Quod ſequitur ὃς κεῖται, ab aliena manu aſſutum eſt, et legendus totus locus: ἐπ' αὐτῆς τῆς ἄκρας, προπεπτωκότος τοῦ τόπου, (prominente) καὶ διαλαμβάνοντος τοὺς κόλπους, τόν τε — καὶ τὸν etc. διαλαμβάνοντος non modo in Steph. Byz. habetur, verum et in Cod. Vindob. Sequitur tamen ſtatim τὸν διειληφότα. apud Strab. eſt διείργειν eod. ſenſu. Inf. c. 113. περὶ τὸν πορθμὸν τὸν διαλαμβάνοντα τὴν Σικελίαν.

c. 112.

c. 112. p. 228. Verba σημεῖον δὲ usque ad τὰ ἐκεῖ ἄπλωτα εἶναι ſententiam iugulant et ex margine irrepſere, notata ab eo, qui et nunc et olim in iis locis nullum navigationi locum eſſe perſuaſum habebat. Sub fin. ἔτι δὲ λέγουσιν agunt de Planctis in mari Tyrrheno, quo perventurus non erat Iaſon, niſi in mare Adriaticum ex Iſtro delatus fuiſſet.

c. 113. p. 232. ἔτι δὲ τούτων φανερώτατα σημεῖα λέγουσιν. Sic argumentatur: per Symplegadas reditum Argonautarum factum non eſſe, quandoquidem verſus Homerici de Symplegadibus accipi non poſſunt, verum de Planctis in mari infero ſeu Tyrrheno. Sub f. καὶ τῆς τε νήσου. ſc. Πλαγκτῆς.

c. 114. p. 235. μετὰ τὸ παραλαβεῖν. immo παραβαλεῖν ut iam memini monitum eſſe. v. Proluſ. de Inſtitutis Heraclienſium 1776. — ἣν νῦν κατοικοῦσι ſc. Tarentini, colonia eo deducta. Πολίειον haud dubie emendandum. cf. Mazoch. ad Tabb. Heracl. p. 77.

c. 116. p. 239. Ἀθηνᾶς Ἑλληνίας. Ruhnken. V. C. ad Vellej. p. 3. Ἑλλεσίας ex Heſychio reponit, ab ἔλλεσθαι antiqua voce pro εἵλεῖσθαι. Verum de altera lectione Εἰλενία nos non dubitare facit Etymologi M. locus a Niclas V. C. laudatus.

c. 119. p. 243. Spectat hoc, quod narratur, ad Neaethum fl. cf. ad Aen. V. Exc. VI. Ut extrema capitis recte accipiamus, cogitandum eſt: mulieres iſtius orae ab Achivis oriundas peplis longis et amplis uſas eſſe, quo veſtitu Homerus feminas Achivas fuiſſe declarat, dum eas ἑλκεσιπέπλους et βαθυκόλπους appellat.

c. 124. p. 254. φλόγα ἀναπίπτειν πυρὸς, teneamus quod Vindob. Cod. offert ἀναπέμπειν. abſolute poſitum pro ἀναπέμπεσθαι. Etiam ſup. c. 113. ſub f. περὶ μὲν οὖν τὰς Κυανέας οὐ λέγεται πῦρ ἀναπέμπειν. Sic ἀνάπτειν quoque abſolute cap. ſeq. 125. alioqui pro ταύτης legendum eſſet ταύτην (ſc. πέτραν) οὖν λέγουσιν — φλόγα ἀναπέμπειν πυρός.

c. 125. p. 257. Λέγεται δὲ καὶ — Ordo verborum ſic inſtituendus: περὶ τὴν χώραν τῆς Θράκης καλουμένην τῶν Σιντῶν καὶ Μαιδῶν, *Sintarum et Maedorum.* Apud Schol. Nicandri ad h. l. lau-

datum, Ther. 45. pro ἐν μηδικῇ καὶ Ἰνδικῇ facile intelligitur ſcribendum eſſe ἐν Μαισδικῇ καὶ Σιντικῇ.

c. 126. p. 260. τῷ θνήσκειν in fine cap. male adhaeſit.

c. 128. p. 262. οἱ δὲ ὅταν ἀκούσωσι — Locum mutilum praeclare reſtituit codex Vindob. οἱ δὲ — παρασοβοῦσι τοὺς ὄρνιθας, οἱ δὲ, δεδιότες ἐκείνους, καταφεύγουσιν εἰς τοὺς θάμνους. Exacte ad Plinii verba X, 8. *hi* (accipitres) *ex ſilvis et arundinetis excitant aves; illi ſupervolantes deprimunt.*

c. 129. p. 265. Narratio haec cum illa ap. Aelian. H. A. XVII, 16. ſi qua alia docere poteſt, quantopere naturae miracula in hoc hiſtoriarum genere a ſequioribus ſcriptoribus in maius aucta fuerint.

c. 132. p. 270. παρὰ τὴν Βισαλτῶν χώραν Leg. περὶ τὴν B. *in Biſaltarum regione.*

c. 136. p. 276. τοὺς ἀσπάλακας, τὰ ζῶα. hoc ultimum e gloſſemate irrepſit.

c 139. p. 280. τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκ τῆς γῆς συναναπηδῶσαν τοῖς ὕδασι. pro interpretatione ſunt verba Aeliani V. H. XIII, 16. τὸν αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς τρόπον ἀνατέλλουσα, ὃν καὶ αἱ πλεῖσται πηγαὶ τῶν ὑδάτων. Quae in fine capitis ab alia, puto, manu adiecta ſunt, non bene copulata ſunt. Saltem deb. καίεται δὲ καὶ συνεχῶς τὸ πῦρ περὶ Λ.

c. 142. p. 286. τὸν κλύδωνα προσβάλλειν — εἰς στενὸν συγκλείεσθαι. offuſcatus ſenſus corrupta ultima voce ex συγκλεισθέντα, nam pendet a κλύδωνα. ex eodem pendet mox αἴρειν. ſc. αὐτὸν τὸν κλύδωνα αἴρειν κῦμα μετέωρον — οὐχ ὅμοιον φαινόμενον θαλάσσης ἀναφορᾷ, λευκὸν δὲ καὶ ἀφρῶδες, παραπλήσιον δὲ τοῖς σ. Mox recte καὶ ποιεῖν συγκλυσμὸν, *colluviem aquarum late inundantem.* at in anteced. συμπίπτειν ἐπ' ἀμφοτέρων ἀκρωτηρίων ipſa res poſtulat ἀπ'. nam prominentibus rupibus alliſi reſiliunt fluctus. Pro σκοτουμένους Vindob. πλητουμένους, voluit πληττομένους *percuſſos metu*, quod interpretamentum eſt alterius quod vertiginem ex terrore declarat. Omnino hoc naturae phaenomenon graphice et ἐναργῶς eſt deſcriptum, et poteſt Polycriti ſcriptoris deſiderium facere.

c. 145

c. 145. p. 294. Contaminata et interpolata est etiam haec narratio: ut taceam, quod ipsa columna Athenas deportata fuisse narrator, cum litteras descriptas mittere satis esset. mox oratio est hiulca: λέγεται αὐτοὺς εἰσαχθῆναι — λέγοντες εἶναί τινα. Verba ἐκεῖθεν μὲν γὰρ μάλιστα ἂν εὑρεθῆναι τὴν τῶν γραμμάτων ἐπιγραφὴν e margine illata esse suspicor. Debebat quoque esse εὑρεθήσεσθαι. Erat puto: λέγεται αὐτοὺς εἰσαχθῆναι εἰς τὸ καλούμενον Ἰσμήνιον ἐν Θήβαις· ἐκεῖ μὲν γὰρ εἶναί τινα ἀναθήματα ὁμοίους ἔχοντα τοὺς ϛ. tum illos per haec, quae iam nota erant et lectu expedita, assequutos illa, de quibus quaerebatur, descripsisse in columna allata hosce versus. Quos in singulis verbis nemo sine codice meliore expediat. Illud modo monebo. Si columna illa ab Hercule ad Hypatam in Aenianibus reposita fuit, non ad Erythiam Epiri verba illa revocari possunt. Recte vidit Buherius ad Herculis iter per Thraciam, armenta agentis oestro percita, haec spectare: v. Apollod. II, 5, 10. ubi cf. Not. p. 404. constituit quoque ille nonnulla praeclare. Verum Venus πασιφάεσσα non *omnibus patens* et *omnivaga* esse potest, sed *quae lucem* seu *vitam omnibus impertit*, ut παμφαὴς et Ἄρτεμις πασιφαὴς in Hymno Orph. 35. Equidem praefero utroque loco Φερσεφάασσα tanquam nomen Proserpinae iam aliunde notum. Videntur autem duo diversa esse epigrammata, *alterum Herculis*, *alterum Erythes*. Lego quoque propius ad veterum scripturam: Ἡρακλέης τέμενος τόδε κυδρᾷ Φερσεφαάσσῃ, Γηρυόνεω ἀγέλην τῇδ' Ἐρύθηθεν ἄγων. τὴν δ'. *Hercules hunc lucum Proserpinae inclitae consecravit, cum armenta ex Erithya abacta per haec loca duceret.* Ferri quoque posset: Γ. ἀγέλην ἐξ Ἐρύθης ἐλάων. Extrema capitis pars ab alia manu videtur esse attexta.

c. 149. p. 308. ἐν ᾗ πέμπουσιν αἶγα *pompa sacra deducunt.* Quae sequuntur post τοῦ τὴν ἱερωσύνην ἔχοντος, haud dubie eiicienda sunt.

c. 151. p. 312. Bene e cod. Vindob. restitui possunt ἀκρίδος τὶ γένος et ἀνθίστασθαι, eodem duce eiiciendum καὶ ante τῆς ἀκρίδος κύκλῳ τρεχούσης, quod sensum turbat. Idem codex multis locis meliores lectiones suppeditat, quas ipsa ratio grammatica offerebat. Sic et inf. c. 153. τὰς κοπρίας.

c. 158. p. 325. pro τὸ γευσάμενον leg. τὸν γ. sc. leonem qui deguſtarit.

c. 162. p. 332. Poſt ἐν Τήνῳ δέ ποτε φασὶν quae ſequuntur: αὐτῇ τῇ πόλει κατὰ Θετταλίαν eiicienda ſunt tanquam indoctum gloſſema. Subiicitur nunc alia narratio quae ad Tenum inſulam ſpectat.

c. 166. p. 340. Stellula poſt Ἀθηνᾶν delenda, ne defectum in loco eſſe putes.

c. 194. p. extr. de Spino, tanquam genere pyritae, leguntur nonnulla in Miſcellan. Taurinenſ. To. II. app. p. 75. ubi urbs Spina, a qua Padi oſtium Spineticum ductum, a natura ſoli Spino abundantis nomen habuiſſe creditur.

LE-

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

LECTIONES
E CODICE VINDOBONENSI.

Inſcriptione, quae quidem ſit ab ipſa librarii manu, caret codex; incipit vero verbis: Λέγεται περὶ τὰ Τύανα — — cap. 163. Poſt: ἀλλ' ἀκρίδας cap. ſequitur: Εν τῇ Παιονίᾳ — cap. 1.

Cap. 1. *p.* 1. *lin.* 3. codex etiam habet Μηδικήν. *ibid. lin.* 5. Μόναπον. Τὸν τοῦτον λέγουσι τὴν μέν. *ibid. lin.* 7. εἶναι βοῦ. *ibid. lin.* 13. poſt ὀφθαλμῶν ſequitur: Τοὺς ἐλέφαντας — — quod eſt cap. 191.

Cap. 31. *p.* 72. *lin.* 3. τὴν δὲ ἡμέραν οἰνοπωλεῖν. *ibid. lin.* 4. καὶ γαρ. *ibid. lin.* 5. ζωνιδίῳ. *lin.* 7. poſt ἀπώλεσεν in codice ſequitur: Εν Τήλῳ (pro Τήνῳ) τῇ νήσῳ, quod habetur cap. 193. Poſt ἀνάπτεσθαι cap. ult. ſequitur: Εν δὲ Λιπάρᾳ — — quod eſt cap. 32.

Cap. 32. *p.* 73. *lin.* 4. ὃ ἐὰν θέλωσιν —

Cap. 33. *p.* 74. *lin.* 2. Ψιττακήνη. *ibid. lin.* 3. τὸ μὲν ἐν Μεδίᾳ. *lin.* 4. τὸ δὲ ἐν Ψιττακήνῃ. *lin.* 6. μάγειρας. *lin.* 9. pro ἐνταῦθα δὲ νύκτωρ legitur: ταῦτα δὲ καὶ [νυκτὸς καὶ ἡμέρας Φανερὰ, τὸ δὲ περὶ Παμφιλίαν] νύκτωρ μόνον. Quae nos hic uncinis incluſimus, a recentiore manu inter verſus ſuppleta ſunt. Poſt μόνον in cod. ſequitur, omiſſis intermediis vulgatis: Εἶναι δὲ καὶ ἐν Πιθηκούσαις (pro Πιθηκούσαις, vel rectius Πιθηκούσσαις), quae in noſtro libro inveniuntur cap. 36.

Cap. 39. *p.* 81. *lin.* 3. ἐλθὸν pro καίεσθαι.

Cap. 40. *p.* 82. *lin.* 2. γενόμενον, non γινόμενον — *ibid. lin.* 4. ἀνάζευξεως — ὕψος δι' οὐ —

Cap. 41. *pag.* 83. invito Salmaſio habet codex σπῖνον et μαριθάν.

Cap. 42. *p.* 85. *lin.* 3. ἐμβαλλόμενα.

Cap. 43. *p.* 85. *lin.* 2. περὶ τὸν καλούμενον Τυρίαν — *ibid. p.* 86. *lin.* 4. ἐξανίησι pro ἀνίεται.

Cap. 45. *p.* 87. *lin.* 2. γένωνται, ἐυρίσκεται.

Cap. 46. *p.* 88. *lin.* 8. poſt παρακεῖσθαι ab indocta recentiore manu ſuppletum eſt: καὶ ἀπὸ ἐκείνων ἀρχόμεναι ἔτι ἐστη —

Cap. 47. *p.* 90. *lin.* 2. Ὦξον, ab ipſo librario, qui prius Ὦζον ſcripſerat, emendatum. Deinde habet βώλια χρυσίου πλῆθος παλλά.

Cap. 48. *p.* 91. *lin.* 1. Λέγουσι δὲ καὶ — *lin.* 4. τε ante τεττάρων abeſt.

Cap. 49. *p.* 92. *lin.* 1. ἰδιαιτάτην. *ibid. lin.* 3. Αμισηνοῦ pro Μυσικοῦ. *ibid. lin.* 7. πλύναντες.

Cap. 50. *p.* 97. *lin.* 3. ὥστε μὴ — *lin.* 6. codex conſentit in Βατιακὰς cum lectione Sylburgii, quam et probat Hemſterh. ad Heſych. Tom. I pag. 706.

Cap. 51. *pag.* 100. *lin.* 7. ὅταν γένηται.

Cap. 52. *p.* 103. *lin.* 3. δὲ ante πάντα deeſt. *ibid. p.* 104. *lin.* 1. ταύτης pro αὐτῆς.

Cap. 53. *pag.* 109. *lin.* 4. γινομένου.

Cap. 55. *pag.* 112. *lin.* 1. Πυθόπολις.

Cap. 58. *p.* 115. *lin. penult.* ἐγγύας pro ἐγγύαν.

Cap. 60. *p.* 126. *lin.* 5. συναγογῇ. *lin.* 6. Codex cum editis cenſeri debet conſentire in στεγνότατον, tametſi librarii ſtupor dederit στεγνότατατον.

Cap. 61. *p.* 127. *lin.* 2. ἐκγόνων pro ἀγόνων. *lin.* 6. καὶ ante γύπες abeſt.

Cap. 62. *p.* 130. *lin.* 4. pro καταχυθῇ, quod verbum dubium eſſe credidit H. Stephanus in Theſauro, iterum ſtulta librarii manus ſcripſit καταψυχυθῇ. Tum in margine a recentiore manu pro ψυχρὸν emendatum eſt θερμὸν, et hoc quoque ſatis inepte.

Cap. 64. *p.* 135. *lin.* 1. δὲ ante ἀφοδεύοντα deficit, ſed poſtea οὔτε δὲ ὅτε τὰ πτερά. *lin.* 3. ἀλλ' ὅταν pro οὔτε ὅταν.

Cap. 66. *pag.* 136. *lin.* 3. μελιττοπόλαι.

Cap. 67. *pag.* 138. *lin.* 3. πίνειν. τηρεῖσθαι.

Cap. 69. *p.* 140. *lin.* 4. Μαθιωτῶν. *ibid. lin.* 5. poſt μώνυχας recentior manus addidit: καὶ τοὺς ὄνους εἶναι μονόκερους.

VA-

VARIETAS LECTIONIS SELECTA

EX

EDITIONE ALDINA OPERVM ARISTOTELIS

1498. fol.

Cap. 1. pro τεταραγμένον recte in Ald. excusum est τεταραγμένε, ut Sylb. quoque coniecit. Paulo post tamen legitur τοῦτον, ut vulgo.

Cap. 2. Lacuna in initio: τοὺς . . . ὑνας pro τοὺς κόκκυγας. Mox μέλλσσ.

Cap. 5. ἀποβάλλωσι, vulg. ἀποβάλωσι.

Cap. 10. ἐπιθιειν τὸ ὀρίγανον: mendose id quidem, sed corruptum forte ex alia lectione, quam expressit Nat. Com. vertendo: *origanum quaerere*, quasi legisset ἐπιζητεῖν, ἐπιχνεύειν aut eiusmodi quid.

Cap. 13. ἐισφρήσωσιν ut L. quod praetulit Sylb.

Cap. 15. Pro μέλι vitiose μὲν, ut caeterae vetustiores. μέθυ legerunt, aut parum feliciter coniecerunt, Nat. Com. et Montesaurus.

Cap. 31. Bina verba, παρελέσθαι καὶ, non leguntur in Ald. et recte: nam debentur haud dubie glossatori aliquo.

Cap. 46. pro βώλες in Ald. βόλες. Similiter Nat. Com. *duos obolos* hic habet, δύ' ὀβολάς.

Cap. 47. Ald. χρυσία: vulg. χρύσεια.

Cap. 49. καὶ τᾷ ἀσημίᾳ Μυσινᾷ, unde interpretes *Mysinique*. Porro ἐκκαίεσο, et διεφέρετ' ἀργυρίᾳ.

Cap. 53. μετάλλων ἀνακαρθέντων.

Cap. 55. ἀναξηραίνεσθαι.

Cap. 62. Initium cap. ita exhibet Ald.: Θαυμαστὸν δέ τι τὰ ἐν Ινδοῖς etc. parum concinne. Φασὶν tamen omisit quoque uterque int. — Paulo post μόλιβδον.

Cap. 63. Μοσσύνοικον λάκκον, nullo sensu.

Cap. 64. Inclusa desunt in Ald. (ut in Leon. Cam.) neque ea legerunt intt.

Cap. 68. καθ' ὃν ἂν χρόνον ἐκείνη φωλεύοι. vulgo φωλεύῃ.

Cap. 71. 72. absunt ab Ald. ut a L. C.

Cap. 73. ἀντὶ προσώπων ἵσασθαι. vulg. ἀντιπροσώπως.

Cap. 78. Καὶ τὴν λύγα etc. corrupte: sed id fere expressit int. anonymus.

Cap. 82. Verba ἐν τῇ ἑτέρᾳ (p. 162. l. 5.) desiderantur in Ald. et versione Nat. Com.

Cap. 83. καὶ τοῦτο σημειοῦνται τῷ πρώτους παρ' αὐτοῖς etc.

Cap. 84. διὰ τὸν Δία γενέσθαι.

Cap. 87. πρὸς τὸ φάρμακον μὴ δ.

Cap. 90. ὡς ἔοικεν, quae formula in hoc libello saepius temere addita videtur, abest ab Aldina et apud utrumque int.

Cap.

Cap. 104. Ηρακλέους προσήκουσαν, et paulo post tono diverso Ἴχνουσα.
Cap. 105. ἔμπροσθεν λέγουσιν, vitiose.
Cap. 110. διακυμαίνοντα τοῖς κόλποις.
Cap. 111. Verba: ἐισπλέοντα πλοῖα, εἶναι δέ τινα καὶ τόπον, in Ald. desiderantur, et omissa sunt in utraque versione. Int. anon. legisse videtur: ἀποθεωροῦσι τὰ ἐν τῷ πόντῳ ἐν τοῖς ἀνὰ μέσον δ.
Cap. 112. τὸν δὲ ἐκ πόντου ἔκπλουν.
Cap. 121. τῶν ἐκείνοις τοῖς τόποις, omiss. ἐν. mox εἰαρινὴν ὥραν.
Cap. 125. ποταμόν τινα εἶναι πόντου, ut Cod. Vind. recte.
Cap. 126. οὐδ' ἀλλ' οὐδὲν. ἀλλ' οὐδὲ ὑῶν ρ. τ. κ. οὐδὲ μία. non multo post ἐκ τῆς τῶν κριθῶν.
Cap. 127. σχίσας ἐμβάλλει.
Cap. 129. γεύσωνται κολοιοί.
Cap. 134. (εἶναι) abest. deinde ὡς τέχνην τινὶ κατασκευάζουσιν, quod non spernendum.
Cap. 140. ἔνιοι δὲ καὶ π. κ. π.
Cap. 141. Hic omnia turbata sunt: τῶν ἐν τοῖς ψυχροῦ. ὥς τε χιόνι συμβαλλόμενον — πάντα τὸν χρόνον, quae leguntur cap. 124. Post χρόνον (Steph. χειμῶνα) statim sequitur cap. 142. περὶ δὲ τὸ πορθμὸ etc. ut desideretur finis cap. 141: λοιποῖς ἔθνεσι γίγνεσθαι, quae verba Ald. exhibet infra cap. 149.
Cap. 142. p. 286. l. 12. συνόπτην. — l. 17 — 18. desunt verba χειμῶσι· — ἀλλήλοις. p. 287. l. 6. πολλῷ ἐρυχηθμῷ. l. 16. οὐδὲ ἑρπετόν. l. 17. φεύγει δὲ πάντα, non male.
Cap. 143. Μουσαίῳ εἶναι γλαῦκα, absurde.
Cap. 145. Lacuna: . . . . ἧς καλαμένης ἀίνι . . . . quae a seq.: Περὶ τὴν etc. separata sunt, quasi nova sententia inciperet. Paulo post alia lacuna: ἣν οἱ . . . . . ἄνες. In epigrammate v. 2. τηδορενῆας ἀγέλην ἐλάων. v. 4. 5. ἀμαρυντιμφογενὴς, transpositione syllabarum facta. Sub finem cap. καὶ οὐκ ἐξ ἐρυθίας.
Cap. 146. κτιαθῆναι λέγεται . . . . Νίκα αὐτῆς, cum lacuna. Νίκα est haud dubie vestigium lectionis, quam integram servavit Cod. Vind.: λέγεται ὑπὸ Φοινίκων. In fine: λέγεται ζώδια etc.
Cap. 149. Iterum lacuna: δεδεμένη . . . . . ἰῷ. Post verba: ἱερωσύνην ἔχοντος in Ald. sequitur: Θαυμαστὸν δὲ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι γίγνεται. καὶ τὰ κέρατα αὐτῆς χωρεῖν τέσσαρας χόας. Quae vero adiiciuntur vulgo: ἐνίων δὲ καὶ πλεῖον, plane absunt. Ita legerunt ambo interpretes. Narratio de corvis, huic capiti subiecta, in Aldina exstat c. 124. ut in caeteris antiquitus excusis, quod ibi iam monuit Steph.
Cap. 150. οὐ γὰρ εἰσάγονται πρὸς αὐτὰς ἄλες, vitiose.
Cap. 151. fin. τὸ ἐπιφαγεῖν αὐτὴν, recte.
Cap. 152. προσφιλὴς δ' ἡ σὰρξ, abest αὐτοῖς.
Cap. 161. περὶ τὸν Εὐφράτην, omisso δέ.
Cap. 162. οὐ μόνον ἐὰν δακῇ, perperam. deinde: γυναῖκα κύκλον ῥᾳψασαν.

AD-

ADDITAMENTA
ET
EMENDATIONES.

Pag. 5. b. lin. 2. lege *μόνωψ*.

Pag. 7. b. lin. 16. lege *ὀκταπλίνου*.

Pag. 10. a. lin. 3. lege: *an ex his* —

Pag. 13. a. lin. 23. lege: *καμηλίτης*.

Pag. 15. b. lin. 9. lege: *Ρωμαίους*.

Pag. 19. lin. penult. lege: *urbis eius*.

Pag. 22. cap. 6. lin. 1. lege: *φάρμακόν*.

Pag. 23. b. lin. 8. lege: *an quae*.

Pag. 31. Teſtudines etiam in America ſerpentibus, atque adeo Crotalis, inſidiari, eosque necare, confirmatur teſtimonio Lawſonii, quod mihi indicavit cel. Blumenbach, collega coniunctiſſimus. *The hiſtory of Carolina by* I. Lawſon. Lond. 1718. 4 pag. 133: "The Land-Tere-„bin is of ſeveral ſizes, but generally roundmouth'd, and not hawks-„bill'd, as ſome are. — They are an utter ennemy to the Rattle-„Snake, for when the Terebin meets him, he catches hold of him a „little below his neck, and draws his head into his ſhell, which ma-„kes the ſnake beat his tail, and twiſt about with all the ſtrength and „violence imaginable, to get away; but the Terebin ſoon diſpatches „him, and there leaves him." Addidit Lawſon iconem teſtudinis cervi-ci Crotali inſidentis.

Pag. 34. a. l. 17. lege: *pag.* 98. *cap.* 36. ibid. lin. 19. lege: σημῆναι.

Pag. 45. b. Aegolethron quae ſit planta, vid. Conr. Geſneri *epiſt. medicin.* p. 115 b. Rhododendrum ponticum depictum habetur in ſplendidiſſima *Flora Roſſica* tab. 29 p. 43. Guldenſted aſſeruit, huius flores omni noxa vacare, et mel inſanum Azaleae ponticae tantum tribuendum eſſe.

Pag. 58. b. lin. 12. lege: *ſcobem.*

Pag. 60. b. lin. 2. lege: *metropolis.*

Pag. 65. b. lin. 9. a fine, lege: *eo Scythae.*

Pag. 66. a. lin. 5. a fine: τὴν χρόαν.

Pag. 71. b. lin. 5. a fine, lege: *quod vero aliquas perire accideret.*

Pag. 85. cap. 43. Inde Alexander ab Alex. *dier. genial.* lib. 4. cap. 9. p. 963: "Scribit Ariſtoteles περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, in Cypro „genus quoddam gigni aeris, auro non abſimilis, quod in fruſta minu„tiſſima conciſum agricolae ſerant, mox ad pluviam exoriri et coaleſce„re, et poſtquam adoleverit ad iuſtam maturitatem, colligi et recondi."

Pag. 86. b. lin. 8. a fine lege: *ſciſcitatus.*

Pag. 87. cap. 45. lin. 2. lege: συνεχεῖς.

Pag. 95. b. lin. 28. lege: *connexione.*

Pag. 96. b. Ex cel. Niclaſii ſententia, ferrum argento adeo ſimile ſcribitur, ut non potuerit diſtingui, niſi ambo metalla ſimul in una fornace coquerentur, quo facto diverſus color ferrum declaraverit.

Pag. 113. a. lin. 14. del. *ortum.*

Pag. 119. lin. 7. lege: οἱ δὲ τὸν χαλκὸν. ibid. lin. 10. pro παρὰ lege παρὸ.

Pag. 121. a. lin. 6. a fine, lege: *an illud.* ibid. b. lin. penult. *peculiariter.*

Pag. 122. b. lin. 20. lege: *progredior.*

Pag. 124. a. lin. 10. lege: *vero.*

Pag. 125. a. lin. 4. a fine: *Amphitryonis.*

Pag. 126. cap. 60. Tale antrum eſt apud Pauſaniam in *Atticis* cap. 32. p. 80: *Modico a Marathoniis campis intervallo mons eſt Panis, in quo haec ſunt quae ſpectentur digniſſima: ſpecus, cuius eſt ingreſſus perangu-*
ſtus;

ſtus; ubi vero penetraris, et cellas videas, et lavacra; caprarum etiam ſtabulum, quod Panos appellant; tum ſaxa, caprarum propemodum forma.

Pag. 127. cap. 61. lin. 8. pro γενῶσι lege γεννῶσι.

Pag. 134. a. lin. 3. lege βέβαιον, non βεβαίον.

Pag. 142. cap. 70. De mulabus fecundis vid. Schurigii *Spermatolog.* pag. 607. et Hartmann Anleitung zur Verbeſſerung der Pferdezucht. Tübingen 1786. 8. pag. 379, 385. Exemplis addi poteſt, quod enarrat Gerbillon in Itinere ſecundo.

Pag. 146. a. Τὰς ἅλως idem eſſe ac τοὺς ἄγρους monet cel. Nicias. Erant enim areae, in quibus frumentum triturabatur, in agris.

Pag. 149. b. 12. ἀρετὴ ἰχθύων eſt gratus horum piſcium ſapor et innocens cibus. Eodem ſenſu apud Athen. p. 105:

Εἰσὶ δε πλεῖσοι μὲν πάντων ἀρετῇ τε κράτιστοι
Ἐν Λιπάροις.

Idem p. 321: Τὴν ἀρετὴν γὰρ ἔχει τῆς τέρψιος αὐτὸς ἐν αὐτῷ. Idem pag. 115. de pane: ὁ δὲ κλιβανίτης πάσαις ταῖς ἀρεταῖς περιττεύει. Sic quoque ἀρετὴ ἐλαίου Syneſ. p. 286. f. Nic.

Pag. 150. b. 3. lege: *callichthys.*

Pag. 156. a. lin. 4. lege: ῥύγχεσι.

Pag. 157. a. lin. 5. a fine, lege: *ſicut.*

Pag. 158. a. lin. 33. lege: *an illae ad Italiam.*

Pag. 171. a. lin. 12. lege: *cum primum.*

Pag. 173. a. lin. 2. lege: ἐν ᾗ.

Pag. 176. a. lin. 18. 19. 24. *Ligyas — Celtoligyas — Ligyis.*

Pag. 180. cap. 88. Inde Alexander ab Alex. *dier. genial.* lib. 4. cap. 9. p. 963: "Ariſtoteles compertum in Iberia dicit, paſtores quandoque „ſilvam incendiſſe, mox tellure conſciſſa, multum argenti deliquati ef„fudiſſe, iudicatumque eſſe glebam refertam venulis, orichalcum ar„gentumque educere."

Pag. 182. cap. 89. l. 3. lege: ἆι.

Pag. 186. cap. 91. l. 2. lege: εἶναί.

Pag. 197. b. lin. 5. lege: *quidam.*

Pag. 216. lin. 4. a fine: *collegerunt.*

Pag. 224. b. lin. 4. a fine, lege: *Sirenides.*

Pag. 227. b. lin. 13. *infunderes.*

Pag. 233. lin. 14. Αιγιαλίᾳ.

Pag. 234. a. lin. 11. lege: παγέντων.

Pag. 247. cap. 121. lin. 3. pro κρόκον legitur κρίνον in editione, quae prodiit Aureliae Allobrog. 1606. 8. p. 1101, quae lectio probabilem reddere videtur coniecturam Matthiae.

Pag. 266. a. lin. 10. lege: πολοιοῖς.

Pag. 270. cap. 131. de aquis venenatis conf. I. E. Hebenstreit *Anthropologia forensis.* Lipsiae 1753. 8. p. 68.

Pag. 283. a. lin. 8. lege: *indurari.*

Pag. 302. lin. 11. lege: *cum primum.*

Pag. 322. a. lin. 2. lege: ἀγριοαπιδίᾳ.

Pag. 341. a. lin. 13: *Elmenhorst.*

IN-

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

INDEX VERBORVM.

Verba asteriſco ſignata in lexicis deſiderantur.

A.

Ἄγονος 127.
ἀγριελαία 107.
* ἀγριοαπίδιον 322.
ἄγριος ἵππος 28.
ἄδειν de ranis 143.
ἀετὸς 129.
αἴγειρος 141. 142. 165.
αἰδοῖον 28. 32. 34.
ἄκανθα 321.
ἀκρὶς 312. 363.
ἀκρὶς ἀσίρακος ἢ ὄνος 314.
ἀλεκτορὶς 284.
ἄλες ὀρυκτοὶ 300.
ἅλια feſtum apud Rhodios 239.
ἁλιαίετος 127.
ἅλως 145. 146. 267. 268. 427.
ἅμα 323.
ἀμαξιαῖος λίθος 205.
ἀμβλυωπία 358.
ἀμμῶδες μέλι 46.
ἄμπελος μαινομένη 345.
ἄμπωτις 305.
ἀμυδρῶς ὁρᾶν 363.
ἀμύγδαλον 48.
ἀμύνειν. ἀμύνεται λακτίζον 2.
ἀναβαίνειν ἐπὶ 12. 14. 28.
ἀναγωγὴ 126. 240.
* ἀνάζεσις 82.
ἀνακαθαίρειν 109.
ἀνάπτειν 417.
ἀναπίπτειν et ἀναπέμπειν conf. 254. 417.
ἀναπληρώματα 87.
ἀναῤῥήγνυσθαι de Aetnae crateribus 339.
ἀνασχίζειν 57. 58.
ἀναφύσημα πυρὸς 232.
ἀνθεῖν 346.
ἄνθινον μέλι 41.
ἄνθος χαλκοῦ 124.
ἀνιὸν πῦρ 76.
ἀνίωτος 93. 97. 98. 100.
ἀνόθευτος 343.
ἀνταίδειν 332. 335.
ἀντιποιεῖσθαι 167.
ἀντιπροσώπως 145.
ἀντιφορτίζεσθαι 303.
ἄνω. οἱ ἄνω χρόνοι 235.
ἄορνος 165.
ἀπαλλάττειν 45.
ἀπάρχεσθαι 88. 89.
ἀπείπασθαι 173. 174.

ἄπεφθος. χρυσὸς 88.
ἀπηλιώτης ἄνεμος 305.
ἄπιος 322.
ἀποβάλλειν τὰ κέρατα 19. 349.
* ἀπομαδᾶν 153.
ἀπόπρισμα 252.
* ἀπόπτισμα 252.
* ἀπόπτυσμα 252.
* ἀποξερεοῦν 186. 187. 300.
ἀπόσυρμα 85.
ἀποψήχειν 2.
ἄπυρος χρυσὸς 87. 88.
ἀρετὴ de ſapore 149. 306. 427.
ἀρκτομῦς 62.
ἄρκτος 139.
ἄρκτῳ σέαρ 139.
ἄσημον χρυσίον 91.
ἀσίρακος ἀκρὶς 314.
ἀσκαλαβώτης 34. 329.
ἀσπάλαξ 276. 363.
ἄσπικ 320.
ἀσπὶς 317.
ἀξαὶ ἐλαΐαι 338.
ἀσθένεια 100.
ἄσφαλτος 257.
— — — ὀρυκτὴ 280.
αὐτόματος χρυσὸς 88.
αὐτοφυὴς πέτρα 254.
— — — χρυσὸς 88.
ἀφοδεύειν 135.
ἄφοδος (ὁ) 2. 5.
* ἀχαϊΐνης 20.] vocabula,
* ἀχαΐϊνος 20. | quibus ae
* ἀχαϊνὸς 20. | tas cervo-
* ἀχαΐτης 20. | rum de-
* ἀχαΐα, ἀχαΐα 20.] ſignatur.
ἄχερδος 321.
ἀχρὰς 322.

B.

βαδίζειν ἐπὶ τὰ ἔργα de apibus 136.
τὰ βάθη 227.
βάθος. κατὰ βάθους 34. 35. 148.
βαθύκολπος 244.
βαλεαρὶς 183.
βάρος, de odore 202.
βαρύοσμος 43.
βασιλεὺς avis, 26.
βατιακὴ 97. 100.
βιοῦσθαι αὐτῷ 70. 71.
βλαξῆσαι 338.
βλεφαρὶς 119. 125.
* βόλινθος 1.
βόνακος, βόνασσος, βόννασος 5.
βοσκήματα 159.
βοτρυοῦσθαι 346.
βοῦς ἄγριος 285.
βρογχοκήλη 38.
βρυχηθμὸς 287.

Γ.

γαγάτης 259.
γαγγίτις 259.
γαλεώτης 138. 328. 329.
γαλῆ 33. 60.
γαστὴρ. ἐπὶ γαστέρα 34. 36.
γαυλὰ κέρατα 6.
γεωργικότατος 211.
γλαφυρὸν σπήλαιον 126. 127.
γλισχρὸς 300.
γλοιὸς 300.

γύμ-

γύμνης 183.
γὺψ 127. 327.

Δ.

δεκάκλινος 115. 116.
διαδοῦναι 177.
διακεῖσθαι de corporis dispositione 32.
διακόπτειν 83.
διανέειν, διανεῖν. 331.
διαπίπτειν 110. 112.
διδυμοτοκεῖν 284.
δίεσθαι 146.
δίκταμον 17. 348.
διοδεύειν 59.
διότι pro ὅτι 114.
δούριος ἵππος 239.
δριμεῖα ὀσμὴ 257.
δρυοκολάπτης 34. 35.
δρυὸς φλοιὸς 177.

E.

ἐιργασμένος σίδηρος 97.
ἐισφέρειν, ἐισφρεῖν 36. 37.
ἐκβάλλειν τὰ τοξεύματα 17.
ἐκδύεσθαι de exuviis 138.
ἐκθλίβειν τὰ κηρία 49.
ἐκκολάπτειν 14.
ἐκλείπειν 50. 51.
* ἐκνεοττεύειν 279.
ἐκπίπτειν (destillare) 161.
ἐκτείνεσθαι 313. 314.
* ἔκτεξις 365.
ἐκτεὺς 6.
ἐκτόπως 79.
ἐκφλογοῦν 76.
ἐκχωρεῖν 52.
ἐλαιόμελι 43.
ἐλέφας 365.
ἐλκεσίπεπλος 244.
ἔμπυρος de sepis morsu 350.
ἔμφρων (λίθος) cod. Vind. 354.
ἐνδέχεσθαι 112.
ἔννοια δαιμονία 206. 416.
ἐντίκτειν 14.
ἐξαδυνατεῖν 2.
ἐξορύσσειν 87.
ἐπαφιέναι φωνὴν 362.
ἐπεθίειν 29.
ἐπιβαῖνειν 2.
ἐπικαίειν 2. 8.
ἐπικράτεια. κατὰ τὴν ἐπικράτειαν 237.
ἐπιληπτικοὶ et ἐπίληπτοι conf. 44.
ἐπιμελητὴς 12.
ἐπιμίσγεσθαι 173. 174.
ἐπιζύειν 32.
ἐπισημαίνεσθαι 70.
ἐπιχώννυσθαι 186.
ἐποικοδομεῖν 109.
ἑπτάκλινος 7.
ἐπωάζειν 14.
ἐργάζεσθαι de metallis 109.
ἐρέβινθος 344.
ἐριθάκη 41. 42.
ἔριον 22.
ἐρωδιὸς 37.
εὑρίσκειν 120.
* ἐυτηξία 100. 102.
ἔυτονον μέλι 50. 51.
ἐφιέναι de admissario 12.
ἐχίδνα 60.

ἐχινὶς 61.
ἐχῖνος 138.
ἐχινώδης 60.
ἔχις 315. 332.

Z.

ζεγέριες 61.
ζεῦγος 127.
ζὸρ aetas cervorum. 20.
ζῶδιον 300. 303. 415.
ζωογονεῖν 52. 148.

H.

ἤδη δὲ connectendi formula. 51.
ἤλεκτρον 161.
ἡμίεκτον 6.
ἡμίονος 141.
ἡμίχοον 4. 6. 284.
ἠρεμία 136. 137.

Θ.

Θάλαμος κατάγειος 197. 198.
Θεῖον 280.
Θηριακὰ 344.
Θηριόδηκτος 344.
Θηρίον 344.
Θόλος 207. 210. 416.
Θρακίας (λίθος) 84.
Θρύον 305.
Θύννος 305. 307.

I.

ἰέραξ 129. 262.
ἱερὸς i. e. immanis 332. 335.
ἰκτῖνος 276.
ἴκτις 32.
ἰὸς 124.
ἵππος ἄγριος 28.
ἰχθῦς ὀρυκτοὶ 146. 148.
ἰχνεύειν 166.
ἰχὼρ 202.

K.

καλλιστέφανος ἐλαία 103.
καμηλίτης 12. 14.
καμινεύειν 92.
κάνθαρος 267. 268. 327.
καινθαρώλεθρος 267.
καροῦσθαι 49.
Καρχηδὼν, Καλχηδὼν, Χαλκηδὼν conf. 120.
κασσίτερος Κελτικὸς 100.
καταβάλλεσθαι de ſatione 159.
κατάγειος θάλαμος 197. 198.
καταγύνης 184.
καταναλίσκειν 265.
* καταξέω 207.
καταράσσειν 156. 158.
κατασρέφειν. κέρατα κατεσραμμένα 1.
κατατείνειν 1.
κάτοχος δαίμονι 353.
κέδρος 252.
κέρας 144.
κερκὶς 142.
κήλη 38.
κινεῖσθαι 359. 360.
κίον et χιὼν conf. 126.
κίρκος 264.
κίσσηρις 361. 362.

κισσὸς 19. 349.
κλαδαρόρυγχος 26.
κόγχη 36. 37.
κόκκος. 345. κόκκοι σειόμενοι ib.
κόκκυξ 14.
κολοιὸς 265. 266.
κολυμβητὴς χαλκὸς 118. 120. 124.
κόμμι 161.
κοράκιον 177. 180.
κόραξ 279.
κορυφὴ 1.
κόσσυφος 39.
κότινος 107.
κόχλος 350.
κράμα 133.
κρᾶσις 50. 131. 133.
κρατῆρες 339.
κριθαὶ 259.
κροκόδειλος 25.
κρόκος 247. in ed. Aurel. Allobr. 1606. legitur κρίνον: sed in fine capitis κρόκε, ut vulgo.
κρόταλον 214.
κύαμος 353.
κυανοῦν μέταλλον 118. 120. 123.
κύλινδρος (λίθος) 346. 347.
Κύπρος, Γύαρος, Πάρος conf. 55. 56.
κωβιὸς 145.

Λ.

λαγὼς 270.
λεοντοφόνον 325.
λεπίζειν 2. 4. 6.
λεύκη 142.
λευκότατος χαλκὸς 131.
λευκόφυλλος ῥάβδος 343.
λίθος μέλας 354.
λόγχη 358.

M.

μαγειρεῖον 74.
μάζα 260.
μαινομένη ἄμπελος 345.
μαλακὰ et Μάκαλλα conf. 237. 239.
μαριθὰν et νάφθαν conf. 84.
μαρίλη 83.
μάχαιρα (λίθος) 360.
μέλας λίθος 354.
μέλι et μὲν conf. 41.
μέλι ἀμμῶδες 46.
— ἄνθινον 41.
— εὔτονον 50. 51.
— πηγνύμενον 46.
— ὥραιον 42.
μελίτειον 52.
* μελιττόπολος 136.
μέταλλα 367.
μέταλλον 124.
μεταῤῥυθμίζειν 297.
μέτας et μῦας conf. 55. 56.
μετέχειν τῷ χρόνῳ φρονήσεως 361.
μετεωρισμὸς 286.
Μισικὸς σίδηρος 92.
μόλυβδος 100. 130.
μόναπος 5.
* μόνεπος 1.
μόνωψ 5.
μόνωτος 5.

μορίαι ἐλαῖαι 338.
μορφνὸς 129.
Μοσσύνοικος χαλκὸς 131.
μυγαλὴ 329.
μυκηθμὸς cod. Vind. 289.
μυνδὰν (λίθος) 344.
μυογάλη 329.
μύρον 49. 327.
μῦς ἀρουραῖος 56.
— χερσαῖος 278.
μυῶν γένος ἐφιπτάμενον 329.
μωδὼν (λίθος) 344.
μώνυξ 140.

N.

νάφθα 84.
νέβρος 20.
νεοττία 14. 127.
νεοττὸς 14.
νιτρῶδης 110.
νομιζόμενα 216.

Ξ.

ξενικὸν 180.
ξέσης 6.

O.

ὀβέλισκος 135.
ὄγκος 46.
ὀγκωδέστερος 6.
οἴκημα i. q. οἰνοθήκη 72. 73.
οἰνοπωλεῖν 72.
οἰνοπώλης 72.
οἰνώδης 50.
* ὀκτάκλινος 2.
ὀλιγοχρόνιος 4.
ὁλκὴ 88.
ὀμφακώδης 346.
ὅμως μέντοι 216.
ὄνος, locustae species 314.
ὀργυιὰ 5. 7.
ὀρείχαλκος pro ὀρειχάλκινος 119. 125.
ὀρίγανον 29.
ὀρυκτοὶ ἰχθῦς 146. 148.
ὄστρακον 36.
οὖρον 152.
ὀφιοβόροι 55.
* ὀφιοδείροι 54.
ὀχεῖον 12. 14.
ὀχεῖος 12. 14.
ὀχεύειν 12.

Π.

πάγκυφοι ἐλαῖαι 338.
παρακοπὴ 70. 366.
παρακόπτειν 70.
παραλυεσθαι 22.
παρασοβεῖν 262.
παρδάλειον 22.
παρδαλὶς 22.
πελαργὸς 52.
πελεκάνος 36.
πελεκῖνος 38.
πενταάκλινος 280.
πενταφύλλου ῥίζα 180.
πεντεκαιδεκάπηχυ 201.
πεπαίνειν 345.
περιοικοδομεῖν 103.
περίττωμα 2.
περιφύεσθαι 199.
περκνὸς 127.

περκ-

περκνὸς ἔχις 352.
πηγνύμενον μέλι 46.
πῆξις — πτῆξις — πλῆξις conf. 324.
πίπτειν, de pilis 153.
πίσσα 280.
πιτύα 151.
πλατυπρόσωπος 60.
πλεθριαῖος 270.
πλύνειν 92.
πλύσις 92.
πόα Χαλκιδικὴ 48.
* ποιοφάγος 364.
πολύπους 63.
πρηστὴρ 287.
προεσῶτες 173.
προσαφοδεύειν 2.
προσουρεῖν 325.
προσφορὰ 177.
πρόσωπα ποιεῖν 27. 349.
προχόω 161.
* πτῆξις 323.
* πτυρτικὸς 356.
πύξος 43. 45. 46.
πυρήνη 181.
πυρίμαχος, πυρόμαχος (λίθος) 93. 95. 96.
πυρὸς 169.
πυρῶδης 79.
πῶλος 12.

P.

ῥάβδος λευκόφυλλος 343.
ῥεῦμα τὸ περὶ τὴν Αιτνην 232.
ῥητίνη τερμινθίνη 184.
ῥίζα πενταφύλλου 180.
ῥιπίζεσθαι 257. 258.
ῥιπὸς 258.
ῥόδον 327. 328.
ῥύαξ 80. 81. 82.
ῥύγχος 155.
ῥυθμὸς 207. 294. 297.
ῥύμμα 110.
ῥυπὸς ναυτικὸς 303.
ῥῶπος 304.

Σ.

σανὶς 50. 51.
σάρισσα 359.
σαρκίον 25. 26.
σεῖσρος 344.
σὴψ 350. 351.
σίδηρος Μισικὸς 92.
— ἐργασμένος 97.
σῖτος 265.
σκάλλειν 189. 190.
σκάπτειν 189. 190.
σκέλος 28.
σκορπιόμαχος 312.
σκοτοῦσθαι ὑπὸ τῦ δέους 286.
σκώληξ 34. 36.
σμαρίλη 83.
σπήλαιον γλαφυρὸν 126. 127.
σπιθαμιαῖος 91.
σπίλος 84.
σπῖνος 83. 368.
σταθμὸς 59.
σταλαγμὸς 126.
στέαρ 139.
στλέγγισμα 231.
στόμιον 109.
στόμωμα 95.

σραγγουρία 32.
συπτηρία 280. 281.
συγκαίειν 93.
συγκλεισμὸς 286.
σύγκραμα 366. 367.
σύζυγος 127.
συλλιπαίνεσθαι 195.
συμμέτρως 103.
συμπαθέστερον ἐρᾶσθαι 347.
* συναναπηδᾶν 280. 281.
* συναπαντᾶν 115.
* συνεισδύνειν 206.
συνθηρεύειν 262.
συντάσσειν 59.
συρμὸς 286.
σῦς μώνυξ 140.
συστέλλεσθαι 146. 338.
συστρεμμάτιον ὕδατος 62. 63.
σφαῖρα 47.
σφὴξ 315.
σφραγὶς 152.
σῶμα i. e. mancipium 184.
σώφρων (λίθος) 354.

T.

τάραυδος 63. 65.
ταριχεύειν 306.
τελεῖν de coitu 12. 14.
τέλος, διὰ τέλος 308.
τερέβινθος 184.
τέρμινθος 182. 184.
τέττιξ 136.
τέφρα 119.
Τληπολέμια festum apud Rhodios 239.
τοξικὸν φάρμακον 177. 179.
τραχὺς de sepis morsu 350.
τριόδους 186. 188.
τρίψις 46.
τρόχιλος 25.
τροχίσκος 46. 47.
τρυγὼν 14.
τυγχάνειν 110.
τύπτειν de apibus 49.
Τυρρία 85. 86. (pro eo Meurs. substituit Στιρίαν, Cypr. I. 27.)
τυφλότερος ἀσπάλακος prov. 363.
τῷ pro διὰ τὸ 260.

Y.

ὕαινα 323. 325.
ὕδερος 336.
ὑδρόμελι 52.
ὕλη 146. 148.
ὑπερβολῇ 63. 195.
ὑπέρκοπος 22.
ὑποζύγιον 261.
ὑποκρίνεσθαι 70. 71.
ὑποκύπτειν 28.
ὑπόνομος 167. 206.
ὑπόστασις 92. 95.
ὑφίστασθαι 316.
ὕπτιος 34. 36.

Φ.

Φαντασία 345.
Φαρμακῶδης 151.
Φάττα 14.
Φήνη 127. 129.
Φθίνειν 113.
Φθόη 336. 338.

Φιλό-

φιλότα dor. pro φιλότατος 298.
φίνις 129.
φλοιὸς τῆς δρυὸς 177.
φοῖνιξ 292. 294.
φοινίξαι 292. 294.
φολὶς 350. 351.
φρόνησις. πάρθενοι αἱ μὴ τῷ χρόνῳ φρονήσεως μετέχουσαι 361.
φύκος 305. 307.
φύσις i. q. αἰδοῖον 32.
φώκη 151.
φωλεύειν 135. 136. 139.
φωρᾶσθαι 153.

X.

χαλκεύειν 193.
Χαλκηδόνιος et Καρχηδόνιος conf. 121.
Χαλκιδικὴ πόα 48.
χαλκὸς 98.
— — Μοσσύνοικος 131.
— — κολυμβητὴς 118. 120. 124.
— — λευκότατος 131.
χαλκῆ ἄνθος 124.
χάλκωμα 132.
χαλυβδικὸν σόμωμα 95.
χαμαιλέων 63.
χαρισία (βοτάνη) 347.
χαρίσιον 348.
χάσμα 91.
χεῖλος de ripa fluvii 90.
χελώνη 29.
χιὼν et κίον conf. 126.
χλοάζειν 350.
χόα 308.
χοῦς 6. 7.
χρόνος Φρονήσεως 361.
χρυσίζειν 88.
χρυσίον ἄσημον 91.
χρυσοκόλλη 118. 123.
— — — αὐτοφυὴς 124.
χρυσὸς ἄπεφθος 88.
— — αὐτόματος 88.
— — αὐτοφυὴς 88.
χρώζειν 100.
χύτρα 73.
χωρεῖν 1.

Ψ.

ψαφαρὸς 18.
ψῆγμα 58.

Ω.

ὥραιον μέλι 42.

INDEX RERVM.

A.

Abrotonum Venerem ſtimulat 343.
Acarnanes 294.
Acherdus, planta ſpinoſa 321.
Achillis templum Tarenti 235.
Acies ſ. chalybs 94.
Aconitum cammarum, num ſit pardalium 24.
Adrianae amphorae 227. gallinae 159. 284.
Adverbium negativum interdum poſtponitur 48.
Adurere, varii huius v. ſignificatus 8.
Aeacidae 236.
Aegolethron, planta venenata 45. 426
Aeneus rex 158.
Aenianes 297.
Aeoli inſulae 213.
Aes candidum 133. Corinthium 98. Cyprium 86. Demoneſium 122. Indicum 97. 426. Moſynoec. 132.
Aethalia inſ. hodie Elba 194. 234.
Aetnae fertilitas 166. 171. flamma 232. ignis 81. 82.
Aetnaei rivi 339.
Aetolia 363.
Afronitrum 111.
Agamemnonides 236.
Agathocles Siciliae rex 245.
Alces, fuerunt olim in Gallia, Germania 69.
Alciſthenis veſtimentum 200.
Alexander, medicus 27.
Alumen veterum 281.
America num veteribus nota 174. 307.
Amiſus Paphlagoniae, Chalybum urbs clariſſima 43. 95.
Ampelius emendatus 77.
Amphitryoniades 119.
Amphipolis 263.
Amphorae Adrianae et Corcyraeae 227.
Amygdali flores apibus utiles 48.
Animalia citra analogiam alba 40. habent viſum hebetem ib. Animalia fera ſ. ſylveſtria quae dicantur 10. hibernantia 135. quae matres ineunt 13. quae ſtercore ſe defendunt 11.
Anthropolithi 110.
Antigonus Caryſtius emendatus 9.
Antrum cum ſtalactitis 127. 426. Orchomenium 207.
Aornos lacus 218. 220.
Aper ad aram Dianae fugit 362.
Apes. earum opera 41. pabula 48. praeſagia 137. unguenta averſantur 49.

Aply-

Aplysia 155.
Apollo Ismenius 296. Apollinis Alii s. Alaei Patarei templum 238. Apollinis statua Sicyone 124.
Apollonia urbs 77. 281. 282.
Apollonium 237. 238.
Aponus fons 165.
Apyrum quid sit 88.
Aqua bituminosa 253. lapidescens 126. nitrosa 110. tophacea 199. venenata 270. 428.
Aquilarum species 127.
Ardiaei 310.
Arena ferrea 95.
Arethusa, Siciliae fons 359
Argi, urbs Argivorum 314.
Argonautarum navigatio 226. 230. 232.
Aristaei inventa 212.
Arnus fl. 191.
Asbamaea aqua 336.
Ascalabotes, stellio 35.
Ascanius lacus 110. 112.
Asphaltus 283.
Aspis, quaenam serpens sit 318.
Atintania, pars Macedoniae 77.
Atridae 236.
Avernus lacus 165. 218. 220.
Aves, quae carnes immolatas non tangunt 276. quae unum modo ovum pariunt 16. hibernantes 136. pelagicae 158. venatoriae 264.
Augiae filia 125.
Aurichalcum veterum 98. 132. 133.
Aurum et aes veteres seperare non potuerunt 99. Auri criterium odor 99. Aurum arenosum s. fluviatile 90. apyrum Paeoniae 87. 88. vegetabile 92.
Autareatae 312.
Azalea Pontica 45.

B.

Bacchus agriculturae inventor 273. ejus ignis mirabilis 272. aliud illius miraculum 274. eius templum apud Bisaltas 272.
Bactri 90.
Baleares insulae 183.
Batiaca 100.
Batiola aurea 100.
Berecynthus Phrygiae mons 360.
Bina Thraciae oppidum 258.
Bisaltia pars Macedoniae 271.
Bithynia 368.
Bitumen minerale 280.
Bityis statua 341.
Bolinthus, bovis varietas 6.
Bonasus, bovis varietas 9. 10.
Bos bonasus Linnei 11. Paeonicus 285. boum varietates 10.
Buxus, an planta venenata 46.

C.

Cadmiae favilla 134.
Calculi varie colorati 234.
Callistephanus arbor 107.
Callisthenes 293.
Camelorum patria 13. pietas erga matres 13. mordent in furore venereo 13.
Campus Piorum 339.
Canes lapide quodam viso non latrant 353. 354. custodiunt templum Vulcani et Minervae 243. Canes venatici florum odoribus laeduntur 171.
Canthari num omnes masculi 268. rosarum odore pereunt 327.
Cantharolethrus 267.
Capilli aquae potu tinguntur 356.
Caprae Cephallenides non bibunt 27. Cretenses sagittis percussae dictamum quaerunt 17. 348. Capra Pedasea ad Jovis sacrificium sponte adveniens 308. Caprae silvestres in Candia 18.
Carthaginensium insula extra columnas Herculis 173.
Carthago quando condita 302.

Carthamus corymboſus 45.
Caſſiterides inſulae 166.
Catanaei fratres 339.
Cataractae aves 158.
Celtae 175. eorum hoſpitalitas 176.
Celtiberi 175. Celtoligures 176.
Celticum venenum 177.
Cephallenia inſula 28.
Cerbes fl. oves tingit 357.
Ceres natá in Sicilia 167.
Ceron fl. oves tingens 358.
Cervi achaini 20. 349. Cervi cornua dejecturi loca abdita petunt 19. 349. eorum varia nomina pro diverſa aetate 20. eorum cornua recentia a muſcis vulnerantur 21. in cornibus eorum hedera naſcitur 21. 349. Cervorum aetas 246. Cervus cornu dextrum defodit 150. Cervus torquem in collo geſtans 246.
Cetus fluvius 199. 200.
Chalcidica herba 48. ſerpens 351.
Chalcis, Chalcidice, pars Thraciae 267.
Chalcitis inſula 122.
Chalybes 94. eorum fodinae ferrariae 58.
Chalybicum ferrum 94.
Chariſia herba 347.
Chia vina 225.
Chimaerae fabula 283.
Chropes 269.
Chryſocolla 123.
Chus i. e. congius 6.
Cicadae canunt circa aequinoctia 137.
Ciconiae ſerpentibus veſcuntur: hinc cultae 53.
Cinis Phrygius 125. 134.
Cius 112.
Circaeus mons 154. Circaeum gramen 154. venenum 155.
Cleonymus 154.
Cline. menſurae inde nomen habentes 7.
Comparativus pro poſitivo 30.
Corcyra 227.
Corinthium aes 98.
Cornua boum immani magnitudine 7. caprarum magna 308.
Coronea urbs Boeotiae 276.
Corrira avis, quaenam ſit 26.
Corvi bini Cranone in Theſſalia 279. 308.
Cothon inſ. 121.
Cotinus arbor 106.
Cranon oppidum Theſſaliae 279.
Crathis fluvius 356. [quae de hoc fluvio ibi narrantur, ea refert quoque Tzetzes ad Lyc. v. 1021. ex Iſigono, Sotione, Agatoſthene, Euripide].
Creta non habet animalia venenata 172.
Crocodili amicitia cum trochilo 25.
Crocus large in Sicilia proveniens 248. ejus uſus varius 248.
Croton, Crotoniatae 237.
Cuculus aliarum avium nidos adulterat 15. unde nomen 15. ejus ova 16.
Cumae urbs 198. 217.
Cunila ſ. origanum 31.
Cuprum Cyprium 86. luteum, *Meſſing* 98
Curias promontorium et urbs Cypri 86. 320.
Cyaneae inſulae 230.
Cyani metallum 123.
Cychri 269.
Cyllene Arcadiae 39.
Cypſella 84.
Cyrene, Africae regio 61. 141.

D.

Daedali fatum 166. ſtatuae ib.
Danubius v. Iſter.
Daunia pars Apuliae 242.
Daunii longis pullisque veſtibus uſi 244.
Deiopes ſepulcrum 291.

Deli-

Delirii iucundi exempla 71. 366. delirium nocturnum 72.
Delphius mons 226.
Demaratus 366.
Demoneſus inſ. 121.
Dianae templum a Medea exſtructum 229. eius templum apud Peucetios 246.
Dictamnum planta quae ſit 18.
Diomedeae inſulae 157.
Diomedes Dianae torquem dicavit 245. eius ſecures et arma 242. ſocii eius in aves mutati 157. eius monumentum 158.
Dionyſi templum apud Biſaltas 272.
Dionyſius ſenior 200.
Durateus equus Trojanus 241.

E.

Echini inedia 138.
Eleuſis, oppidum Atticae 291.
Elba inſula metallis dives 194.
Electrides inſulae 163.
Electrum 164.
Elephantorum partus 365.
Elice, Achaiae oppidum 17.
Elis, urbs Peloponneſi 125.
Emathia, Macedoniae regio 140.
Enna, ſ. Henna, Siciliae urbs 169.
Epei machinae ad equum Trojanum fabricandum 241.
Epirus 221.
Equi feri hodie nulli 29. eorum zelotypia 28.
Equi Trojani reliquiae 241.
Eridanus, fluvius Boruſſiae 164.
Erithaca 41.
Erythia 295. 299.
Erythraea Sibylla 197.
Etruria ferro dives 194.
Eudoxus, Scriptor 360.
Excrementum humanum, medicina contra venena 24.

F.

Falconaria ars 264.
Febris nocturna cum delirio 73.
Ferrum chalybicum 95. Populonienſe 193.
Ferri minerae renaſcuntur 194.
Ferruminandi ars 124.
Florum odores nocent canibus venaticis 171.
Fluvii auriferi 91. quorum aqua capillos tingit 356. fluvius cujus aqua in ſublime tollitur 141.
Fons ardens 254. foetidus 203. mortifer 269. periodious 113. Syracuſanus 115. Siciliae, qui animalia ſuffocata in vitam reducit 62. cujus aqua ligna fiſſa conglutinat 261. cuius aqua rubeſcit 203. cujus aqua intrantes ejaculatur 251.
Fretum Siculum 113. 285.
Frumenta ſilveſtria 170.
Fucus natans 307.

G.

Gagates ſerpentes fugat 259. 335.
Gallinae Illyricae et Adrianae 284.
Germaniae clima mutatum 356.
Germanorum hoſpitalitas 176.
Geryonis armenta 298.
Glires pica laborantes metalla adrodunt 57.
Gonius mons 251. 256.
Graculi Venetorum 285.
Greſtonia regio Thraciae 271.
Grotta del cane 63.
Gyarus inſula 61.
Gymneſiae inſulae 183. ibi tantum nummi aenei 186.

H.

Haemus, mons Thraciae 227.
Halaeus ſ. Alius Apollo 239.
Haliaeetus 129.
Hannonis periplus 78.
Hedera in cornibus cervorum 21. 349.
Hecateia myſteria et ſacra 360
Helice, oppidum Achaiae 17.
Hemionus 142.

Heraclea 176. 148. 236.
Hercules, Amphitryonis filius 125. pater Theſpiadum 208. 209. Herculis amores 295. iter in Iberiam 186. monumenta in Italia 202. pugna cum Gigantibus 203. ſagittae 237. veſtigia circa Pandoſiam 204. Hercules lapidem plauſtralem movit 205. 416.
Hercynius ſaltus 229.
Heſaenus mons 6.
Hiſpania argento dives 303.
Hominum ſolum natale 170.
Hordeum ſilveſtre 170. Thracium 259.
Hyaena veterum 323. 325.
Hybrida animalia ſterilia 130.
Hydromeli 52.
Hypata urbs 294. 299.
Hyſtrices noverunt veteres 61.

I.

Iapygium promontorium 203. 204. 205.
Iaſonis itineris monumenta 231.
Iberia 91. 175. Iberiae ſilvae exuſtae 180.
Iberorum mulieroſitas 184.
Icari ſepulcrum 166.
Ichnuſa i. e. Sardinia 209.
Iecinora bina leporum 271.
Ignis Bacchi 273. immortalis 283.
Iliſſus fl. Atticae 105.
Illyrica iumenta foecundiora 284.
Incantationis ratio 334.
Incolae a ſerpentibus, ranis aliisque animalculis fugati 53.
Inſcriptio antiquiſſima 295. 419.
Iolaus Iphiclis filius 209.
Iones olim Heracleam tenuerunt 235.
Iphicles 207.
Iſter 229. frigore concretus 355.
Iupiter natus in Creta 172.
Iupiter Horcius 336.
Iuraturi ad thermas accedentes 118.
Iusiurandum ad aquam Iovis Horcii 336.

L.

Lacinia Iuno 202.
Lacus quotannis purgantur 360.
Laertiades 236.
Lampſacus urbs Myſiae 278.
Lapis cylindrus 346. colorem mutans 361. fabae ſimilis 353. plauſtralis mobilis 205. Sophron 354. Thracius 84. 258. Lapides ardentes 84. 257. 368.
Larus paraſiticus cibum ab aliis avibus eiectum eripit 38.
Lava montium ignivomorum 81. 82.
Lebetes divinitus vino repleti 274.
Leo Byzantius 344.
Lepores bina iecinora habentes 270.
Lepus marinus 155.
Leo a culicibus agitatur 327.
Leonicida 325.
Leontophonus 326.
Leſbia vina 225.
Lethargi grandis exemplum 215.
Leucophyllus planta 343.
Leucoſia 222.
Ligia 222.
Ligurum mulieres 189.
Liguſtica ora 188.
Liguſtici funditores 189.
Lipara inſula 213. ibi naphtha 74. 79. 80.
Liquatio metallorum per frigus 103.
Lithanthraces veteribus vix cogniti 259.
Luſa, locus Arcadiae 278.
Lycia 283. Lyciae mons ignivomus 82.
Lycormas fluv. 358.
Lydiae metalla 109. Lydiae mons flagrans 81.
Lynces urinam terra obruunt 152.
Lyncurium 152.

M.

Macedonica metalla 92.
Machaera lapis furorem efficiens 360.
Maeonia pro Paeonia 6.
Malaca urbs agri Crotonienſis 237. 238

Man-

Manna 43. 47.
Mare mortuum 221.
Maris fluxus et refluxus 113.
Marzepanen 260.
Maſſa 260.
Maſſilia 182. 186.
Medea Dianae templum aedificavit 229
Medica ſ. Maedica Thraciae pars 6.
Megalopolis 283.
Mel. craſſum et lentum 47. Ponticum venenatum 44. quae plantae illud venenatum reddant 45. mel ſine favis confectum 43. Mellis genera 42. 46.
Melachraena Sibylla 197.
Melancholiae iucundae exempla 71. 366.
Melos, inſula cavernoſa 87.
Mentores 226.
Mercurii promontorium 302.
Merula alba 39. voces varias edit 40. latet interdiu 40.
Meſſapius mons 6. 412.
Metallum creſcens 85. 86. metalla colorandi ars 123. metallorum inventio 181. liquatio per frigus 103.
Metapontum, Italiae oppidum 241.
Milvi carne immolata abſtinentes 276.
Minera e mari expiſcata 124.
Minervae templum in quo Epei inſtrumenta ſervabantur 239. ubi Diomedis arma 242. a canibus cuſtoditum 243.
Modon lapis 344.
Montes veteribus altiores viſi, quam vere ſunt 226. ignivomi 74. 78. 79. 80. 81. 82. 280. 254. nigri 342.
Morphnus, aquilarum genus 129.
Mortuus et ſepultus ad ſenſum rediit 215.
Moſynoeci 132.
Mulae partus 142. 427.
Mulieres ſine dolore parientes 190. agriculturam adminiſtrantes 190.
Mures metalla devorant 55. aurum comportant devorantque 58. Varia eorum genera 60. quibus pilus durus 61. amphibii 278. quorum morſus venenatus 329.
Muſaeus Eleuſinia inſtituit 291.
Muſtela, quodnam ſit animal 33.
Mythepolis 112. 113.

N.

Naphtha in inſula Lipara 74. in Pſittacene 75. in Pamphylia 76. in Atintania 76. aquae innatans 253. 256.
Neleus fl. oves tingit 357.
Nitrum veterum 111.

O.

Obryzum 88.
Ochus 90.
Oculorum medicina 124. 125.
Oenarea urbs 195.
Offa 260.
Olea ſacra Athenis dicta 338. Oleae variae ſpecies 105. eius arboris vivacitas 106.
Oleaſter 106. eius oleum 183.
Oleum terebinthinum 182.
Olympia 105.
Olynthus, urbs Thraciae 247.
Onagri zelotypia 29.
Onocrotalus, quaenam avis 38.
Ophiuſa 321. 334.
Orchomenus, Boeotiae civitas 206. Orchomenium antrum 207.
Orgyia, quaenam ſit menſura 8.
Origanum eſt antidoton teſtudini contra viperae virus 31. Origanum dictamnum quando Europaeis innotuerit 18.
Orthoſia 362.
Oſſa in lapides mutata 110.
Oſſifragus 129.
Othrys mons 351.
Oves aquae potu colorem mutant 357. biferae 160.
Oxus, Ozus fl. 90.

P.

Paeonia 5. Paeoniae aurum 87. 88.
Palicorum lacus 117.
Pandosia, oppidum 204.
Panthera 22. conf. Pardus.
Pantheum 105. 414.
Pardalium, Pardalianches, venenum 22. 24.
Pardus pardalio perit 22. quaerit excrementa humana 22. eius patria 24. quomodo capiatur 24.
Parentalia Tarentinorum 236.
Parthenope 222.
Pastillus 47.
Pedasia 308. Pedasea capra 308.
Pelecanus, quaenam avis 37. eruit conchas e fluviis 36. diversus a Pelecino 38. dicitur Latinis platea s. platalea 38. non est onocrotalus 38. de pelecano Theologorum commenta 39.
Pelorus, Siciliae promont. 248.
Penis osseus quorundam animal. 33.
Pentaphyllum 180.
Percnus 127.
Perigrinantium Sanctitas 175.
Pergamus, Mysiae urbs 110.
Perrhaebi 293.
Persarum reges hieme agebant Babylone, vere Susis 59.
Peucetia, Italiae pars 246. Peucetii 154.
Pheneus, urbs Arcadiae 125.
Phiala cum mixtione, ex qua ignis accenditur 366.
Phidiae statuarii fraus 340.
Philippi, urbs Thraciae 85.
Philoctetae fata 239. eius cultus apud Sybaritas 237.
Phocae coagulum 151.
Phoenices unde nomen acceperint 294 eorum navigatio in Hispaniam 303. Gades inhabitantes 305.
Phoenicusa ins. 293.
Picariae 283.
Picus, unde nomen 35. vermiculos quaeritat, arboresque cavat 35.
Pieria, Macedoniae pars 92.
Pii fratres 339.
Pisces fossiles 148. 149. 186. hibernantes 136. qui ex aqua exeunt 144. 145.
Pithecusa insula ardens 79.
Pix fossilis 283. Macedonica ib.
Planctae insulae 231. 233. 234. 417.
Platalea est pelecanus graecorum 38.
Plium urbs 236.
Plumbum album i. e. stannum 101. Indicum ex aqua exsiliens 131. plumbum rodunt mures 57.
Polenta 260.
Polycritus, rerum Sicularum scriptor 250.
Polypus colorem mutat 70.
Pontus 226.
Populi albae semina 142.
Populonium, Tyrrhenorum oppidum 195. ferrum Populoniense 193.
Posidonia. Sinus Posidoniates 223.
Promontorium Mercurii 302.
Proserpinae raptus 169.
Psittacene, Persidis regio 75.
Psyllorum ars 335.
Pumex. lapis pumici similis 361. pumex a Vulcanis eructatur 362.
Pyrenaeae silvae 181.
Pyrimachus, lapis 95. 414.
Pyriphlegethon 221.
Pyrophorus num veteribus cognitus 367.

R.

Rana marina 146. Ranae Cyrenenses mutae 141. Seriphiae 143.
Ranunculus thora num sit Pardalium 24.
Recanere quando serpentes dicantur 335.
Rhegium, urbs 148.
Rhenus fl. frigore concretus 355. Graecis ignotus ib.

Rhodiorum dies festi in honorem Apollinis 239.
Rhododendron, planta venenata 45. 426.
Rupes mobilis 205. 416

S.

Sacer i. e. immanis, horribilis 335.
Sacerdotum fraudes 275.
Sagittae venenatae venatorum 178. 179.
Sal fossilis Libyae 302. sole indurescit 303. Illyricus 310. Salis utilitas in re pecuaria 310. 312.
Sandaraca, apum cibus 42.
Sapo, inventum Gallicum 111.
Saqsaq, avis 26.
Sardinia a Carthaginensibus vastata 211. eius historia vetustissima 209. 213.
Sarissa, planta 359.
Scamander fl. 344.
Scarabaeus, sacer 268. quare numen apud Aegyptios? ib. Scarabaei rosarum odore pereunt 327.
Scorpiomachus 312.
Scorpiones, qui hospites non laedunt 331. Scorpionum ingens copia in Persia 59.
Scotusa, s. Scotussa, urbs Thessal. 262.
Scythicum venenum 316.
Sepia quomodo se defendat 12.
Seps, serpens 350.
Seriphus ins. 143.
Serpens sacer in Thessalia 332. Serpentes advenas infestant 330. incolas fugant 53. Serpentibus Lacones pro cibo usi 54. Serpentes veterum vix agnoscuntur 318. 351. *Serpentes* terrarum, *angues* aquarum sunt 331. Serpentum squamae 351. eorum veneno sagittae infectae 317.
Sibyllae antra 198.
Sicania 253.
Siciliae fertilitas 166. mons ignivomus 82.
Siculum fretum 285. 290. Siculus lacus 249.
Sintia, Macedoniae urbs 258
Sicyon Peloponnesi urbs 124. diu omnium metallornm officinarum patria ib.
Sipylus mons 347.
Sirenum insulae et templum 222.
Sirenusae insulae 222.
Siris urbs 236.
Siltrum, planta siliquosa 344.
Sithonia 368.
Sittacene Plinii 75.
Sonitus subterraneus 214.
Spalax microphthalmus 364.
Species animalium 10.
Sphex, insecti genus 315.
Spinus lapis inflammabilis 84. 366.
Stalactitae 127.
Stannum veterum 102.
Stellionis exuviae 139. morsus 329.
Stephanus Byz. emend. 367.
Stranguriae medicina 34.
Sus solidipes 141.
Susa, Persidis metropolis 60.
Sybaris fl. 356. urbs 202. 239. apud Sybaritas Philoctetes cultus 237.
Symplegades 232. 234. 417

T.

Talpae visu gaudent 363. vescuntur locustis 363. 364. ubi vivere nequeant 276.
Tarandus veterum est Alces Linnei 68.
Tarentum 236. Tarentinorum parentalia et dies festi 236.
Tartessus 304. 305.
Taurus ad aram Dianae fugit 362. aureus in templo Dianae Orthosiae 362.
Taulantii 50. 281. 282.
Taygetus mons 348.
Tenus insula 367. urbs Thessaliae 334.
Terra cuprum tingens 133. succrescens 87.
Terebinthinum oleum 184.

Teſtudo viperam devoratura edit origanum 31. 425.
Thaſia vina 225.
Theodorus fl. aurifer 91.
Thermodon fl. 91.
Theſpis Erechthei filius 209.
Theſſalia magia celebris 334.
Tholus, ubi inſcriptiones rhythmicae 210. 416.
Thracius lapis 84. 258.
Thurium oppidum 356.
Thynni ſale conditi a Phoenicibus 305.
Timaeus Locrenſis 366.
Tlepolemi fuga in Rhodum 239.
Toxicum venenum 179.
Tripodes Apollini conſecrati 297.
Triptolemi genealogia 292.
Triticum ſpontaneum 169.
Trochilus, quaenam avis 26. eius amicitia cum crocodilo 25.
Trochiſcus 47.
Troianae mulieres naves incenderunt 245.
Trophonii antrum 207.
Tutia Alexandrina 125.
Tyana, urbs 338.
Tydidae 236.
Tympanorum ſonus ſubterraneus 214.
Tyrrhenia, Etruria 194.
Tyrrhenum mare 231.
Tyrrhia 86.

V.

Varietates animalium 10.
Venedi, Vinidi 164.
Venenum Scythicum 316. Lernaeum 317. Toxicum 179. Xenicum 180. venena venatoria 179.
Veneti agri fertilitas 159. Venetorum graculi 265.
Veſpae ſerpente veſcuntur 315.
Veſtigia ſanctorum lapidibus impreſſa 204.
Veſtimenta figuris animalium decorata 202.
Vina Thaſia, Chia, Leſbia 225. vinum ex melle 50.
Viperae partus 352. Vipera a teſtudine devoratur, cui venenum eius haud nocet 31. 32.
Vitex ſ. Agnos, frutex 343.
Vitis inſana 345. trifera 346. in Germania antiqua nulla 356.
Vivere ſibi 71.
Viverra quodnam ſit animal 33. eius penis oſſeus ſtranguriae medicina 32.
Vmbriae fertilitas 159.
Volaterra, urbs 197.
Vrſus albus, maritimus 323. Vrſorum adeps 140.
Vrus, ſator varietatum 10.
Vtica 302.
Vultures 129. eorum generatio 128. unguentorum odore necantur 327.

X.

Xenicum venenum 180.
Xenophanes ab Ariſtotele laudatus 80.

82. bis.
26. VI. 1833.
3413
A-92842.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова